361 324

Typis Fr. Frommann.

L. ANNAEI SENECAE

O P E R A.

AD LIBROS MANUSCRIPTOS ET IMPRESSOS RECENSUIT
COMMENTARIOS CRITICOS SUBIECIT DISPUTATIONES
ET INDICEM ADDIDIT

CAROLUS RUDOLPHUS FICKERT.

VOLUMEN PRIMUM

CONTINET EPISTULAS MORALES.

LIPSIAE

SUMPTIBUS LIBRARIAE WEIDMANNIANAE.

MDCCCXLII.

95-43

L. ANNAEI SENECAE

AD LUCILIUM

EPISTULARUM MORALIUM

LIBRI XX.

AD LIBROS MANUSCRIPTOS ET IMPRESSOS RECENSUIT
COMMENTARIOS CRITICOS SUBIECIT

CAROLUS RUDOLPHUS FICKERT.

LIPSIAE
SUMPTIBUS LIBRARIAE WEIDMANNIANAE.
MDCCCXLII.

878
S2
F44
V.1

FREDERICO HAASE

ERNESTO GRUBITZ

AMICIS CARISSIMIS

DEDICAVIT

CAROLUS RUDOLPHUS FICKERT.

PRAEFATIO.

Iam in publicum emitto primum volumen editionis Senecae ante triennium fere promissae: quam quomodo comparatam voluerim, cum pluribus describitur in Prolegomenis meis (Lipsiae 1839), tum paucis hic adumbrare libet. Cum enim vidissem in tanta librorum mstorum copia Senecae opera parum adhuc emendata ferri virosque maiorum aetate doctos (quorum gloriam ego profecto non sum qui detractem) satius saepe duxisse sua Senecae commenta ingerere quam veras scripturas ex antiquis libris repetere: illius scripta ad codices tam impressos quam mstos ita recensere institui, ut antiquissimos et probatissimos quasi duces sequerer nec, nisi necessarium visum esset, ad deteriores deflecterem. hi omnino negligendi non erant: nam aliquando genuinam scripturam referunt, sive quodam casu servatam, sive felici divinatione restitutam. Raro ad aliorum coniecturas confugi, rarius etiam meas recepi. Itaque factum est, ut saepe scripturam elegantiorem, quam vocant, repudiarem non immemor omnium nationum scriptores vel elegantissimos aliquando minus eleganter scripsisse, sive casu peccaverunt, sive consulto. Idem in Senecam cadere praeter totam eius orationem probant ii loci, in quibus spernere se elegantiam et nitorem ipse profitetur (cf. Ep. 75, 1. 115, 1. al.). Scripturas

librorum partim ab aliis partim a me ipso excerptas subieci additis etiam virorum doctorum coniecturis, ut probaretur contextus, aut amplius posset emendari. Hos commentarios quam copiosissimos feci, tales tantum ad rem criticam utiles esse ratus: ideoque singulos libros, quos ipse excussi, accurate notavi. de ceteris plura dare quam acceperam non potui et invitus saepe scripsi *plerique* ϱϱ (codd. Romani), *antiquiores* ϱϱ, alia, quemadmodum Sanctolonius annotaverat. Cum libros a me ipso perlectos non nominatim commemoravi, puta eos consentire cum scriptura a me recepta: de reliquis nihil affirmo. Proposui igitur non ea tantum, quae in meum usum sunt collata, sed alia quoque a Pinciano, Grutero, Opsopoeo, aliis olim observata. quibus congestis ne nimis cresceret opus (quatuor enim voluminibus ex pacto est absolvendum), notis usus sum et signis commodis, ut opinor: ipse vero pauca tantum disserui, cum praesertim in indice atque in disputationibus de Senecae philosophandi et scribendi ratione eadem tractandi foret locus. Neque vereor, ne crimini hoc mihi vertant viri docti, quod calamo temperavi, si meminerint non tironibus me laborasse, sed ipsis qui ea, quae proferre supersedi, bene atque melius etiam callerent. Certe facili opera multa potui laudare de rebus grammaticis, philosophicis, aliis, quae omnibus eruditis prompta sunt: faciliore etiam ex Senecae libris congerere similes locos, cum praeter ea, quae ipse per tot annos collegi, in libris meis sit ingens Grauwii index mstus. Quantum ad artem criticam bene exercendam conferat errorum, qui a librariis solent committi, diligens observatio, satis constat: idcirco eorum quoque indicem adiecturus interim, ubi commodum esse videbatur, praeter ceteros laudavi Drakenborchii commentarios Livianos. Diversum verborum ordinem iis tantum locis notavi, qui alias quoque erant corrupti: quem si ubique voluissem referre, unum alterumve volumen erat adiiciendum. Hoc tamen affirmo me

optimos libros esse imitatum inter se plerumque consentientes. Eosdem sum secutus in scribendis vocibus, ita tamen, ut rationem haberem inscriptionum illius aetatis, nec non consulerem grammaticos veteres. Horum tamen auctoritati cave ne nimium tribuas, ut qui saepe inter se atque a membranis lapidibusque dissentiant: immo quae illi damnant, simul docent usitata fuisse. Nec scriptorem veterem edituro id spectandum est, quomodo ex sua quodque origine sit vocabulum scribendum, sed quae fuerit scriptoris consuetudo. Hac de re copiosius sum acturus singulari disputatione volumini quarto insérenda: eandem enim operam omnibus scriptoribus antiquis navandam esse puto, quam nuper in Virgilio egregie posuit G. P. E. Wagner v. cl. (P. Virgil. Maro. vol. V. Lips. 1841). In distinguendis sententiis verbisque id curavi, ne maiore signorum numero dilaceraretur potius oratio quam interpungeretur: si tamen non ubique constantem sibi deprehenderis rationem meam, in huius rei difficultate causam esse positam arbitraberis. Quod ab *) *Epistulis Moralibus* initium feci contra vulgatam consuetudinem, gravissimae sunt suavissimaeque et iam olim ante reliqua Senecae opera formis exscriptae: atque suppetebant etiam praeter contextum a Schweighaeusero multis locis correctum auxilia plura et praestantiora quam in ceteris scriptis. Schweighaeuserum igitur secutus ab initio libri ea tantum indicavi, quibus haec editio ab illa discrepat: mox tamen commodius hoc esse arbitratus eam ubique laudavi. Tanta autem sunt Schweighaeuseri in Senecam merita, tanta mea in virum egregium pietas, ut non minore

*) Hunc titulum iam Schweigh. restituit, praeterquam quod scripsit *Epist o lae* contra vetustissimos libros Argentor., Bamberg., Pariss.: legitur enim apud Gellium N. A. XII, 2. et in codd. Argent., Bamberg., Rehdig. r, Erlang., nec multum differunt Par. 8658. et Norimb., quorum hic vocat *epistolas litterarum moralium*, ille *Litteras Morales*. Alius Paris. (8t. Germ. 1429.) dicit *Librum Moralium*.

gaudio perfunderer, quotiescunque eius scripturam firmare potui meorum librorum auctoritate, quam cum meliorem hi obtulerunt: quod quidem non raro factum esse intelliges. Eadem erga Schweighaeuserum pietas prohibuit, quo minus in dubiis locis ab eo discederem et darem aeque probabilia nec tamen certiora. Singulis epistolis cum Schweighaeusero praescripsi *Seneca Lucilio suo salutem*, subieci *Vale:* hoc enim in libris mstis omnibus (excipe unum T) et in impressis ante Muretum legitur, illud habent antiquissimi B Pp Sa, ad quos aliquando accedunt G et Erl. In iisdem libris antiquissimis epistolae numeris non signantur: quamobrem rectius scribebatur [*Epistula I.*]. Denique *Epistulas* in *) libros distribuere sum conatus: attamen cum vetustissimi codd. Pp, quibus maximam fidem habeo, post librum VIII. me deficerent nec ante XIV. succurrerent B Sa, malui rem imperfectam relinquere quam temere aliquid moliri. Recentiores enim, cum alioquin discreparent ab antiquis, in subsidium advocandi non videbantur. Illam autem librorum distinctionem ab ipso Seneca esse factam cum verisimile est ex consuetudine Romanorum (Ciceronis, Plinii, Symmachi), tum docet Gellius, qui (N. A. XII, 2.) laudat *librum vicesimum secundum Epistolarum Moralium*, et probant msti, quorum alii omnes epistolas in libros digerunt, alii paucos tantum libros denotant: quamvis non desint codices, in quibus nulla librorum distinctio reperiatur. Si numerum librorum quaeris, XX sunt superstites, quod apparet ex B Sa R: **) plures olim fuisse docet locus Gellii modo laudatus. nam quae ille ex libro vice-

*) De hac re doctissime disputavit Ludovicus de Ian in Symbolis p. 8 sqq. cf. Diar. Litt. Hal. a. 1840. n. 159. p. 53 sq. Primus librorum divisionem sustulit Muretus, qui eam *antiqui nullius codicis auctoritate ac testimonio niti* male contendit in Scholiis ad Sen. Epp. in.

**) Quae nunc feruntur epistolae, in tria volumina antiquitus solebant distribui, ut primum contineret Ep. 1 — 52., secundum Ep. 53 — 88., ter-

simo secundo profert, nunc apud Senecam non leguntur. Ille autem Gellii locus adduxit quosdam librarios, ut ex XX libris facerent XXII: alii, quo pleniora viderentur exemplaria, exhibuerunt etiam XXV. Quod in quibusdam codd. (Aw TSbc Parr. 8539. 8615. Sorbb. 1586. 354. St. Germ. 1429. 2) libri omnino non significantur, duas causas subesse puto: librarii, cum in aliis exemplaribus aliam librorum distinctionem invenissent, tutius duxerunt eam prorsus omittere quam falsam recipere. deinde librorum initia et fines rubro notabantur post absolutam contextus scriptionem nec ab iisdem semper, a quibus ille erat exaratus, quod demonstrant litterarum ductus. Apparet autem id facile aut omnino potuisse omitti aut certe in iis locis, ubi minus spatii esset relictum. Idem valet de*) salutationis formula. Subiungo tabulam, in qua conspiciuntur librorum initia notatis iis epistolis, a quibus incipiunt. Codicum mstorum impressorumque eadem sunt signa, quibus alibi utor, praeter V et *v*, quorum hoc significat cod. Vindobon. CCI. (secundum Endlicheri rationem), illud cod. Vindobon. CC., cum quo consentire dicitur eiusdem bibliothecae cod. CCII. sR indicat summaria codici R adiecta: ea laudavi tantum, ubi cum ipso codice discordant, in quo libri noni finis decimique initium non cernuntur. utrumque supplendum esse ante Ep. 71. colligo inde, quod ea una omnium caret argumento, quod dicunt. Uncos circumdedi, si in quo codice initium libri non significatur, sed divinatur tantum.

---

tium Ep. 89 — 124. (primum et secundum saepe sunt coniuncta): hinc recte colligitur quartum volumen integrum deperisse.

*) Exturbata est ea etiam a summariis, quae multi codd. (non antiquissimi) singulis epistolis praefigunt.

Initium libri XIV.	Initium libri XV.	Initium libri XVI.
BSa R 𝔑 — 𝔊 𝔍u = Ep. 89. sR = Ep. 90. G Herb. = Ep. 83. V = Ep. 84. υ = Ep. 91.	B Sa R = Ep. 93. G Herb. = Ep. 86. 𝔑 — 𝔊 𝔍u = Ep. 95. V = Ep. 87. υ = Ep. 97.	B Sa R 𝔑 — 𝔊 𝔍u = Ep. 96. G Herb. = Ep. 88. V = Ep. 90. υ = Ep. 99.

Initium libri XVII.	Initium libri XVIII.	Initium libri XIX.
B Sa R 𝔑 — 𝔊 𝔍u = Ep. 101. G Herb. = Ep. 93. V = Ep. 94. υ = Ep. 103.	(B) Sa 𝔑 — 𝔊 𝔍u = Ep. 104. R = Ep. 107. G Herb. = Ep. 96. V = Ep. 97. υ = Ep. 106.	B Sa = Ep. 110. R = Ep. 114. G Herb. = Ep. 101. V = Ep. 102. 𝔑 — 𝔊 𝔍u = Ep. 108. υ = Ep. 109.

Initium libri XX.	Initium libri XXI.	Initium libri XXII.
B Sa = Ep. 118. R = Ep. 120. sR = Ep. 119. G Herb. = Ep. 107. V = Ep. 108. 𝔑 — 𝔗 = Ep. 108. 𝔙 — 𝔊 𝔍u = Ep. 113. υ = Ep. 111.	G Herb. = Ep. 110. V = Ep. 111. 𝔑 — 𝔗 = Ep. 113. υ 𝔙 — 𝔊 𝔍u = Ep. 115.	G Herb. = Ep. 118. V = Ep. 119. 𝔑 — 𝔗 = Ep. 115. 𝔙 — 𝔊 𝔍u = Ep. 120. υ = Ep. 117.

Initium libri XXIII.	Initium libri XXIV.	Initium libri XXV.
𝔑 — 𝔗 = Ep. 118. υ = Ep. 120.	𝔑 — 𝔗 = Ep. 120. υ = Ep. 122.	𝔑𝔑 = Epp. 122. υ = Ep. 124. (i. e. 123. nam Vυ Epistola 48 in duas divisa numerant Epll. 125).

Iam describendi sunt*) libri, quibus usus sum in Epistulis Moralibus.

A. CODICES MANUSCRIPTI.

I. Ab superioribus usurpati.

1. Codices Erasmi. (*L. Annaei Senecae Opera — per Des. Erasmum Rot. — Basileae* 1529. ib. 1537. ib. s. a. *Lugduni* 1555. al.)

Ad primam Senecae editionem (*Basil.* 1515.) Erasmus duo libros mstos adhibuit, alterum Gulielmi Archiepiscopi Cantuariensis, alterum Collegii Cantabrigiensis: *sed mutili fuerunt atque vulgatis etiam exemplaribus mendosiores.* Illa editio in marginibus tantum habet aliquot varias scripturas libris non significatis. In praefatione secundae editionis scribit se usum esse *optimorum codd. praesidio inter quos aliquot mirae vetustatis:* atque in appendice annotationum adiicit exemplar e Brabantia ad se allatum esse, cum epistolarum opus iam aliqua ex parte esset excusum. ex eo se restituisse, si qua prius fefellissent. Rarior tamen est tam in scholiis quam in appendice mstorum mentio: neque aliter eos laudat nisi *cod. vetustus, cod. vetustissimus, exemplar felicius, cod. quidam, alias codex* etc. praeter unum locum, ubi citat *exemplar Britannicum*, ut de illorum codicum virtutibus aut vitiis iudicium ferre non liceat.

2. Codices Pinciani. (*Fernandi Pinciani — Castigationes utilissimae Venetiis* 1536. *Opera L. Annaei Senecae — per Des. Erasmum Rot. — Basil.* s. a. et typ. n. *L. Annaei Senecae Phil. Scripta — Paris.* 1598. ib. 1602.)

In praefatione ad Ioannem Taveram Archiepiscopum Toletanum Pincianus ait se usum esse quindecim libris mstis et pluribus summa industria et labore hinc inde conquisitis, in ipsis autem Castigationibus nomina haec tantum profert: a) *exemplar Franciscanum* (*cod. coenobii d. Francisci Salmentic.*), quod ipse praedicat *antiquissimum et emendatissimum ac plane venerandae fidei.* Hic librorum Pinciani facile est optimus. b) *exemplar Facundi et Primitivi* (*ex. divorum Fac. et Primit. correctissimum*): bonus liber videtur fuisse, sed deterior illo. c) *exemplar divae Mariae* (*ex. divae Mariae Salment., ex. bibliothecae d. Mariae Salm.*): rarius laudatur, quam ut possit diiudicari. d) *exemplar Pincianum* (nomen habet a *Pincia*, quae hodie dicitur *Valladolid:* alibi appellatur *ex. divi Pauli Pinciani* vel *d. Pauli*): admodum raro laudatur. e) *exemplar familiare* sive *domesticum* (*Gallicana manu scriptum, Gallicanum meum, Gallicana littera scriptum, ex. Gallicanae litterae, quo utor familiariter*): hic codex et proximus, qui saepius ceteris citantur, melioris notae non sunt. f) *exemplar scholasticum* (*ex. scholarum, ex. scholarum*

*) De libris tam impressis quam mstis copiosius disputavi in Prolegomenis cap. II. et III.

Salmenticensium. idem videtur esse, quod alibi dicitur *ex. academiae Salmentic.*, *ex. gymnasii Salment.*): plerumque concordat cum Sc et Y. Multo saepius nomina librorum reticet atque *vetus lectio*, ait, aut *correctiora exemplaria*, *emendatiores codd.*, *castigatissimi codd.*, *sunt codices*, *qui*, aliter. Aliquando autem sua commenta sub veteris lectionis nomine Pincianum protulisse suspicor. Pinciani Castigationibus usi sunt Curio, Muretus, Gruterus, Lipsius, Gronovius, Ruhkopfius, Schweighaeuserus.

3. **Codices Modii.** (*Francisci ModI Brug. Novantiquae Lectiones — Francofurti* 1584. in Gruteri Lampad. tom. V.)

Modius per Posthium Archiatrum Wirzeburg. duos Epistolarum 88 priorum [ultra enim non laudantur] codices acceperat, alterum *Dominicanorum* (*Praedicatorum*) *Wirzeburgensium*, alterum *abbatis* (*abbatiae*) *St. Stephani Wirzeb.*, quorum neuter hodie exstat Herbipoli. Ex iis ille in singulos Epistolarum locos non raro bonam scripturam protulit, quae commendata per Gruterum a Lipsio, Gronovio, Schweighaeusero maiore ex parte recepta est. Loci Novantiquarum Lectionum, in quibus Senecae Epistolae emendantur, hi sunt: Ep. 2. 21. 36. 58. 70. 109. 116. 120. 123. 127. 130. 132. 133.

4. **Codices Mureti.** (*L. Annaeus Seneca a M. Antonio Mureto correctus et notis illustratus. Romae* 1585. Mureti scholia in Senecam saepe sunt excusa sicut in editionibus Commelinianis a. 1593. 1603. Paris. 1598. 1602. in Mureti Operibus ed. Ruhnk. tom. III. al.)

In Mureti scholiis laudantur *vetus liber meus*, *vetus liber*, *liber Siculus*, qui quanti sint aestimandi, ego quidem non dixerim, cum pauca tantum ex iis protulerit Muretus.

5. **Codices Opsopoei.** (*L. Annaei Senecae Phil. — Opera — Paris* 1587. *L. Annaei Senecae Scripta — Paris.* 1598. ib. 1602. al.)

Quatuor sunt: a) *Puteanus optimus* (nunc in bibliotheca Paris. numero 8539. signatus), b) *Puteanus alter* (uterque Claudii Puteani), c) *Nicotianus* (Io. Nicotii), d) *Ambianensis* (bibliothecae Ambianensis), quorum nullus ultra Ep. 88. continuatur. Omnes sunt inter libros meliores, sed ceteris praestantior *Nicotianus*, ad quem prope accedit *Puteanus optimus*. Scripturis horum librorum ab Opsopoeo iusto rarius laudatis bene usus est Schweighaeuserus.

6. **Codex Iureti.** (*L. Annaei Senecae Phil. Scripta — Parisiis* 1598. ib. 1602.)

Continet Ep. 1 — 52. 63 — 88., quod colligo ex scripturis commemoratis: hac Epistolarum 53 — 62. defectione et singulis scripturis simillimus est Argentoratensi b. Eas huius libri scripturas, quas in commentariis praetermisi, hic propono. Ep. 2, 3. *distringit*, supra lineam *distrahit*. 7, 4. *Interfectores interfecturis*. ib. 5. *excutere morem suum*. ib. 7. *cum his conversare*. ib. 8. *Sed ne soli mihi hodie profecerim*. ib. 9. *et quid habes*. 8, 6. *hodierno legi* om. *die*. ibid. — *ut me* ante *interroges*. 9, 6. *si ad nihil aliud ad hoc ut*

exerceat. ib. 18. — *poetam* ante *comicum.* 11, 3. *subitus affunditur.* 12, 3. *Philosii villici filius.* ib. 10. + *in vita teneri potest invitus.* 13, 3. *subsiluisti.* ib. 4. *aut fingimus aut praeripimus.* ib. 9. *Inquiramus ituque in rem.* ib. 14. *Socratem confecit.* 14, 14. *Denique cónsilium.* ib. 15. — *stipe* ante *inplebo.* 15, 7. *mediatoris sui temperamentum.* 18, 5. *Grabatus ille vilis sit.* ib. 7. *ille magister voluptaris.* ib. 9. *animi fortitudo.* ibid. *sequi horum similitudinem.* ib. 11. *solida non recipiunt.* 19, 3. *penitus recondaris.* 20, 4. *sapientiae veteris.* ib. 10. *nisi apparuerit aliquem.* ibid. *tamquam meliora, sed praeparari tamquam facilia* om. *ad.* 21, 3. *Idiomeneo* „et ita semper nominat." ib. 6. *alienae potentiae fuerunt.* ibid. *in epistolam magnum venerit.* ib. 10. *bene acceptur us es.* 23, 1. *ad summam.* ib. 3. *meditari de dolorum patientia.* 24, 11. *adeo mors timenda est* om. *non.* ib. 17. *nec Titii viscera.* ib. 20. *veritati commendas verba.* 28, 5. *magno animo eluctantur.* 29, 7. *intermittent.* 30, 2. *iunctura diducitur.* ibid. *deficiatur.* 31, 8. *Non per Paeninum.* 33, 1. *quia insuspectatae, quia mirum est.* ib. 2. *nihil inventurum cum intervenerit.* ib. 8. *ad exemplar pendere.* ib. 9. *commodatur.* 34, 1. *reliqueras supertegeras.* 35, 4. *ille ne commovetur quidem.* 36, 4. *ridiculosa res est.* ib. 8. *nec enim opus esset.* ib. 10. *et in rerum natura ex qua.* 37, 1. *sacramento rogatus es.* 39, 1. *profutura sit ratio.* 40, 1. *memoriam revocant.* 41, 1. *ad aurem simulacri.* ib. 6. *aurata iuba mittitur.* ib. 8. *alter alterni trudimus.* Iur. ci. *alterni trudimus* om. *alter.* 45, 2. *transnassem.* ib. 3. *emancipavi.* 47, 12. *patrem familius.* ib. 17. *iram evocet.* 48, 4. *ex ista scientia.* ib. 6. *lusoria ista componis.* ib. 10. *praestringat oculos.* Ep. 49, 11. *se mors tantum prope ostendit.* 50, 2. *domum tenebricosam.* 51, 12. *in Ienica Catonis.* ib. 13. *quos Pstilistas Aegyptii.* 66, 19. *et quae per lata procedit et quae per stricta.* ib. 24. *quam districtam et operosam.* ib. 26. *Quorsus haec.* ib. 40. *transfixos aut exanimatos serpentium.* ib. 48. *Ego condubitem.* 67, 13. *non thure nec sertis.* 69, 4. *ad perfectum perducit.* ibid. *Interest nihil illa ad nos* sine *an.* 70, 5. *bene mori an male.* ib. 8. *frequentibus exsequiis.* ib. 15. *qui excitet dies.* ib. 18. *quam studiose mori.* 71, 1. + *sub manu quoque, sub manu quod aiunt.* ib. 6. *qui animum demittunt et convertunt.* ib. 7. *quisque volet tibi contumeliam faciat.* ib. 15. *si naturae remiscebitur.* ib. 28. *et tremebit sapiens.* probat Iuretus. cf. Nonius Marcellus c. 10. *De mutatis coniugationibus.* ib. 29. *procurrerent.* ib. 31. *rediget ad liquidum.* 72, 2. *incisione scribere.* 74, 6. + *Hanc enim imaginem.* ib. 11. *Natat omne consilium.* ibid. *sistat voluntas nostra.* ibid. *ultra summam non est locus.* ib. 13. *quae pro primis vulgus optat.* ibid. *et relatio gratiae, si timetur labor.* ib. 16. *in animo contineamus.* ibid. *ad pessimam.* 76, 4. *contemnendus est ipse contemptus.* ib. 11. *quam specioso incumbat lecto.* ib. 20. *Omnia enim relinquis.* ib. 22. *ducit aut vocat.*

77, 8. *lenis dissolutio non experta.* ib. 17. *Nestoris et Satiae.* 82, 12. *quod non habuit decus.* ib. 25. *ne Pythio quidem.* probat Iuretus. 83, 6. *et quasi interiungo.* 85, 1. *ad traductionem nostram.* 86, 5. *qui sic laudari sustineat.* ib. 16. + *et milium serentes.* ib. 17. *parit autem arboris.* ib. 19. *habemus pluviam in nostra tempestate.* 87, 8. *cursores Numidas* om. *et.* ib. 17. *Thmolus.* 88, 15. *per praeceptum euntem.* ib. 26. *Non magis quam simplicitatem ac moderationem ac modestiam, non magis quam.* ib. 34. *nec sciam quid ignorem* sine interrogatione.

7. Codices Gruteri. (*L. Annaeus Seneca a M. Antonio Mureto correctus — ex Typographeio Hier. Commelini* 1593. ib. 1603. *apud Io. Le Preux* (Lugd.) 1595.)

In Epistolis Gruterus diligenter contulit quatuor codd. *Palatinos* (P1. 2. 3. 4. nostri ϗλϰ sunt, vel in bibliotheca Vaticana Pal. 1538. 1539. 1542. 1541.) et in Ep. 88., quae in P1. non legebatur, *Palatinum quintum:* contulit etiam librum *Coloniensem* (Col.), a Fratribus Minoribus Colonia transmissum. Ex his P1. congruit fere cum nostro G, P3. cum R, nec raro P4., qui alicubi ceteris est melior, eandem scripturam habet atque P1. et G. P2. a viris doctis plerumque optimus habetur librorum Gruterianorum, nec tamen raro concinit cum codicibus recentioribus et interpolatis: ex nostris ei simillimus est r. *Coloniensis* certe non est deterior. Gruteri opera usi sunt Lipsius, Gronovius, Ruhkopfius, Schweighaeuserus.

8. Codex Lipsii. (*L. Annaei Senecae Phil. Opera — a Iusto Lipsio emendata et Scholiis illustrata. Antverp.* 1605. 1615. 1652.)

Eius scripturas rarius proposuit Lipsius: sed apparet librum corruptum fuisse et interpolatum.

9. Codices Dalechampii. (*L. Annaei Senecae Phil. et M. Annaei Senecae Rhet. Opera — A I. Dalechampio castigata. A. The. de Iuges recognita.* (*Aureliae*) 1628. al. 1627.)

Quae Dalechampius in utrumque Senecam ex mstis excerpserat et aliunde collegerat, post ipsius mortem delata sunt ad Theodorum de Iuges: is edidit in libro modo laudato adeo negligenter, ut confidere ei noluerim et raro laudaverim scripturas in illius editionis marginibus propositas. Commemorantur per totum Epistolarum opus a) *cod. Scaligeri* (noster G) b) *vetus meus* c) *Troncianus* d) *vetus cod. Romanus* e) *cod. Germanicus* (*excusus Tamisii* 1568. fortasse est ϗ): in Epistolis 88 prioribus f) *cod. Verderianus*, g) *Chifflerianus*, h) *cod. St. Stephani* (idem, quo usus erat Modius) i) *cod. tristilus* (*tribus columnis exaratus*) k) *alter Scaligeri. Cod. St. Stephani* (et *cod. Dominicanorum Herbipoll.*, cuius tamen scripturam laudatam nusquam invenio) et *Germanicum* procuraverat Ioachimus Norimbergensis medicus nobilis.

10. Codices Gronovii. (*Io. Frd. Gronovii ad L. et M. Annaeos Senecas Notae. Lugd. Bat.* 1649. ib. 1658.)

Ad priorem editionem contulit a) Epistolarum codicem, quem *Gru-*

terus olim possederat, nec tamen laudaverat: ad alteram b) *Erfurtensem*, I. G. Graevii opera impetratum, (quem frustra quaesivi Erfordiae et Berolini: non enim est A noster) et c) *cod. Nic. Heinsii.* Horum neutrum plures quam 88 priores epistolas habuisse ex Gronovii notis constat. Praeterea Alb. Rubenius miserat excerpta ex mstis d) *Bruxellensibus duobus*, e) *Torrentiano*, f) *Leodiensi*, g) *Cambronensi*, h) *Insulano. Membranae nostrae,* quas passim laudat, videntur codicem olim Gruterianum significare. Libri Gronoviani cum melioribus facere solent: certum tamen de singulis iudicium propter raram eorum commemorationem non facile quisquam protulerit.

11. **Codices Ruhkopfii.** (*L. Annaei Senecae Phil. Opera Omnia — recognovit et illustravit Fr. Ern. Ruhkopf. vol.* 2. *Lipsiae* 1800. *vol.* 3. ib. 1805.)

Ruhkopfius acceperat a Friderico Christ. Matthiae collationem a) *codicis Amploniani*, de quo inter nostros libros dicturi sumus, ab Harlessio autem collationes b) *codicis Norimbergensis* et c) *Erfordiensis*, diversi ab Amploniano (hunc quoque frustra quaesivi). Libros *Norimbergensem* et *Erfordiensem* conspirasse ait cum Gruterianis nec in locis dubiis aut corruptis quidquam auxilii praebuisse quippe e codice recentiore descriptos. Paucas tantum horum librorum scripturas profert Ruhkopfius. Passim etiam laudat d) *cod. Erlangensem*, cuius scripturas, ut opinor, idem Harlessius suppeditaverat.

12. **Codices Schweighaeuseri.** (*L. Annaei Senecae Phil. Opera Omnia — vol.* 4. *Argent.* 1809.)

a) Sa (*Arg. a*, *ms. a*, *a* apud ipsum Swum) membr. sec. IX. 4. foll. 132. col. 1. (linn. 21 et 22.) continebat olim tertium Epistolarum volumen i. e. Ep. 89 — 124. lib. XIV — XX.: sed cum primus fasciculus membranarum perditus esset (Ep. 89 — 90, 7. *nos magnis multisque conqui*), in eius locum substitutus est fasciculus primus voluminis primi (Senecae et Pauli Epistolae, Senecae ad Lucilium Ep. 1 — 3, 5. *alterum tutius. Sic utrosque*). Finis hic est: L. ANNAEI SENECAE AD LUCIUM [sic hoc uno loco] EPISTULAR. EXPLICIT LIB. XX. Simillimus est nostro B (i. e. Bambergensi). *b*) Sb (*Arg. b.*, *ms. b.*) membr. sec. XI. vel XII. 4. min. foll. 146. col. 1. linn. 21. *luculenta scriptura, ad Gothicam quidem quae vocatur leviter inclinans.* Continebat olim Ep. 1 — 52. 63 — 88: sed Schweighaeuseri aetate, cum perdita esset aliqua foliorum pars, inerant tantum Ep. 1 — 44, 4. *alternata series. Non facit nobilem.* Ep. 52, 10. *statim illis et loqui et laudare licuisse?* usque ad finem eiusdem epistolae (exciderunt fasciculus XI. et XII., folia XVI). Ep. 63 — 81, 20. *summa infelicitas urget.* Liber, qui habet salutationis formulam et *Vale*, inter meliores est habendus et plerumque concordat cum cod. Iur. et Norimb. cf. quae infra de eodem inter meos libros dicta sunt. *c*) Sc (*Arg. c ms. c*) chart. sec. XIV. aut XV. in. foll. 189. forma est maxima, scriptura elegans. continet Ep. 1 — 124., quae habent *Vale*, carent salutationis

formula: sed eius loco cuique epistolae praemissum est breve quoddam argumentum. Multa habet scholia cum breviora inter lineas tum longiora in oris. Non paucis quidem locis scriptura est corrupta, alibi tamen bona et sincera et saepe eadem atque in Pine. ex. schol. et ℵ. (Codices modo laudati hodie quoque exstant in bibliotheca Argentoratensi his signis notati: Sa = C. VI. 5. Sb = C. VI. 17. Sc = D. II. 5.) *d*) Pr. a (*Par. a.* bibliothecae regiae n. 8615.). *e*) Pr. b (*Par. b.* bibl. regiae n. 8539.). *f*) Pr.d (*Par. d.* Palat. 1546. Heidelberga Romam, Roma Parisios delatus: nunc in bibliothecam Heidelb. restitutus). Hos codices cum editione Bip. 1. (B 1.) Parisiis contulit Car. Frid. Tim. Emmerich in Ep. 1 — 32. et parte Ep. 33., deinde in Ep. 60 — 88. In Parisinis ipse supplevi Emmerici collationem, Palatinum integrum contulit Sanctolonius: quamobrem legas, quae de tribus his codicibus suis locis annotavi. Etiam ex *cod. Amploniano* quatuor priorum epistolarum excerpta ad Schweighaeuserum miserat Fr. Chr. Matthiae.

13. Codices Iani. (*D. Ludovici Iani, Gymm. Suevofurt. Prof., Acad. Reg. Monac. Adscr., Symbolae ad notitiam codicum atque emendationem epistolarum L. Annaei Senecae. Suevofurti* 1839 [Francofurti ad Moenum apud Wetzstein].)

a) B i. e. Bambergensis vetustissimus, de quo infra ago. *b*) Norimb. (N apud Ianum, in bibliotheca Norimbergensi signatus 20. V. C.) sec. XIII. vel XIV. membr. formae maximae foll. 56. coll. 2. linn. 46. continet praeter Hieronymi de Seneca testimonium et spurias Senecae ac Pauli Epistolas et Epitaphium Senecae Ep. 1 — 52. 63 — 88. quae nec in libros sunt distributae nec nisi a recentiore manu numeris notatae: habent *Vale*. Epistolis ad Lucilium praemissa sunt haec: *Incipiunt epl'e Lucii annei Senece litterarum moralium ad Lucilium*, subiecta: *Expliciunt epl'e Lucii Annei Senece Literar. moralium ad Lucilium*. Conveniunt scripturae cum cod. Iureti et Arg. b. *c*) Erl. (E. in bibliotheca Erlangensi notatus 34. Cc. III. 9. idem est ac noster e.) sec. XIV. vel XV. chart. maximae formae. paetor alia continet in fol. 9 — 125. *Epistolas morales ad Lucilium* subscriptis his verbis: *Explicit liber annei Senece moralium epl'ar*. Codex aliquot locis mutilus in Germania, ut videtur, exaratus est a librariis compluribus, qui duodena fere folia scripserunt. Habet usque ad Ep. 34. salutationis formulam et *Vale*, in reliquis *Vale* tantum. Epistolas partim in libros distribuit, de qua re supra scripsi. Licet recentior sit liber et perversam saepe habeat scripturam, plerumque tamen concinit cum B et Sa atque eiusdem familiae est habendus. *d*) Herb. (H. in bibliotheca Herbipolitana Mch. f. 59.) chart., formae maximae ab aliis atque aliis librariis neque eodem tempore exaratus. praeter alia continet Senecae Ep. 1 — 87. 89 (quae in duas est divisa) — 124. scriptas sec. XIV. in foliis 133 lineis indivisis, quarum numerus sibi non constat. Epistolae in XXII libros divisae sunt et numeris notatae: salutationis formulam non habent, sed eius loco summaria eadem fere atque ℵ praeferunt. *Vale* plerumque est subiectum. Codex hic deterior cum neutro Modianorum convenit, nisi quod ea, quae intra lineas leguntur, con-

gruunt saepe cum scripturis ex cod. Dominicanorum laudatis: non tamen ita dissimilis est nostri G. *e*) *cod. Aldersbacensis* (asservatur in bibliotheca Monacensi) sec. XIII. membr. Fol. continet Ep. 1 — 10. His libris adiutus Ludovicus de Ian v. cl. non paucos Epistolarum locos bene correxit.

II. Codices ad hanc editionem aut primum aut denuo excussi. (Qui in Prolegomenis non sunt descripti, eos hic stellae signo notavi.)

1. Codices Germanici.

a) A (*Amplonianus.* bibliothecae Amplonianae, quae Erfordiae est) membr. sec. XII. 4. foll. 110., col. 1, linn. 21. Liber accurate et nitide scriptus habet praeter Hieronymi locum de Seneca ac Senecae et Pauli Epistolas suppositas Ep. 1 — 52. de Clem. I, 1 — 18, 2. *est aliquid quod in hominem.* Non optimos quidem aequat, sed certe inter meliores est referendus. cf de eo Buhk. vol. I. praef. p. X. (Contuli cum ℭ4.)

b) B (*Bambergensis.* M. V. 14. Iaeck N. 1088.) membr. sec. IX. vel X. 4. foll. 133. (in extremo duae tantum sunt lineae et dimidia), col. 1. linn. 21 et 22. continet *Epistularum Moralium* l. XIV — XX (libri XVIII. initium non significatur) i. e. Ep. 89 — 124. quarum singulis praescriptum *Seneca Lucilio suo salutem*, subiectum *Vale.* Liber a duobus vel tribus librariis satis nitide exaratus eandem fere servat scribendi rationem, quae exstat in vetustissimis Virgilii mstis Mediceo et Vaticano: non raro tamen singulas syllabas et voces omittit aut bis ponit. Insigne additamentum habet Ep. 110, 17. et alia vitia: nihilo tamen secius meorum librorum est praestantissimus et codici Sa tam similis, ut singulis fere paginis inter se respondeant. (Contuli cum ℭ4.)

c) b (ipse *Bambergensis.* M. IV. 4. Iaeck N. 1090.) membr. pagg. 125. Fol. Praeter alia habet Senecae Epp. 52. priores (pagg. 69 — 92.) coll. 2. linn. 55. 57. 80. 83. sec. XIII. emendate et nitide quamvis minutis litteris scriptas. Desinit Ep. 52. in verba *non laudatur ille nunc* § 13., cum duo folia exsecta sint: reliqua eiusdem epistolae alia manus in margine supplevit. Descriptus esse videtur ex A: nam ubique fere cum hoc consentit et Ep. 48, 7. verba *quisquis — respondentium*, quae in A punctis sunt notata, omittit. Hanc ob causam raro tantum laudavi codicem b. (Contuli cum ℭ4.)

d) G (*Guelferbytanus.* Gud. 10. Ebert N. 765.) sec. XIV. in. membr. foll. 287. coll. 2. formae maximae. Continet L. Annaei Senecae opera omnia praeter Ludum, quaedam supposita et M. Senecae Declamationes. Epistolae, quarum singulis summaria sunt praefixa, in XXII libros digeruntur et raro habent salutationis formulam, semper *Vale.* Ep. 88. suo loco omissa legitur fol. 97. et *de septem liberalibus artibus* inscribitur. In Epistolis hic liber deteriores secutus pleraque habet cum ℑ (Pl.) communia. Totum codicem correxit Guidomarus Deriani, qui varias scripturas multas tam inter lineas quam in oris posuit et haec subscripsit: *Senece de beneficiis liber VII. explicit. Et sciendum quod iste liber et*

omnes alii libri Senece quos habet Reverendus pater dominus: P. Dei gratia episcopus tholosanus sunt per me Guidomarum deriani de plestin plene et de verbo ad verbum correcti cum libris fratrum minorum de castro plebis clusine dioecesis Anno nativitatis domini M.CCC quinto; adhuc sede apostolica vacante; unde apparet eundem librum esse, qui in 𝔍u [Ios.] *Scaligeri* dicitur, cuius manum alicubi agnovisse videor. (Contuli cum 𝔔4.)

e) g (*Guelferbytanus.* Gud. 335. Ebert N. 784.) membr. 8. sec. X. col. 1. linn. 20. praeter alia habet Senecae Ep. 16. 17. 10. 47. 43. 42. 5. 12. 15. 3. 4. in foliis 59 — 86. Hic codex quamvis ab homine imperitissimo scriptus annumerandus est optimis. (Contuli cum 𝔙1.)

f) w (*Guelferbytanus.* 23, 32. Ms. Aug. 4. Ebert N. 779.) membr. 4. sec. XV. foll. 89. col. 1. linn. 24. 27. 29. 31. 32. ab initio mutilus. Insunt Ep. 16, 3. *ut dematur otio nausea* — 88. (in libros non digestae): sed Ep. 85. extremo loco posita est. Habet *Vale*, caret salutatione. Liber, qui videtur in Francogallia esse exaratus, multa habet scripturae compendia nec tamen difficilem lectionem. saepius concordat cum nostris r et ι (P2.). (Contuli cum 𝔔4.)

g) E (*Erlangensis*, alius atque ille, quem contulit Ianus) membr. Fol. sec. XII. aut XIII. [iudice Gottl. Christophoro Harless] nitide nec multis aut difficilibus compendiis scriptus. Insunt St. Bernhardi Epistolae, alia, Liber [spurius] Senecae de Remediis Fortuitorum, Senecae Epistolae 1 — 66, 25. *aliarum rerum inaequalitas* (in haec verba Epistolae ad Lucilium desinunt adiecto *Vale*), de Clementia, Senecae et Pauli Epistolae [suppositae]. Liber bonus est, ex quo pauciora excerpta esse doleo. (Cum 𝔙1. conferendum curavit G. Chr. Harless.)

h) . e (*Erlangensis* idem, quo usus est Lud. Ianus. vide quae scripsi supra). Ex hoc codice aliquot scripturas Fr. Chr. Matthiae in editionis suae exemplo annotavit, quo ipse utebatur. Exemplar illud Matthiaei aliis quoque viri docti observationibus et coniecturis ornatum liberalissime mecum communicavit I. G. Richter Nordhusanus v. cl.

i) . R (*Rehdigeranus.* olim Leonardi Iustiniani, nunc bibliothecae Rehdigeranae, quae est Vratislaviae) membr. Fol. min. foll. 180. col. 1. linn. 29. (pauca tamen folia, quae sunt ab initio, habent lineas 30) sec. XIV. eleganter et nitide in Italia exaratus. folia 67 — 72. inde ab initio Epistolarum Senecae aliam manum referunt atque reliqua. Continet Senecae Epistolas ad Lucilium in XX libros distributas, quibus praeter Ep. 71. praemittuntur summaria, *Vale* rarius subiicitur. Eadem fere summaria in fine repetuntur secundum librorum rationem aliquantulum immutatam. Non raro hic codex interpolatus est, aliquando tamen genuinam scripturam exhibet. Quae in contextu sunt omissa, plerumque in marginibus et intra lineas leguntur. Consentit semper fere cum λ (P3.). (Contuli cum 𝔑u.)

k) . r (ipse *Rehdigeranus*) membr. Fol. sec. XIV. praeter varia Augustini, Ciceronis, Io. Damasceni continet excerpta ex Senecae libris de Clementia et de Beneficiis atque Epistolas 88 priores in XII libros divi-

sas: in his columnae sunt binae, lineae sexagenae. Salutatione caret, *Vale* plerumque subiicit. Eaedem fere huius libri sunt virtutes quae nostrorum t (P2.) et w, eadem vitia. (Contuli cum Ru.)

l) . T (*Ludovici Trossii Hammonensis v. d.*) chart. 4. sec. XV. in. foll. 57. col. 1. linn. plerumque 27, in aliquot paginis 26, in aliis 28. Continet praeter locum Hieronymi ac Senecae et Pauli Epistolas ad Lucilium Epp. 52 priores nec in libros distributas nec numeris signatas. Praefigitur plerisque *Seneca Lucilio* sive *Seneca ad Lucilium* aut, ubi angustius spatium, *Seneca*, *Vale* non subscribitur. Finitur Ep. 52. in folio 53. recto: in eodem folio verso et in reliquis leguntur quaedam theologica. Liber ab homine non imperito scriptus inter optimos fere est habendus. (Contuli cum Ra.)

m) V (*Vindobonensis.* apud Endlicherum CXCVIII.) membr. Fol. sec. XIV. foll. 36. coll. 2. Princeps littera auro ceteraeque epistolarum initiales coloribus ornatae sunt, plerumque etiam sententiarum principia minio notata. Continet Ep. 1 — 88., sed inde ab Ep. 85. excerpta tantum exstant, nec non in superioribus plurima sunt omissa: in fine conspicitur index Epistolarum ab alio eadem aetate confectus. Hic codex inter corruptissimos est. (Collatus est cum Bl.)

n) u (*Vindobonensis*) chart. sec. XV. inter alienа habet Senecae Ep. 2 et 6. (Collatus est cum Bl.)

o) Bul. (olim *Bulovii Beiernumburgensis*) chart. sec. XV. cum Gro in primis epistolis collatus a Liebaldtio Numburgensi v. d., qui varias scripturas liberaliter mecum communicavit.

2. Codex Argentoratensis. (Arg. b. Sb. cf. quae supra inter Schweighaeuseri codices de hoc libro disputata sunt) cum Bl. collatus ab Oberlino, qui eum refert ad sec. X. Tum continebat Ep. 1 — 52. 63 — 88. integras. Ubi eadem ab Oberlino atque a Schweighaeusero prolata vidi, librum significavi per Sb, in iis, quae solus Oberlinus laudavit, per Arg. b: alibi dissentire inter se viros doctos annotavi.

3. Codex Bernensis. (B in prioribus epistolis) sec. XIII. collatus cum Bl. continet excerpta ex Senecae scriptis et Ep. 1 — 82, 19. *sic mala illa credideris:* sequuntur Symmachi Epistolae. Liber ad deteriores incliuat.

4. Codices Parisini.

a) P (bibliothecae regiae N. 8658. A. olim *I. A. Thuani*) membr. 8. sec. X. foll. 126. col. 1. linn. 19. 20. in primo fasciculo (foll. 8.), in sequentibus 29. 30. Continet Ep. 1 — 88. incipit CONTINENT' IN HOC *codice Lucii Annei Senecae Litterarum moralium ad Luciliū libri numero. XX.* (numerus alia manu et alio atramento scriptus) SENECA LUCILIO SUO SALUTEM. In fine haec leguntur: RAGAMBERTUS QUAMUIS INDIGNUS LAICUS BARRITUS [ita fere nunc legitur: sed aliquid scripturae est perditum, ut olim fuisse videatur BARBATUS] HUNC CODICĒ SCRIPSIT. Epistolae plerumque habent salutationis formulam, semper *Vale.* Initia librorum raro notantur, sed alicubi spatium vacuum

significat locum, ubi omissa sunt. Liber optimis vix est inferior. (Hunc codicem et proximum in duodecim epistolis prioribus ipse contuli cum ed. Tauchnit.: reliqua ad idem exemplar diligenter et accurate excussit *Dr. Adolphus Philippi Hamburgensis v. d.*)

b) p (bibliothecae regiae N. 8540. olim *Pithoei*, post *Colberti*) membr. Fol. min. sec. XI. foll. 54. col. 1. linn. 33, sub finem 32. Olim habuit Ep. 88 priores, sed cum exsecta sint folia nonnulla, nunc desinit in Ep. 71, 6. Folia 31 et 32 continentia Ep. 121, 11 — Ep. 122 ex. et simili manu scripta nescio quo casu inserta sunt inter Ep. 47, 8. verba *videre ingenuum* et *potes quam ille*, ut turbatus quidem sit ordo, sed nil hic omissum. Adest salutationis formula et *Vale:* librorum initia nonnusquam significantur. Hic liber illum (P) aequat fere praestantia, aliquando etiam superat.

c) Pr. b (bibliothecae regiae N. 8539. olim *Puteani.* Opsopoeo *Puteanus optimus*) membr. Fol. sec. XI. foll. 95. col. 1. linn. 31. Insunt praeter locum Hieronymi ac Senecae et Pauli Epistolas suppositas ad Lucilium Ep. 1 — 88., quae praeter 41. habent *Vale*, carent salutationis formula: nec sunt in libros distributae nec numeratae. Liber a variis exaratus, quorum certe tres fuisse constat, ad optimos prope accedit. (Hunc et proximum in Ep. 32 — 60. contuli cum Ra: reliqua excusserat in Schweighaeuseri usum Emmericus.)

d) Pr. a (bibliothecae regiae N. 8615. olim *Colberti*) membr. Fol. sec. XIII. continet Ep. 1 — 88. et libros de Clemencia. Deterior est codice Pr. b, non tamen spernendus.

e) Sorb. (bibliothecae regiae Sorbon. 1586.) membr. 4. sec. XII. foll. 106. col. 2. linn. 35. 30. 32. 31. Habet M. Senecae Declamationes, L. Senecae Ep. 1 — 88. (desunt quae ab Ep. 1, 2. verbis *eius iam praeterii* ad Ep. 3, 5. *reprehendas et eos* leguntur), libros de Beneficiis tam mutilos, ut octo tantum folia impleant, de Clementia I, 1 — 9, 8. *Adeo nihil facilius potes quam contra Caesarem.* In Epistolis probus est liber. (Contuli partim cum Ra.)

f) Sorb. 2. (bibliothecae regiae Sorbon. 354.) membr. Fol. sec. XIII Continet locum Hieronymi, Senecae et Pauli Epistolas suppositas, ad Lucilium Epp. 88 priores, alia. (Ep. 63. contuli cum Ra.)

g) Germ. (bibliothecae regiae St Germ. 1429.) membr. Fol. min. sec. XIII. foll. 77. col. 1. linn. 25. Continet Epp. 88 priores nonnullis omissis, reliquarum ordine saepe turbato. Hoc est initium: *Incipit Liber Moralium Lucii annei Senece ad lucilium. Vale* plerumque est subscriptum, salutatio abest. (Paucos locos contuli cum Ra.)

5. *) Codices Romani (a *Raynaldo Sanctolonio* ab initio minus accurate, deinde diligenter collati cum Ju. Consensum eorum indicavi per ρρ).

A. Vaticani. *a*) α. 1769. membr. in fol. praestantissimus adeoque

*) In his libris describendis utor verbis Sanctolonii: quae ipse adieci, uncis sunt circumdata.

non praetercundus. Exaratus videtur per Rolandum de Plagola anno D. 1403. dum Romae esset Legatus pro Civitate Paduae: qui nomen suum et Senecae [*Lucani*] Poetae Epitaphium a se via Ostiensi repertum ad calcem subdidit. *) M. A. || LVCANO. CORDVBENSI. || POETE. BENEFICIO. || NERONIS. CAESARIS. || FAMA SERVATA. *b*) . Φ. 2199. membr. in fol. picturis auro minioque fulgentibus ornatus, elegantissime exaratus sec. XV. *c*) Z. 2200. membr. elegantia, aetate, forma priori similis. Sed praeterea frequentibus notatiunculis et correctionibus tum inter lineas tum ad margines auctus. *d*) β. 2201. membr. in fol. eleganter et emendate exaratus sec. XIII. adiectis e regione variis lectionibus. *e*) γ. 2202. membr. aetate, forma, elegantia priori similis. Hoc addito, quod operum initia imaginibus aliisque emblematibus affabre depictis decorantur. *f*) δ. 2203. membr. in 4. exaratus sec. XV. Additur ad calcem expositio Colutii Florentini super 1. Epistolam Senecae ad Lucillum. (Hic cum superiore saepissime concordat et inter meliores libros est habendus.) *g*) ε. 2205. membr. in 4. elegans et emendatus, exaratus sec. XIII. Epistolae in hoc nec numerantur e regione nec in libros discriminantur. Sunt autem circiter CXXVIII. (Quamvis pluribus locis interpolatus servat alicubi genuinam scripturam.) *h*) ζ. 2207. membr. in fol. exaratus, ut videtur, manu Germanica sec. circiter XIII. Epistolae in eo CXXVI. numerantur. (Hic quoque non leviter est interpolatus.) *i*) . φ. 2208. membr. in 4. elegantissime exaratus sec. XV. *k*) . Δ. 2212. membr. in fol. magno, apicibus ad Gothicum stylum vergentibus in Germania, ut videtur, exaratus initio sec. XV. initialibus literis auro minioque affabre depictis a summo ad calcem exornatus. (Raro laudatur.) *l*) . H. 2213. membr. forma, aetate, ornatu priori fere similis. (Hic quoque raro laudatur.) *m*) . X. 2214. membr. in fol. exaratus circa finem sec. XIV. elegantibus picturis ornatus. (Raro laudatur.) *n*) . ψ. 2215. membr. in fol. eleganter exaratus sec. XIV. atque ornatus ut superior. (Non spernendus hic liber.) *o*) . χ. 2216. membr. in fol. eleganter exaratus sec. XIV. *p*) η. 3873. membr. in 4. quadrato exaratus anno 1368.

***B.* Palatini.** *a*) . Π. 869. membr. in 4. oblongo exaratus sec. XIII. Epistolae sunt initio et fine mutilae. (Bonus liber desinit Ep. 123, 2.) *b*) ϑ. 1538 membr. in fol. eleganter exaratus sec. XIV. pictisque imaginibus ad initia librorum decoratus. Grutero dicitur Palatinus primus. (Ubique fere consentit cum G.) *c*) ι. 1539. membr. in fol. magno, optimae notae et correctissime scriptus sec. XIV. literis initialibus auro minioque depictis ornatus. Grutero Palatinus secundus. (Consentit fere cum r et w.) *d*) κ. 1541. chart. in fol. manu Germanica exaratus sec. XVI. (?) notulisque ad margines ditatus variisque lectionibus. (Grutero est Pal. 4.). *e*) λ. 1542. chartac. in 4. eleganter et emendate exaratus sec. XVI. (?) (Grutero est Pal. 3. convenit plerumque cum R et saepe in contextu habet eas scripturas, quae apud R in oris notantur). *f*) μ. 1543. membr. in 4. sec. XIII. Desunt in hoc novem integrae priores Epistolae et initium decimae. (Desinit in

*) Hanc inscriptionem nec apud Gruterum nec apud Osannum reperio.

Ep. 88. verba *si Protagorae credo:* sed reliqua eius epistolae ab antiqua manu sunt suppleta.) *g*) ν. 1546. membr. in fol. parvo quadrato eleganter exaratus sec. XII. non praetereundus. (4. foll. 165. col. 1. linn. 24. externa specie admodum similis est Amploniano. continet librum suppositum de Remediis Fortuitorum et inde a fol. 56. usque ad fol. 160 b. Epp. 88 priores: sed aliquot foliis deperditis desiderantur, quae leguntur inter Ep. 49, 8. *Demens omnibus merito viderer* et Ep. 51, 11. *in regione Baiana.* Ep. 88. finitur verbis *Si Protagorae credo.* Sequuntur locus Hieronymi de Seneca, Epitaphium Senecae, Pauli et Senecae Epistolae suppositae, theologica quaedam hoc initio: *Ego fons vivus dico ad illos qui propter nomen meum tunica mea induti.* finis est: *unde etiam decipiuntur in estimatione sua.* Schweighaeusero est *Par. d.* Hic liber redditus bibliothecae Heidelbergensi non est spernendus, licet aliquot locis sit interpolatus.) *h*) ω. 1547. membr. in 4. exaratus sec. XI. charactere, quem Langobardicum appellant. non praetereundus. (Rarissime laudatur.) *i*) ξ. 1549. membr. in 8. exaratus sec. XIII. (Desinit in Ep. 81, 17. verba *quod volet adiuvare adiutus.*) *k*) K. 1550. membr. 8. exaratus sec. XIII. initio et fine mutilus. (Desinit in Ep. 83, 19. verbum *laxatur.*)

C. **Ottoboniani.** *a*) . Y. 1228. chartac. in fol. exaratus sec. XV. (collatus tantum in Ep. 75.). *b*) ο. 1533. membr. in 4. exaratus sec. XIV. adsunt e regione variae lectiones. (Cum ν aliquando consentit.) *c*) π. 1579. chartac. in fol. exaratus sec. XV. adsunt variae lectiones notulaeque marginales. (Saepius concordat cum ο.) *d*) ρ. 1670. membr. in 4. exaratus sec. XIII. initio et fine mutilus. (Hic liber omnium maxime est interpolatus, ut in eo vix Senecam agnoscas.) *e*) σ. 2090. chartac. in fol. exaratus Mutinae per Iohannem de Regio anno 1381. qui notulas variasque lectiones marginibus adiecit. Videtur non praetereundus. (Non paucis locis cum Col. consentit.)

D. **Alexandrini.** *a*) . Γ. 209. membr. in 8. exaratus sec. XIII. Sunt Epistolae selectae numero 48. *b*) τ. 1454. membr. in 4. eleganter exaratus sec. circiter XII. Codex fuit Alexandri [potius *Pauli*] Petavii Senatoris Parisiensis: deinde Alexandrae Christinae Suecorum Reginae, quae illum cum ceteris selectis Alexandro P. P. VIII. testamento legavit. Codex est optimae notae nec praetereundus. (Bonus liber est, qui saepe concordat cum mG.) *c*) . Θ. 1544. membr. in 4. exaratus sec. XIII. initio et fine mutilus.

E. **Urbinas.** υ. 219. membr. in fol. elegantissime exaratus iussu Friderici a Monte Feretrio Urbini Ducis, cuius insignia prae se fert, sec. XV. Epistolae CXXVI. numerantur. (Non raro concinit cum B optimo.)

Reliqui codices, quos passim laudant Oudendorpius, Burmannus, Vossius, alii, memorantur quidem suis locis, sed accuratius hic describi nequeunt: nec satis constat de illis libris, quibus usus est Latinus Latinius. (*Latini Latinii, Viterbiensis, Bibliotheca Sacra, Et Profana. Sive Observationes, Correctiones, Coniecturae, et Variae Lectiones. In Sa-*

cros, Et Profanos Scriptores E Marginalibus Notis Codicum Eiusdem. A Dominico Macro Melitensi — Collectae. Et Nunc primum, è Bibliotheca Brancaccia in lucem Editae. Romae. M.DC.LXXVII.)

B. *) LIBRI IMPRESSI.

I. Impressi ante Erasmum.

1. ℵ. *Editio Anonyma.* Fol. foll. 210. linn. 35. Hoc initium: *Lucii Annei Senece Cordubensis ad Lucilium epi* ‖ *stole. Feliciter Incipiunt Prima. De colligenda.* Auctore Van Praet tribui solet *Mentelio* sive *Mentelino* librario Argentoratensi. Sed Bardilius Uracensis v. cl., qui multa alia de libris Senecae impressis ad me docte scripsit, id minime constare asseverat: nam singulare illud R, quod in hoc quoque libro cernitur, in *Vincentii Bellovacensis Speculo Historiali* a Mentelino a. 1473. impresso nusquam conspici. *Speculum* autem illud in testimonium laudaverat Van Praet. Ceterum ille liber ex codice recentiore et valde interpolato transscriptus est formis per hominem indoctum, qui ne compendia quidem scripturae satis usitata potuit explicare. Multas scripturas communes habet cum Pinc. ex. schol. et Sc: usurpatus est a Schweighaeusero diligenter, a Ruhkopfio passim, fortasse etiam ab Erasmo. (Cf. Hain Repert. Bibl. N. 14597. Bibl. Spenc. tom. II. N. 426. p. 347 sq. Contuli cum ℭ.)

2. ℑ. *Editio Incognita* (venditata a Prinzio librario Vesaliensi). 8. foll. 84. linn. 19. 20. 21. 22. 23. (ne proximae quidem inter se paginae parem habent linearum numerum). Fasciculi singuli, qui foliis octonis constant praeter ultimum, suis signis in prioribus quatuor foliis sunt notati sic: a, a2, a3, a8(4): ultimus habet duodecim folia, quorum sex priora sic signantur: k, k2, k3, k8(4), kv, kvi. Hic praeterea male est complicatus, ut foliorum ordo sit turbatus aliquantulum. Litterarum figurae sunt Gothicae et rudiores: quamobrem ad prima artis typographicae monumenta librum referre non dubito. Initium hoc est: *Incipit liber eplārū senece ad luciliū* ‖ *de institutione morum* [L] *Vceus anneus Seneca lucilio suo salutem* ‖ *Ita fac mi lucilli vēdica te tibi Et tēpus* ‖ *quod adhuc restat collige et serva.* Finis: *Nō facile dixerim utrū magis irascar illis qui nos* ‖ *nichil scire voluerūt An illis qui ne hoc quidē nobis* ‖ *reliquerūt nichil scire. Vale.* (Ep. 88. ex.) Scribitur *studea* (studia), *gaudio* (gaudeo), *sede* (caede) al. compendia satis sunt frequentia. Excerpta Epistolarum 88 priorum, quae insunt in hoc libro, non omnino concordant cum vulgatis (*Arnoldi de Colonia Lips.* 1495. *Wolfgangi Monacensis* ibid. 1501. al.): nam modo plura exhibent, modo pauciora, modo singulis verbis differunt. (Contuli cum 𝔑a: nec tamen multa ex hoc libro in commentariis proferre visum est.)

3. 𝔓. *Editio Parisina a.* 1475. 4. min. foll. 211. linn. 25. Initium:

*) Eos tantum commemoro, quibus ad rem criticam aliquid est momenti, quibusque ipse usus sum.

Ieronimus in libro de viris illustribus sic de Seneca scribit: Vcius anneus seneca. clausula: *Expliciunt epistole Sene* || *ce ad Lucilium. Impresse Parisius Anno domini M.CCCCLXX.V.* (prodiit ex officina *Petri Caesaris et Iohannis Stoll*). Insunt locus Hieronymi, Pauli et Senecae Epistolae, Epitaphium Senecae, ad Lucilium Epp. 88 priores numeris signatae praeter Ep. 60—76. Folia quinque extrema habent indicem, in quo summaria epistolarum per locos communes sunt digesta, sicut *De commendatione paupertatis Epistola II. IV. IX. XIV. XVII.* Liber petitus est ex codice deteriore. (Cf. Hain Rep. Bibl. N. 14600. Bibl. Spenc. tom. II. N. 424. p. 343 sq. Contuli Parisiis paucas epistolas cum ed. Tauchnit.)

4. ℜ. *Editio Romana a.* 1475. fol. min. foll. 168, quorum primum caret scriptura, linn. 36. Initium: *Incipit prologus beati Ieronimi super epistolis* || *Pauli ad Senecam: et Senecae ad paulum.* clausula: FINIS || *Praesens haec epistolarum Senecae ad Lucilium* || *impressio In alma urbe Roma in domo nobilis* || *viri Petri de maximis non atramento: plumali* || *Calamo: neq; stilo aereo: sed artificiosa quadam* || *adinventione imprimendi seu characterizandi:* || *opus sic effigiatum est, ad dei laudem industriaeq;* || ꝑ *magist* ꝛ *Arnoldum pannartz Alamanū est cōsa* || *matū. Anno salutis.* M.CCCC.LXXV. || *Die vero prima Mensis Februarii: Sedeñ* || *Sixto Pon. Max. Anno eius quarto.* Insunt locus Hieronymi, Pauli et Senecae Epistolae, Epitaphium, Epistolae ad Lucilium in XXV libros distributae. Hic est fons, ex quo omnes posterae editiones emanarunt: sed ipse profluxit ex codice non optimo. Usus est hoc libro Schweighaeuserus. (Cf. Hain Rep. Bibl. N. 14601. Bibl. Spenc. tom. II. N. 425. p. 345 sqq. Contuli cum ℭ.)

5. ℜ. *Editio Neapolitana a.* 1475. Fol. voll. II. linn. 48. vol. I. olim habuit folia 145, ut apparet ex chartarum indice: sed primum folium, quod fuit vacuum, in omnibus exemplaribus videtur perditum esse. Continet hoc volumen Senecae opera praeter Epistolas, Naturales Quaestiones et Ludum: ne spuria quidem sunt omissa. Initium: *Incipit lucii annei Senecae cordubensis liber de moribus in quo notabiliter.* In folii extremi pagina priore post finem Proverbiorum haec leguntur: *Sub domino Blasio Romero monacho Populeti philosopho ac theologo celebri est im* || *pressum hoc opus in civitate Neapolis Anno domini: M.LXXIIII. Divo Ferdinando re* || *gnante.* || *Gabrielis Carchani mediolanensis in artificem carmen:* || *Iam poene abstulerat Senecae monumenta vetustas* || *Vixq; erat haec ullus cui bene nota forent* || *Tam bona: sed docti Matthiae scripta moravi* || *Artificis: non est passa perire manus* || *Huic igitur meritas grates studiosa iuventus* || *Pro tam sublimi munere semper agas.* In eiusdem folii altera pagina conspicitur *Tabula huius libri Senecae quinternorum et foliorum* in quatuor columnas disposita. Volumen alterum, quod habet folia 108, repetit Epistolarum editionem Romanam paucissimis tantum mutatis. Ex hoc libro perraro Harlessius excerpta miserat ad Ruhkopfium: sed primam tantum epistolam complectebantur. Eundem magno emolumento se adhibuisse ad Lagrangii

versionem Francogallicam retractandam scribit Naigeon. vid. Oeuvres de Séneque tom. II. p. 11. (Contuli cum ℭ, non tamen omnes epistolas. Cf. Hain Repert. Bibl. N. 14590. Bibl. Spenc. tom. II. N. 419. p. 338 sqq.)

6. 𝔗. *Editio Tarvisina a.* 1478. Fol. foll. 215. linn. 53. Initium: *Incipit Lucii Annei Senecae cordubensis liber de moribus:* ‖ *in quo notabiliter.* Fol. 215 a post Epistolarum finem legitur: *Liber epistolarum moralissimi Senecae* ‖ *finit foeliciter.* sequitur index librorum et clausula: *Impressum Tarvisii per Bernardum de Colonia* ‖ *Anno domini M.CCCC.LXXVIII.* Litterae sunt Gothicae. Repetit hic liber editionem Neapolitanam: sed omittit omnia, quae illa habet in media extremi quaternionis plagula (Ep. 120, 10. *non deesse ei in his* — Ep. 122, 2. *nec orientem umquam*), cum librario mancum exemplar traditum sit. Atque etiam alibi inter se leviter discrepant. Hoc libro usi sunt Erasmus, qui habuit exemplar Rudolphi Agricolae notis et coniecturis ornatum, Gronovius, Schweighaeuserus. (Cf. Hain Rep. Bibl. N. 14591. Bibl. Spenc. tom. II. N. 420. p. 340. Ipse possideo librum.)

7. 𝔙. *Editio Veneta secunda a.* 1492. Fol. 208 folia numerantur, quibus duo sine numero sunt praefixa. linn. 62. Fol. 1 a. legitur: *Senece omnia opera.* 1 b. post indicem librorum: *Venetiis impressa. M.CCCC.XCII. die ultima octobris. Per Bernardinū* ‖ *de Coris de Cremona.* ‖ *Registrum chartarum.* Fol. 2 a. *Seneca Paulo* ‖ PROLOGVS BEATI HIERONYMI SVPER EPISTOLIS. Fol. 3 a. LIBER PRIMVS ‖ LVCII ANNEI SENECAE AD LVCILIVM EPISTOLARVM LIBER PRIMVS. Fol. 210 b. in pagina ima: *Explicit liber sextus et ultimus controversiarum.* Repetere videtur ed. Venetam primam (*Venetiis per Bernardinum de Cremona et Simonem de Luero. Die V. Octobris M.CCCC.XC.* cf. Hain Rep. Bibl. N. 14593. Bibl. Spenc. tom. II. N. 421. p. 340 sq.) quam excutere non licuit, sed mutato librorum ordine. Accesserunt iam in illa Naturales Quaestiones et *liber de liberalibus studiis* (Ep. 88. suo loco non omissa). Epistolae in XXII libros sunt divisae earumque contextus saepe differt ab 𝔐𝔗: ut dubium non sit, quin libri msti sint adhibiti. Usus est hac editione Schweighaeuserus una cum ea, quam Venetam tertiam plerumque appellant (Panzer vol. IV. p. 480), ipse autem primam esse putat. Hos libros raro scripturis diversos esse idem docet. (Cf. Hain Rep. Bibl. N. 14594. Meo exemplari utor.)

II. Libri inde ab Erasmo ad Gothofredum impressi.

1. 𝔈1. *Editio Erasmi prima.* Fol. Basileae a. 1515. apud I. Frobenium. Continet eadem, quae sunt in editionibus Venetis, mutato tamen ordine et addito Ludo. Parum operae ipse Erasmus posuerat in hac editione adornanda, quae in plurimis repetit contextum Venetarum, non raro tamen ab iis differt: negligentius etiam se gesserunt librarii, cum Erasmus abesset in Anglia. cuius negligentiae exemplum notavi ad Ep. 52, 7. Usi sunt hoc libro Gronovius et Schweighaeuserus: ego utor meo exemplari.

2. ℭ2. *Editio Erasmi secunda.* Fol. Basileae 1529. per Hier. Frobenium et Io. Hervagium. Multo haec est emendatior priore: de mstis, quibus usus est Erasmus, iam supra scripsi. (Hunc librum consuluit Schweighaeuserus.) Repetita est Basileae 1537. apud Io. Hervagium et ibidem s. a. et typ. n. (apud eundem Hervagium, quod docent litterarum figurae et insigne Hervagianum in titulo atque in fine positum) Pinciani Castigationibus adiectis: unde coniicio ipso anno 1537. aut proximo hunc librum prodisse. Ego utor hac editione, quae ab Erasmi ed. II. non differt, quod sciam: idcirco non dubitavi eam notare per ℭ2.

3. ℭ. *Editio Coelii Secundi Curionis.* Fol. Basileae a. 1557. per Io. Hervagium et Bern. Brandum. Hic liber multum differt a prioribus, cum Curio saepissime Pinciani veterem lectionem atque eiusdem et Erasmi coniecturas receperit nullo prorsus iudicio, alia etiam suo arbitrio mutaverit. Itaque quae iude a Grutero in Muretum iactantur, magnam partem cadunt in Curionem.

4. ℭ. *Editio Dionysii Gothofredi.* 8. Basileae 1590. per Euseb. Episcopium. Repetit editionem Curionis paucis tantum mutatis. Coniecturas Gothofredi, quarum magnus est numerus, raro tantum laudavi, cum ad restituendam scripturam eas nihil conferre persuasum mihi esset. Simili ratione Curionem sectantur editio Parisina a. 1587. (curaverat Nic. Faber) et *) Lugdunensis a. 1592.

---

*) Hanc editionem rarissimam, quam a nullo virorum doctorum commemoratam video, dono mihi misit Bardilius Uraceusis v. cl.: iam eam describo. Constat duobus voluminibus in octonis, quorum prius habet paginas 1279. praefiguntur folia 26 non numerata, in quibus titulus, index contentorum, praefatio [Nicolai Fabri], de Seneca veterum auctorum loci, elogia auctorum de Seneca, fragmenta ex libris Senecae, qui intercideruut. sequuntur paginae 114 suis numeris signatae cum Rhenani scholiis in Ludum, Martini Episcopi Formula honestae vitae sive de quatuor virtutibus cardinalibus, Martini Episcopi de Moribus libro uno, St. Hieronymi de Seneca testimonio, Epistolis Senecae et Pauli, oratione Senecae (Tac. A. XIV, 53—55.) et Neronis responso, Proverbiis Senecae. Praeterea insunt in hoc volumine libri de Beneficiis, Epistolarum libri XXII. cum Erasmi scholiis et Pinciani Castigationibus selectis (utraque etiam ad reliquos Senecae libros accedunt eadem ratione, quae est in editione Curionis), liber de Providentia, de Paupertate, de Remediis Fortuitorum, libri de Ira, de Clementia, de Beata Vita, de Tranquillitate, Quod in sapientem non cadit iniuria, de Brevitate Vitae, Consolatio ad Polybium, ad Marciam, ad Albinam (Helviam). Titulus hic est: *Annaei Senecae Philosophi Scriptorum Quae Extant, Tomus Primus. In quibus praeter varias lectiones in margine notatas, additi sunt novissimè libri antehac non impressi, singulisque Capitibus et Epistolis, ad meliorem facilioremve intelligentiam Summaria. Cum annotationibus Mureti, Pinciani, Opsonii, aliorúmque diversorum collectionibus. His accessére cumulatissimi Indices. Pagina sequens in his Tomis contenta indigitat. Lugduni, Apud haeredes Symphoriani Beraud M. D. XCII.* Voluminis secundi titulus: *L. Annaei Senecae Philosophi Scriptorum Quae Extant, Tomus Secundus. In quibus post Quaestiones naturales, Controversias, Declamationes et Suasoriae M. Senecae patris, esse creditae, continentur. Cum Mureti atque aliorum in omne Opus annotationibus, et Indicibus. Lugduni, Apud haered. Symphoriani Beraud. M. D. XCII.* Habet paginas 1142, quibus praecedunt folia 8 non numerata cum titulo, praefatione [Nic. Fabri], catalogo Controversiarum et Suasoriarum. sequuntur folia 97 non numerata, in quibus errata et index. Continent

III. Libri, qui habent contextum a Mureto constitutum.

Pleraque Muretus ex editione Curionis retinuit, alia mutavit ex coniectura saepe infelici, pauca emendavit mstis adiutus: scripturae receptae rarissime rationem reddidit. Praeter elegantis viri inconstantiam, quam criminatur Gruterus, causa fuisse videtur mors praeveniens editionem. Prodiit ea Francisco Bentio et Iulio Roscio Hortino curantibus Romae a. 1585. Fol. (hunc annum praefert titulus, in fine legitur 1586). Librum rarum conferre mihi non licuit: sed eius contextus saepe est repetitus: in editionibus Commelinianis a. 1593 (1594.) Fol. a. 1603. (1604). Fol. a. 1604. 8., Lugdunensibus a. 1594. (1595.) 12 et 8., Parisinis a. 1598. Fol. a. 1602. Fol. (hac usus est Schweighaeuserus, atque ego utor et significo per 2R). Alias omitto.

IV. Libri, qui habent contextum a Lipsio constitutum.

Iustus Lipsius librorum inprimis Gruterianorum praesidio adiutus et in Senecae scriptis maxime versatus ita ea recensuit, ut non pauca vitia sustulerit, plura fortasse reliquerit: nam caute egit vir egregius et Curionem aliosque imitari noluit. Attamen nonnunquam ei accidit ut in peius mutaret scripturam. Coniecturae, quas in scholiis proposuit, plerumque parvi sunt, aliquando tamen satis certae. Prima eius editio prodiit Antverpiae a. 1605. Fol. Hanc usurpavit Schweighaeuserus, mihi ea uti non contigit: itaque alteram (a. 1615.) consului, quae a prima in scripturis a Schweighaeusero laudatis non discrepat, et indicavi per 2. Contextum autem a Lipsio constitutum servant, si Iugem excipis, ante Ruhkopfium omnes paucis tantum et levioribus mutatis. Nam ipse Io. Fr. *) Gronovius satius duxit in notis monere lectorem de hoc vel illo loco emendando quam recipere etiam certissimas scripturas. Quae autem in eius editione altera Antverp. a. 1658. (1659.) 12. aliter habent atque nostra scriptura, ea praescripto Gro notavi. Quibus mstis usus sit Gronovius, supra legitur. Paulo etiam plura emendata sunt in ed. Lipsiana quarta (24.) a. 1652, qua, cum ex Gro non ducta esset, ita usus sum, ac si ante illam prodisset. Ne Iugis quidem editionem (Ju) in commentariis praetermisi, quanquam nullius fere est ad rem criticam momenti. Prodiit Aureliae a. 1627. (1628.)

---

paginae signatae Naturales Quaestiones, Controversias, Declamationes, Suasorias, Ludum, folium vacuum, ad Ἀποκολοκυντωσιν Claudii Caesaris notas [Nic. Fabri], Senecae versus (epigrammata), Mureti notas (p. 758—892), I. Opsopoei collectanea et notas (p. 893—1036), [Nic. Fabri] Annotationes in libros M. Annaei Senecae, [I. Opsopoei] collectanea et notas quasdam in M. Annaeum Scuccam. In marginibus eadem fere notantur, quae in 24. et 2 ibidem exstant: quaedam tamen omittuntur, alia accedunt. Repetit fere haec editio Parisinam a. 1587.

*) Huius cum in Senecae Naturales Quaestiones notas mstas nactus essem ex bibliotheca civitatis Hamburgensis, exstitit mihi fiducia etiam Lugduni aliquid observationum in Senecam ab eodem aut a Lipsio scriptarum latere. Itaque hac de causa adii Iacobum Geel virum clarissimum et doctissimum, qui summa humanitate in me usus omnia eius generis, quae illic servantur, accurate recensuit: unde apparet me spe esse deceptum.

Fol. et videtur de exemplari ed. Lugdunensis a. 1592. aut Parisinae a. 1587. admodum negligenter descripta esse.

V. Editio Ruhkopfii. (Ru. *L. Annaei Senecae Phil. Opera Omnia quae supersunt recognovit et illustravit Fr. Ern. Ruhkopf. vol. II. Lipsiae* 1800. *vol. III.* ib. 1805.)

Ruhkopfius maxime fretus Gronovii iudicio, nonnunquam etiam Gruterum secutus, locos Epistolarum non ita paucos correxit, alibi tamen recepit scripturas minime probatas: plurima intacta reliquit, vel ea quae ex Gruteri Gronoviique libris emendari poterant. Quibus mstis ipse usus sit, supra dixi. Hanc editionem ita imitatus est Fr. Chr. Matthiae (Francof. a. 1808. Ra), ut pauca repeteret ex Bi. (Bipontina priore), pauciora ipse mutaret.

VI. Schweighaeuseri editio. (S. *L. Annaei Senecae Phil. Opera Omnia — vol. III et IV. Argentorati ex typographia societatis Bipontinae* 1809. sive *L. Annaei Senecae ad Lucilium Epistolae Morales ad fidem veterum librorum in his trium msstorum Argentoratensium recognovit emendavit notisque criticis illustravit Ioh. Schweighaeuser instituto Gallo-Franc.* etc.)

Non facile quisquam eorum, qui de Senecae scriptis emendandis bene sunt meriti, Schweighaeuserum superat, virum perspicacis ingenii et subacti: qui si plures libros mstos consulere potuisset, non dubito quin pauca tantum relicturus fuerit posteris. Plurima enim ex codicibus vetustis restituit, alia divinando emendavit: nonnulla quoque vitia, quae eum fugerant, tollenda esse in notis criticis monuit. Quibus locis et quo iure a viro egregio recedendum esse existimaverim, ipse videbis.

Quo faciliore negotio uti liceat commentariis criticis, notas librorum in iis usurpatas et passim iam memoratas secundum litterarum ordinem adiicio subiuncta reliquorum signorum interpretatione.

Librorum notae.

A = cod. Amplonianus.
Arg.b. = cod. Argentorat. ab Oberlino collatus.
α = cod. Vaticano-Romanus 1769.
Bi = ed. Anonyma (vulgo Mentelini).

B = cod. Bernensis in Epp. 1 — 82. Bambergensis in Epp. 89 — 124.
b = cod. Bambergensis alter
β = cod. Vaticano-Romanus 2201.
Bi. = ed. Bipontina prior.

Cu = ed. Curionis.
Col. = cod. Coloniensis Gruteri.

Γ = cod. Alexandrino-Romanus 209.
γ = cod. Vaticano-Romanus 2202.

Δ = cod. Vaticano-Romanus 2212.
δ = cod. Vaticano-Romanus 2203.

E = cod. Erlangensis meus.
Erl. = cod. Erlangensis Iani.

e = cod. Erlangensis Matthiaei.
ε = cod. Vaticano-Romanus 2205.

Z = cod. Vaticano-Romanus 2200.
ζ = cod. Vaticano-Romanus 2207.

H = cod. Vaticano-Romanus 2213.
η = cod. Vaticano-Romanus 3873.

Θ = cod. Alexandrino-Romanus 1544.
ϑ = cod. Palatino-Romanus 1538.

G = cod. Guelferbytanus (Gud. 10.)
Germ. = cod. Parisinus (St. Germ. 1429.)
Gr. = codices Gruteri.
g = cod. Guelferbytanus (Gud. 335.)
𝔊 = ed. Gothofredi.
𝔊ro = ed. Gronovii a. 1658.

Herb. = cod. Herbipolensis Iani.

ι = cod. Palatino-Romanus 1539.
𝔍 = ed. Incognita Prinzii.
𝔍u = ed. Theod. Iugis.

K = cod. Palatino-Romanus 1550.
κ = cod. Palatino-Romanus 1541.

λ = cod. Palatino-Romanus 1542.
𝔏 = ed. II. Lipsii.
𝔏4. = ed. IV. Lipsii.

Mod. = codices Modii.
mss. = codices msti mei.
μ = cod. Palatino-Romanus 1543.
𝔐 = ed. Mureti (Parisina a. 1602.)
𝔐a = ed. Matthiaei.

Norimb. = cod. Norimbergensis Iani.
ν = cod. Palatino-Romanus 1546.
𝔑 = ed. Neapolitana a. 1475.

ξ = cod. Palatino-Romanus 1549.

Ops. = codices Opsopoei.
(singulos Opsopoei codd. suis nominibus appellavi).
o = cod. Ottoboniano-Romanus 1533.

P = cod. Parisinus 8658 A.
Pall. = codd. Palatini Gruteri.
P1. = cod. Palatinus primus Gruteri.
P2. = cod. Palatinus secundus Gruteri.
P3. = cod. Palatinus tertius Gruteri.
P4. = cod. Palatinus quartus Gruteri.
P5. = cod. Palatinus quintus Gruteri.
Pinc. v. l. = Pinciani vetus lectio.
(singulos Pinciani codd. suis nominibus appellavi).
Pr.a = cod. Parisinus 8615.
Pr.b = cod. Parisinus 8539.
Pr.d = cod. Parisinus 1546. (nunc Heidelbergensis).
Prr. = Pr.abd (8615. 8539. 1546).
p = cod. Parisinus 8540.
Π = Palatino-Romanus 869.
π = Ottoboniano-Romanus 1579.
𝔓 = ed. Parisina a. 1475.

R = cod. Rehdigeranus I.
r = cod. Rehdigeranus II.
ρ = cod. Ottoboniano-Romanus 1670.
ρρ = codices Romani omnes.
𝔎 = ed. Romana a. 1475.
𝔎u = ed. Ruhkopfii.

Sa = Schweighaeuseri *ms.a.* (Argentor.)
Sb = Schweighaeuseri *ms.b.* (Argentor.)
Sc = Schweighaeuseri *ms.c.* (Argentor.)
Sorb. = cod. Parisinus Sorbon. 1586.
Sorb. 2. = cod. Parisinus Sorbon. 354.
Ss = codices Schweighaeuseri.
σ = cod. Ottoboniano-Romanus 2090.
𝔖 = ed. Schweighaeuseri.

T = cod. Lud. Trossii.

τ = cod. Alexandrino-Romanus 1454.
𝔗 = ed. Tarvisina a. 1478.

V = cod. Vindobonensis I.
u = cod. Vindobonensis II.
w = cod. Guelferbyt. (23, 32. Ms. Aug. 4.)

Y = cod. Ottoboniano - Romanus 1228.
υ = cod. Urbino - Romanus 219.

𝔅 = ed. Veneta a. 1492.
Φ = cod. Vaticano - Romanus 2199.
φ = cod. Vaticano - Romanus 2208.

X = cod. Vaticano - Romanus 2214.
χ = cod. Vaticano - Romanus 2216.

ψ = cod. Vaticano - Romanus 2215.

ω = cod. Palatino - Romanus 1547.

Interpretatio reliquorum signorum.

= significat *exhibet* vel *exhibent.*
∞ „ *congruit* vel *congruunt* cum contextu nostro.
\+ „ *addit* vel *addunt.* Voces additae distinguuntur latiore spatio inter litteras interiecto.
— „ *omittit* vel *omittunt.* Idem signum editionum notis interpositum earum seriem indicat.
al. m. „ *alia manu.*
ant. m. „ *antiqua manu.*
ci. „ *coniectura* vel *coniicit.*
cii. „ *coniecturae* vel *coniiciunt.*
cr. „ *corrigitur.*
d. sive del. significat scripturam *deletam* esse in eo libro, cuius notam sequitur.
ex., exx. significat *exemplar, exemplaria.*
ex ing. significat *ex ingenio.*
exc. „ *excipe* vel *excepto, exceptis.*
l. sive lit. significat *lituram* et pertinet tantum ad librum proxime praecedentem.
m significat *marginem* libri proxime sequentis aut, ubi uncis est inclusum, antecedentis.
n. „ scripturam punctis esse *notatam.*
om. „ *omisso.*
p. m. „ *prima manu.*
rec. m. significat *recenti manu.*
Rell. sive rell. significat *reliqui libri mei.*
Rell. n. l. significat *De reliquis non liquet.*
s significat scripturam *supra* positam: eius idem est usus atque m.
s. m. sive sec. man. significat *secunda manu.*
sp. v. sive sp. vac. significat *spatium vacuum.*
Sw. significat *Schweighaeuser.* Similibus compendiis scripsi ceterorum virorum doctorum nomina satis nota: haec et reliqua ipse facile explicabis.

***

Hoc unum restare videtur, ut viris doctis omnibus, qui me in hoc opere sustentarunt, gratias agam quam maximas: plurimum enim me multis debere confiteor, etiam iis, quorum nomina laudare non licuit.

Scribebam Portae d. I. Martii mensis a. MDCCCXLII.

L. ANNAEI SENECAE

AD LUCILIUM

EPISTULARUM MORALIUM

LIBRI XX.

L. ANNAEI SENECAE

AD LUCILIUM

EPISTULARUM MORALIUM

LIBER I.

EPISTULA I.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Ita fac, mi Lucili, uindica te tibi, et tempus, quod adhuc aut auferebatur, aut subripiebatur, aut excidebat, collige et serua. Persuade tibi hoc sic esse, ut scribo: quaedam tempora eripiuntur nobis, quaedam subducuntur, quaedam effluunt. Turpissima tamen est iactura, quae per neglegentiam fit. et si uolueris adtendere, maxima pars uitae elabitur male agentibus, magna nihil agentibus, tota uita aliud agentibus. Quem mihi 2
dabis, qui aliquod pretium tempori ponat, qui diem aestimet,

Lib. I. Ep. 1.

Seneca Lucilio suo salutem. De hac salutatione et de titulo vide quae in praef. diximus.

Ita fac. T = *Itaque.* Sb — *fac.* ℜ — 𝔗 + *ergo.*

aut auf. Sorb. G (s∞) e — *aut.*

collige. e = *colliga.*

tibi hoc sic esse = pA Rr T Ee V ρρ (exc. ϸ) Sab Pr.abd P 2. 3. Col. B [= ita] ℜ — 𝔐. Sc 𝔛 — *tibi hoc.* PG P 1. 4. ϸ ℭ — 𝔐a — *hoc.* Sc 𝔛 + *ut tibi scribo.* G Bul. αβζϽσ P 1. 2. 4 𝔛 ℭ 1. + *quaedam enim tempora.*

eripiuntur. ℜ — ℭ 1. = *surripiuntur.*

quae — fit. G P 1. 4. ζ ϸ ℭ — 𝔐a = *quae — venit.*

adtendere. Bul. 𝔛 + *bene attend.*

maxima pars — magna = PpA'T Sorb. r VEe ρρ (exc. λου) Sab Pr.abd P 1. 2. Ops. quidam codd. Erm. Ψ ℜ — 𝔅. GR B Sc = *magna p. v. — maxima.* P 1. Col. 𝔛 ℭ 1 — 𝔐a = *magna vitae pars — maxima.* P 4. = *maior vitae pars — max.* Haec scriptura *magna — maxima* debetur librariis, qui cum Erm. putabant in hoc loco inesse gradationem. cf. H. Steph. Prood. Ep. 21.

tota vita. αγζ = *tota vero.* P (h. l. mancus) Sc 𝔅 — 𝔐a — *vita.*

aliud agentibus. p Bul. 𝔛 = *aliquid ag.*

2. *aestimet.* Bul. 𝔛 = *existimet* solita horum vbb. confusione.

qui intellegat se cotidie mori? In hoc enim fallimur, quod mortem prospicimus: magna pars eius iam praeteriit. quicquid aetatis retro est, mors tenet. Fac ergo, mi Lucili, quod facere te scribis, omnes horas conplectere: sic fiet, ut minus ex crastino pendeas, si hodierno manum iniecceris. Dum differtur
3 uita, transcurrit. Omnia Lucili aliena sunt, tempus tantum nostrum est. In huius rei unius fugacis ac lubricae possessionem natura nos misit, ex qua expellit quicumque uult. et tanta stultitia mortalium est, ut quae minima et uilissima sunt, certe reparabilia, inputari sibi, cum inpetrauere, patiantur, nemo se iudicet quicquam debere, qui tempus accepit: cum interim hoc unum est, quod ne gratus quidem potest reddere. Interrogabis
4 fortasse, quid ego faciam, qui tibi ista praecipio. fatebor in-

fallimur. e + *sepe fall.*

quod mortem prospicimus = p [s. *non* al. m.] P Sorb. Ee quidam ρρ P 2. Sa Pr. abd [in d s: *non* r. m.] Vinc. Bell. Sp. H. IX, 115. 𝔊 2 — 𝔖. T r A αβγδηπ mG Sb Col. 𝔑 — 𝔊 1. + *non prosp.* R P 3. + *non m. prosp.* P 1. = *qui* (m. = *quod*) *mortem quam procul esse coniicimus.* Etiam Lat. Latinius Bibl. Prof. p. 45. legit = *quam procul esse coniicimus.* P 3 = *q. m. quasi procul esset prospicimus.* mG V εϑσσ mmPr.ab E = *q. m. quasi procul esse coniicimus.* Bul. Sc 𝔄 𝔍 = *q. m. procul esse coniicimus.* G = *q. m. procul esse cognoscimus.* ζ = *q. m. quasi procul esse concipimus* De vb. *prospicere* cf. Drkb. ad Liv. XXII, 6, 8.

pars eius. A = *eius pars* et mox *est retro.*

Fac ergo. 𝔓 — *ergo.*

mi Lucili = mss. Non enim h. l. Pronomine carebant tres Ops., sed infra.

ex crastino. V Sa 𝔍 = *de crast.*

3. *Omnia Lucili* = mss. (exc. Col. Sac αυ, qui cum 𝔄𝔑 — 𝔖 + *mi*) 𝔍.

tempus tantum. B = *temp. autem.*

rei unius = mss. (exc. P 2. — *unius*) 𝔑 — 𝔗. V𝔄𝔓 = *unius rei.* 𝔅 — 𝔊 = *rei nimis.*

ex qua expellit = PpA aliquot ρρ Sa et b (p. m.) unus Ops., et probat Gron. G γϑιπυ P 1. 2 et 3. (p. m.) 𝔑 — 𝔈 1. = *ex qua expellitur.* r T + *ex qua non expellit.* e ηλο R P 3. (s. m.) mP 1. Pr. a et b (s. m.) Put. 2. ap. Ops. 𝔓 + *ex qua non expellitur.* α = *ex qua expellit quandocunque vult.* β = ∞ *quomodocunque vult.* δν Sb (s. m.) Col. Ops. 𝔈 2 𝔊𝔊 = ∞ *quemcunque vult* ζ + *ex qua non expellitur, nisi quicunque vult.* Bul. Sc Pinc. ex. schol. 𝔄 + *ex qua nemo expellitur nisi quicunq. v.* 𝔐 — 𝔐a + *ex qua nos expellit*, quod unde Mur. sumpserit, nescio.

et tanta. G P 1. 2. Pinc. Sc 𝔊 — 𝔐a = *sed tanta.* vid. Ind. s. v. *Et.*

cum inpetravere. Sb = *impetraverunt.* G Bul. αβγδεζϑλουσ P 1. 3. 𝔄 𝔅 — 𝔖 = *perierе.* 𝔑 — 𝔗 = *perire.* Grut. cl. = *quaesiere.*

nemo se iudicet. mG Sc plerique Gr. Rr 𝔄 𝔑 — 𝔈 1 = *Nemo iudicat se* aut *Nemo se iudicat.*

quicquam. A = *quicquid.*

debere. Arg. b + *non deb.*

accepit: cum. G 𝔄 = *acceperit* et G + *quod cum.*

ne gr. quidem. Bul. plurimi ρρ Sc 𝔑 — 𝔖 = *nec gr. quidem.* G (s. m.) 𝔄 = *gratis.* ν = *quod gratius qu.*

fortasse. αστ = *forte.* ν = *forsitan.*

minum habeat aliquid uagum et instabile. Certis ingeniis inmorari et innutriri oportet, si uelis aliquid trahere, quod in animo
2 fideliter sedeat. Nusquam est qui ubique est. Uitam in peregrinatione exigentibus hoc euenit, ut multa hospitia habeant nullas amicitias. Idem accidat necesse est his, qui nullius se ingenio familiariter adplicant, sed omnia cursim et properantes transmittunt. Non prodest cibus nec corpori accedit, qui statim sumptus emittitur. Nihil aeque sanitatem inpedit quam remediorum crebra mutatio. Non uenit uolnus ad cicatricem, in quo medicamenta temptantur. non conualescit planta, quae saepe transfertur. nihil tam utile est, ut in transitu prosit. distringit libro-
3 rum multitudo. Itaque cum legere non possis quantum habueris, satis est habere quantum legas. Sed modo, inquis, hunc librum euoluere uolo modo illum. Fastidientis stomachi est multa de-

rum mult. ι + *et auct. mult.* P 4. om. haec, et in P 3. sunt al. m. suppleta.

fideliter. ζ = *feliciter.*

2. *Vitam in per. exig.* = Pp A T r BVE Sab Pr. e — *vitam.* δηξ = *in per. vitam exig.* G Sc Germ. 𝔄 = *Vitam in per. agentibus.* β = *In per. existentibus.* ε = *In perigrinationem exeuntibus.* ι = *in per. vitam ducentibus.* u = *Vitam in per. hoc evenit agentibus.* R ℜ — 𝔐a = *In per. vitam agentibus.* Bul. = *vit. in perig. habentibus.*

multa hospitia. p = *mala ospitia.*

nullas am. ζ + *am. vero nullas.* u + *et nullas am.*

accidat nec. est. Bul. Sc Pr. b 𝔄 = *accidit.*

his qui. sG R ℜ — 𝔊 1 = *eis qui.* 𝔊 2 — 𝔐a = *iis qui.*

nullius. G ζοτ = *nulli.* in p ultima vocis syllaba erasa est. ν = *se adplicant.*

properantes. T Bul. αγζεϑξυ mσ tres Gr. Sbc 𝔄ℜ — 𝔊 ℜu 𝔐a = *properanter* accommodata hac voce ad praecedentem *cursim.*

inpedit. p = *inpendit.* Saepe vel optimi codices mss. *n* aut *m* litteras temere inserunt vel adiiciunt. cf. Oudend. ad Caes. B. G. II, 6, 3. Nonnumquam hoc vitium inde ortum esse videtur, quod longae vocales lineola imposita notabantur. o = *nihil enim sanit. magis impedit.* u + *nihil aeque aliud.*

medicamenta temptantur. P 1. 4. Col. G 𝔔 — 𝔐a + *crebro m. t.* Sc sG 𝔄 𝔊 1 — 𝔊 + *crebra m. t.* αγ mσ + *crebro plura m. t.* R P 2. 3. βι + *med. diversa t.* Haec ipsa varietate se spuria esse testantur.

temptantur. e = *compotantur.*

convalescit. P 1. γϑ mG 𝔐 = *coalescit.*

saepe. ℜ — 𝔊 = *saepius.*

ut in transitu = Pp Ee A ϑι Sa Erf. Ruhk. tres Ops. 𝔍. Rell. 𝔄 ℜ — 𝔐a = *quod in tr.*

3. *distringit lib. mult.* = Pp A T ν P 2 (p. m.) quidam Lips. Sab Pr. bd (a h. l. mancus) e. nec longe discedunt EV = *Distinguit lib. m.* u = *Distrahit te lib. mult.* P 3. Col. Rr ζ Vinc. Bell. l. l. = *Distrahit animum l. m.* ℜu 𝔐a + *Distringit animum l. m.*. P 4. = *Distrahit animam lib. mult.* 𝔄 ℜ — 𝔅 1. P 1. et 2 (s. m.) Germ. (lit.) = *Distrahit animum libr. mult.*

satis est = Pp B V Rr G ρρ (exc. αγοτ = *satis sit*) 𝔄 𝔍. Rell. ℜ — 𝔐a = *sat est.*

sed modo. ℜ — 𝔗 + *etiam.*

inquis. Sb = *inquam.*

gustare, quae ubi uaria sunt et diuersa, inquinant, non alunt. Probatos itaque semper lege, et si quando ad alios diuerti libuerit, ad priores redi. Aliquid cotidie aduersus paupertatem, aliquid aduersus mortem auxilii conpara, nec minus aduersus ceteras pestes. et cum multa percurreris, unum excerpe, quod illo die 4 concoquas. Hoc ipse quoque facio: ex pluribus, quae legi, aliquid adprehendo. Hodiernum hoc est, quod apud Epicurum nactus sum: (soleo enim et in aliena castra transire, non tamquam transfuga, sed tamquam explorator:) *Honesta,* inquit, *res est laeta paupertas.* Illa uero non est paupertas, si laeta est. Non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est. Quid 5 enim refert, quantum illi in arca, quantum in horreis iaceat, quantum pascat, quantum feneret, si alieno inminet, si non adquisita, sed adquirenda conputat? Quis sit diuitiarum modus, quaeris: primus habere quod necesse est, proximus quod sat est. Uale.

inquinant. GR αβεζιστ u Gr. ℜ — ℭ 2. ℜu 𝔐a = *coinquinant.*

diverti. unus Ops. E mo = *deverti.* Pinc. ex. schol. Sc (BV) e plerique ρρ 𝔄ℭ — 𝔅 1 = *divertere.* ℜu 𝔐a = *devertere.* alia exx. Pinc. P 1. 3. (p. m.) 4. αζστ G = *transire.*

aliquid adv. m. p + *al. cotidie adv. m.*

4. *percurreris.* p = *percurres* s ∞. G = *illa die.*

concoquas. Bul. Gr. ατ 𝔄 ℜu 𝔐a = *excoquas.* b = *est quo quas* ex A = *c̄qoquas.*

Hoc ipse. Sc 𝔄 = *Hoc ipsum.*

quae legi. ρρ (exc. βλου) R P 3. Col. (E) Sc 𝔄 ℜ — 𝔐a = *quae lego.*

nactus sum. p = *nanctus sum,* quod h. l. ex huius libri unius auctoritate recipere non sum ausus. sed vid. Ind. in *Nanciscor.*

aliena causa. E = *alia causa.*

Honesta, inquit. βι = *Hon. quidem.*

R — *Illa vero — laeta est.*

Si laeta est. In libris ante ℭ vulgatis legebantur vbb: *Cui enim cum paupertate bene convenit dives est.* ex fine Ep. 4. propter argumenti similitudinem temere huc translata. Neque enim in mss. optimis Sa Ops. Nicot. A p Germ. comparent, et in aliis aliter leguntur. Sb Re ℜ — 𝔐 Gro — 𝔐a addunt *enim,* qua particula copulentur cum praecedentibus. Quidam Gr. plerique ρρ G (p. m.) Sc ℜ — 𝔅 = *quicunque.* Bul. 𝔄 = *cuicumque.* Pro *dives est* Arg. b υ 𝔍 exhibent *pauper non est.*

5. *Non qui.* Pr.a υ 𝔍 + *Non vero qui.*

plus cupit. o = *plura cupit.*

iaceat. RG = *lateat,* quod coniecerat Burm. ad Anth. L. I. p. 513.

quantum feneret = Pp AG αγζιστ ℜu 𝔐a Pall. Sab Pr.abd Rr T Germ. mG 𝔍ℜ — 𝔅 1. ℭ = *aut f.* Bul. Sc 𝔄 = *et f.* e = *at f.* ℜ = *feneretur.* 𝔗 𝔅 = *foeneretur.* υ — *quantum pascat — feneret.*

adquirenda. e = ∞ o. Pr.b = *quaerenda.*

conputat. ν = *computet.*

quis sit. G = *quid sit.*

quaeris. Arg. b = *inquiris.*

βε + *proximus habere quod sat est.*

EPISTULA III.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Epistulas ad me perferendas tradidisti, ut scribis, amico tuo. Deinde admones me, ne omnia cum eo ad te pertinentia communicem, quia non soleas ne ipse quidem id facere. Ita eadem epistula illum et dixisti amicum et negasti. Itaque sic priore illo uerbo quasi publico usus es et sic illum *amicum* uocasti, quomodo omnes candidatos *bonos uiros* dicimus, quo-
2 modo obuios, si nomen non succurrit, *dominos* salutamus. Hac abierit! Sed si aliquem amicum existimas, cui non tantumdem credis quantum tibi, uehementer erras et non satis nosti uim uerae amicitiae. Tu uero omnia cum amico delibera, sed de ipso prius. Post amicitiam credendum est, ante amicitiam iudicandum. Isti uero praepostero officia permiscent, qui contra praecepta Theophrasti, cum amauerunt, iudicant, et non amant,

Lib. I. Ep. 3.

ne omnia. G ot Pall. = *ut non omnia.*

quia non soleas = Pp A Rr TE BV Sab Pr.abd ℑ. Germ. g αβγιτ P 2. ℜ — 𝔐 = ∞ *nec ipse quidem.* e = ∞ *sole b a s* ∞. ν = ∞ *soles* ∞. G Col. P 1. 3. 4 ℭ — 𝔐a = *q. nec soleas ipse quidem.* Bul. Sc 𝔄 = *q. non soleas tu ipse quidem.* o = ∞ *ipse hoc facere quidem.*

id facere = Pprb T Germ. Ee Sabc 𝔄. ℑ — *id.* GR all. ℜ — 𝔐a = *h o c facere.*

Ita. p = *i t e m.* V — *quasi* — *quomodo omnes.*

succurrit. G plerique Gr. = *occurrerit.* c 𝔄 = *occurrit.*

2. *Hac abierit* = Pp (P = *Hac habierit*) A Germ. T Sab (Arg. b = *At abierit*) P 2. 4. Mod. Ep. 2. Nicot. = *ac habierit.* mG Pr.a (E) ℭ 2 — 𝔐a = *H o c abierit.* e = *H i c abierit*, quod ci. Gron. Bul. Sc Pr.bd Ambian. Put. 𝔄 = *Hoc aberit.* G Rr V optimus Lips. ℜ — ℭ 1. omittunt haec vbb.

Sed si. A = *sed e t si.* T — *Sed.*

amicitiae. Tu vero. PGT Rr Bul. Sbc Pr.abd Gr. Ops. (praeter Nicotian., qui priora *Errat* — *probat* habet, sed omittit reliqua) Vinc. Bell. Sp. H. IX, 116. 𝔄 ℜ — ℭ his interponunt vbb. Ep. 19, 11. *Errat et ille* — *ipse non est.* Deleri voluerat Mur., sed operae reliquerunt posteriora *Nullum* — *non est*, quae eiecit Lips.: et merito secuti sunt inferiores. Nam praestantissimi libri pA Sa, ad quos accedunt Ee, illa non agnoscunt, et in reliquis hoc loco varie scribuntur.

Tu vero. p = *Tu v e r e.*

de ipso prius. Bul. Sc 𝔄 = *prius de ipso.*

ante amic. iudic. A = *ante am. a u t e m d e l i b e r a n d u m.* Bul. ζ Germ. + *iudic. e s t.* ι = *iudicand u s.* ν = *a n t e a iudicandum.*

praepostero = p Germ. Ee Sab Pr.b g Ops. A = *praepost e r a.* ετ + *praepostero o r d i n e.* quod in uno Ops. s. m. addidit. Bul. Sc 𝔄 + *praepostero o r d i n e e q u e.* vulg. ante ℭ = *praepost e r e.* vid. Ind. s. h. v.

permiscent. Sc 𝔄 = *miscent.*

amaverunt — *iudicaverunt* = Pp Germ. A Sab Pr. b E e g r. G = *amaver'* — ∞. vulg. ex ℜ cum all. mss. et 𝔄 = *amaver i n t* — *iudicaver i n t.* e = *iudicant, non amant* om. *e t.*

cum iudicauerunt. Diu cogita, an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit. cum placuerit fieri, toto illum pectore admitte: tam audaciter cum illo loquere quam tecum. Tu quidem ita uiue, 3
ut nihil tibi committas, nisi quod committere etiam inimico tuo possis. sed quia interueniunt quaedam, quae consuetudo fecit arcana, cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas misce. Fidelem si putaueris, facies. Nam quidam fallere docuerunt, dum timent falli, et illi ius peccandi suspicando fecerunt. Quid est quare ulla uerba coram amico meo retraham? quid est quare me coram illo non putem solum? Quidam quae tantum amicis 4
committenda sunt, obuiis narrant et in quaslibet aures, quicquid illos urit, exonerant. quidam rursus etiam carissimorum conscientiam reformidant, et si possent, ne sibi quidem crediturі

Diu cogita. G αγζιοτ P 1. 3. 4. = *Diu delibera*, maluit Grut.

e Sc ϒ = *tibi recipiendus.* „commode", ait Sw.

placuerit. Bul. ε Sc ϒ + *pl. tibi.* αγζ + *illud fieri.* Arg. b + *istud f.*

audaciter = p Germ. g Sa Pr.bd vetustissim. fragm. Leid. ap. Oudend. ad Appul. M. p. 207 b. vulg. *audacter.* quod invitus retinuit Sw. vid. Ind.

3. *ut nihil tibi committas* = mss. Vinc. Bell. Sp. H. IX, 116. edd. ante Mur.: Pronomen ab hoc eiectum recte restituit Ruhk. Lips. ci: *ut nihil tibi conscisca s.* Alterum probat Gron. et explicat *conscium facere*, R P 3. s. m. (p. m. = *illi*) = *ut n. cui* ∞.

inimico tuo = mss. et imprr. ante 𝔐. Pronomen inde ab 𝔐 omissum restituit Sw. Germ. V = *amico tuo.*

fecit arcana. AG Sa αεζτ = *facit arc.* G — *omnes cogitationes.* e = *misce.*

Fidelem si. A = *Si fid.* e = *Infidelem si.*

Bul. Sc ϒ = *facias.*

Nam quidam = mss. (Pr.ab = *quidem*) imprr. ante 𝔊 1.: inde vulg. ad 𝔐α = *Nam multi.*

et illi ius pecc. = mei omnes (praeter VTg et aliquot ρρ) 𝔊 1. — 𝔊 Gr. (Col. — *et*) Sabc Pr.b. g = *et illius p.* ϽλΒ = *et illi vim* (m ∞). V mτ Pr.d = *et illius peccati occasionem.* Tτϒ = *et illi usum peccandi.* o = *et illi viam pecc.* 𝔑 — 𝔗 = *illius vim peccandi.* 𝔐 — 𝔖 = *et aliis ius pecc.* Poenituit Sw. non restituisse scripturam, quam ad amicum referri bene perspexit.

Quid est quare = A Rr. Pe ν Nicot. + *ego.* p g optimus Put. Sb + *ergo* (p cr. = *ego*). Sw. ex Arg. a = *Quid? quare ergo.* quam scripturam *ergo* particula moleste abundare facile apparet. Vulg. ante 𝔖 = *Quid est ergo? quare.* quod in aliis mss.: alii = *Quid ergo est quare.* Utramque vocem (*ego. ergo*) spuriam habeo: at si quid addendum, malo recipere *ego.*

ulla verba. 𝔊 2 — 𝔐 — *ulla.* Restituit Lips.

amico meo. male 𝔐 — 𝔔 — *meo.* T — *Quid est — solum.*

coram illo. Ab = *illi.* mb = ∞. α = *cum amico.*

Sc ϒ = *solum non putem.* Bul. = *non solum putem.*

4. *narrant.* G = *vertunt.* m = ∞. idem mox = *quorumlibet* cr. = ∞.

illos urit. p (lit.) = *urserit.* s. ∞ *rursus.* A = *rursum.*

carissimorum. p = *kariss.* G αϑοτ + *amicorum.*

αϑοτ = *conscientias.*

ne sibi quidem. AG 𝔊 1. = *nec* ∞. Sc + *nec ipsi sibi quidem.* ϒ = *nec ipsi sibi quid credit.* 𝔑 — 𝔅 = *nec quidem sibi.* G = *interius crediturі.*

interius premunt omne secretum. Neutrum faciendum est: utrumque enim uitium est et omnibus credere et nulli. sed alterum honestius dixerim uitium alterum tutius. Sic utrosque reprehendas, et eos qui semper inquieti sunt, et eos qui semper quiescunt. Nam illa tumultu gaudens non est industria, sed exagitatae mentis concursatio. et haec non est quies, quae motum omnem molestiam iudicat, sed dissolutio et languor. Itaque hoc quod apud Pomponium legi, animo mandabitur: *Quidam adeo in latebras refugerunt, ut putent in turbido esse quicquid in luce est.* Inter se ista miscenda sunt: et quiescenti agendum et agenti quiescendum est. Cum rerum natura delibera: illa dicet tibi et diem fecisse et noctem. Uale.

EPISTULA IIII.

Seneca Lucilio suo salutem.

Perseuera ut coepisti, et quantum potes propera, quo diutius

vitium est. V = *vitandum est.* A = *vitium dixerim.* om. excerpta Grut.

5. *Sic utrosque.* Bul. b ϰ = *Sed utr.* b = *inquietati.*

reprehendas. G + *oportet* (n).

gaudens. p = *gaudes.* s: *n.*

non est ind. B + *haec n. e.* „Haec verba Pomponii Secundi, poetae tragici, versus esse statuit Heumannus (Poec. Vol. II. p. 30.), quos ita scribit:

Haec tumultu gaudens non est industria,
Sed exagitatae mentis concursatio.

Sive: *Sed est agitatae mentis concussatio.* Saltem erit legendum: *tumultu gaudens haec non est industria* observante Grotefendio.“ [Matth.]

G Bul. ϰ = *et hoc non est quies.* Pp = *langor.*

Itaque hoc. RB P 1. 3. — *hoc.* Col = *Itaque si hoc, quod sequitur, hoc quod apud.* unde Grut. ci = *Itaque quod hodie apud.* P 4. = *Ita quod hoc.*

Pomponium. G Pr.a ϰ = *Pompeium.* optimus Lips. = *Pompeium philosophum.* Sed de *Pomponio* vid. Tacit. Ann. V, 8. et Lips. ad Tac. Ann. XI, 13.

animo mandabitur. = Pp A αβ γεζτντ EeBV Germ. gTr Sbc Pr. abd Ops. P 2. ϰ ℜ — 𝔗. (ℜ — 𝔗 = *mandabatur.*) 𝔅 — 𝔐a cum ceteris Gr. + *tuo.*

Quidam adeo. G αγζ + *enim.*

refugerunt. B = *fugerunt.* e = *effungerunt.* αγϑτο = *transfugiunt.* Lat. Latin. Bibl. Prof. p. 45. legit = *fugiunt.*

in turbido. e = *turpi loco.* et idem mox — *ista.*

agenti. αγζτνοτ = *genti.*

quiescendum est. G — *est.*

et diem fecisse = Germ. FA (s: *se* post *fecisse* al. m.) Sbc ϰ. pR P 2. Col ℜ — 𝔐a + *se et diem fec.* RVTe quidam Pinc. = ∞ *fecisse se* (e = *sese*). GB P 4. + *et diem se fec.* quod maxime placuit Grut. P 1. + *et noctem fecisse et diem se.* Pr.abd sBul. quidam Pinc. + *se et diem fec. se et noctem.* De ρρ nihil proditum. In tanta igitur positionis varietate et fretus bonis libris omisi cum Sw. pronomen. De structura Senecae usitata vid. Gram. in Synt. Pron.

Lib. I. Ep. 4.

et quantum. ℜ — 𝔅 — *et.*

quo diutius. Bul. Sc ϰ = *diut.*

necesse est aut non perueniat aut transeat. Difficile est, inquis, animum perducere ad contemptionem animae. Non uides,
3 quam ex friuolis causis contemnatur? Alius ante amicae fores laqueo pependit, alius se praecipitauit e tecto, ne dominum stomachantem diutius audiret, alius ne reduceretur e fuga, ferrum adegit in uiscera. Non putas uirtutem hoc effecturam, quod efficit nimia formido? Nulli potest secura uita contingere, qui de producenda nimis cogitat, qui inter magna bona multos con-
4 sules numerat. Hoc cotidie meditare, ut possis aequo animo uitam relinquere, quam multi sic conplectuntur et tenent, quomodo qui aqua torrente rapiuntur, spinas et aspera. Plerique inter mortis metum et uitae tormenta miseri fluctuant: et uiuere

s ∞. r = *veniet.* mox *erit* cr. ∞. R = *est.* Sc 𝔄𝔑 — 𝔅 = *esset.*

esse posset. e = *non possit.*

nec est. G P 1. 2. 3. 4. + *autem.*

non perueniat. p = *ne perv.*

transeat = 𝔄 mss. exc. R sG βυ, qui cum 𝔑 — 𝔐𝔞 = *pertranseat.*

contemptionem = mss. Ops. Modii Gr. Ss. mei (exc. Pp G P 1. = *contemplationem.* R mmειοτ P 2. = *contemptum* = 𝔊 1 — 𝔑 𝔅 1 — 𝔐𝔞). e + ∞ *mortis vel animae.*

inquis. Arg. b = *inquit.*

3. *contemnatur.* 𝔑 = *condemnatur.* Bul. 𝔄 = *contemnitur.*

amicae. P = *amico* s ∞ *i* = Sorb. s ∞ *e.*

e tecto = Pp AgT Rr Ee V Sbc 𝔄 𝔑 — 𝔅𝔍. GGr. = *ex tecto.* ρρ = *de, e, ex tecto*, nullus = *a.* Modii membr. Domin. carebant omnino praepositione. 𝔊 1. — 𝔐𝔞 = *a tecto.*

diutius aud. G = *aud. diut.* atque idem etiam in sequentibus saepe mutat verborum ordinem.

e fuga. Sorb. Bul. Sc 𝔄 = *a fuga.*

adegit. Arg. b = *redegit.*

efficit = p Sorb. AgG Rre (EBV Arg. b) Sc 𝔄 𝔅 1 — 𝔐𝔞. PT 𝔊 1. — Gro 𝔖 = *effecit*, quod Sw. putat in mss. tantum non omnibus legi et ex Senecae consuetudine esse. Ego tamen confido libris optimis pA Sorb. g (Ops. et Grut. nihil de suis prodiderunt, nec constat de ρρ), cum facile propter praeterita *pependit — praecipitavit — adegit efficit* mutari potuerit in *effecit*, uti in seqq. quoque Bul. Sc 𝔄 = *cogitavit.* Accedit quod Sen. pergit per Praesens tempus. 𝔑 — 𝔖 = *fecit.*

producenda. Sorb. Pr.a + *re.*

magna bona. A Bul. Sc 𝔄 = *multa bona.* —

4. *meditare.* A = *cogita meditare.*

relinquere. Bul. Sc 𝔄 + *deducere vel rel.*

conplectuntur. Mod. = *amplectuntur.*

qui aqua. Arg. b = *quae aqua.*

aqua torrente = 𝔄 𝔑𝔗 𝔊 1. — Gro. mss. praeterquam quod p = *aqua torrentis.* V 𝔑 = *aquae torrente.* αοστ = *aquarum torrente.* G = *aquam a torrente rapiunt* (*m a* n.). 𝔊 2. — 𝔑 𝔅 1. — 𝔐𝔞 = *a torrente.*

rapiuntur. e = *capiuntur.*

spinas et aspera. R β moe pars Gr. + *inter sp. et asp.* Bul. αγεζιοτ Sc pars Gr. 𝔄𝔑 — 𝔖 + *per sp. et asp.* 𝔊 1. — 𝔊 + *in sp. et asp.* Praepos. bene delevit Mur., nec conspicitur in Ops. Mod. P 1. Sb rell. meis.

tormenta. Pr.d ν = *pericula* — *cruciantur* al. m. s = *torm.* — *fluctuantur.*

fluctuant. Age Pr.bsd = *fluctuantur*, quod praeferendum h. l. putat Sw., sed nihil muto propter ceterorum librorum consensum. p = *fletant* cr ∞. Pr. a hic defectus est.

nolunt et mori nesciunt. Fac itaque tibi iucundam uitam omnem pro illa sollicitudinem deponendo. Nullum bonum adiuuat habentem, nisi ad cuius amissionem praeparatus est animus. Nullius autem rei facilior amissio est, quam quae desiderari amissa non potest. Ergo aduersus omnia, quae incidere possunt etiam 5 potentissimis, adhortare te et indura. De Pompeii capite pupillus et spado tulere sententiam, de Crasso crudelis et insolens Parthus. Caius Caesar iussit Lepidum Dextro tribuno praebere ceruicem, ipse Chaereae praestitit. Neminem eo fortuna prouexit, ut non tantum illi minaretur, quantum permiserat. Noli huic tranquillitati confidere: momento mare euertitur. eodem die, ubi luserunt nauigia, sorbentur. Cogita posse et latronem 6 et hostem admouere iugulo tuo gladium. ut potestas maior absit, nemo non seruus habet in te uitae necisque arbitrium. Ita dico:

et mori. gBr Sb — *et.*

itaque. R (cr ∞) ℜ — 𝔅 = *iam.* Sb = *Facitque.*

deponendo p = *deponen d a* s : *o.*

adiuvat. R (E) ℜ — 𝔐𝔞 = *iuvat* quod etiam in ρρ quibusdam esse videtur.

facilior. rβν mSorb. = *felicior.*

desiderari. A = *desiderare.*

5. *adversus omnia.* AT — *omnia.* pge = *adv. h a e c.*

incidere. Rr Sorb. Gg Gr. (exc. P 2.) Bul. Sc. 𝔄ℜ — 𝔐𝔞 = *accidere.*

etiam potentissimis. V — *etiam.* A = *etiam* ∞ *m u s.* G αγζτ P 3. 4. Col. = *e t* ∞ *m e.* P 1. = *e t* ∞ *m a.* Sorb. = *et potissimis.* s ∞.

Adhortare. Sorb. = *adorare* s = *praeparare.* Sb = *adortare.* Pr.d ν = *te ip s u m.*

et indura. Sorb. — *et.*

pupillus = mss. praeter A et Mod., qui = *pusio.* e cod. Jureti = *pusillus.* Sw. ci = *pupulus*, quod legitur Ep. 12, 3. Stewech. Elect. ad Arnob. L. IV. p. 107. ci = *pullus.*

tulere. G Sorb. B = *tulerunt.*

Caius. A Sb RGTe Sc = *Gaius.* 𝔄 = G. Sw. putat scriptum fuisse *C. Caesar* = P.

Dextro = Pp A Sorb. gTG Rr Ee V ρρ (exc. πσ) P 1. 3. 4. Col. unus Erm. Pr.bd 𝔄 ℜ — 𝔗 Ru 𝔐𝔞 𝔖. πσ Sb (Oberl. legit ∞) 𝔅 — 𝔊 = *Decio.* P 2. = *Dextio.* B = *Dexto.* 𝔐 — 𝔅 1. = *Decimo.*

Chaereae. Pp = *cereae.* g = *caeraeae.* G = *choice.* mG = *thoree.* 𝔛 = *Cetheree.*

permiserat. G ζο mν Sc P 4. 𝔛 = *p r o mixerat* = ci. Heum. Poec. Vol. II. p. 31. A = *provexerit.* Pr.d = *pervexerat.* ν = *provexerat.* (Itaque aut Emmericus aut Sanctolonius male legit.) Alterutrum verum esse posse Sw. videbatur.

Noli. G + *te.* P 1. 4. = *Nolite.* B = *Nolo.*

evertitur = mss. (exc. ε) 𝔛 ℜ — 𝔊 𝔈 — Gro Ru 𝔐𝔞 𝔖. ε 𝔐 𝔅 1. 𝔍u = *vertitur:* in Arg. b Sw. legit *evellitur*, sed lituram esse ait: Oberl. = *evertitur.* Vinc. Bell. Sp. H. IX, 116. = *concutitur.*

eodem die. Bul. Sc 𝔛 = *e a d. die.* Lips. „quibusdam *die* abest, et possis ad *momentum* referre."

ubi. p — *ubi.*

luserunt. p = *luxe' e t.* βεν = *lu x erunt*, solito librorum praesertim Italicorum vitio.

6. *et latronem. et* a Mur. omissum Sw. restituit „ex veterum librorum omnium consensu", et legitur particula in Pp A Rr g EV 𝔛 ℜ — 𝔊, sed carent ea T Sorb.: de ceteris nihil proditur. A = *hostem posse.*

admovere. G = *amovere.*

V = *nemo n e c servus non habet.* P 4. = *n u n q u a m non servus.*

in te vitae. Bul. Sc 𝔛 = *t u e vit.*

Ita. Bul. Sc 𝔛 = *Itaque.*

quisquis uitam suam contempsit, tuae dominus est. Recognosce exemplum eorum, qui domesticis insidiis perierunt, aut aperta ui aut dolo: intelleges non pauciores seruorum ira cecidisse quam regum. Quid ad te itaque, quam potens sit quem times, cum
7 id propter quod times, nemo non possit? At si forte in manus hostium incideris, uictor te duci iubebit. Eo nempe quo duceris. Quid te ipse decipis et hoc nunc primum, quod olim patiebaris, intellegis? Ita dico: ex quo natus es, duceris. Haec et eiusmodi uersanda in animo sunt, si uolumus ultimam illam horam placidi exspectare, cuius metus omnes alias inquietas facit.

Sed ut finem epistulae inponam, accipe quod mihi hodierno die placuit. et hoc quoque ex alienis hortulis sumptum est:
8 *magnae diuitiae sunt lege naturae composita paupertas.* Lex autem illa naturae scis quos nobis terminos statuat? Non esurire, non sitire, non algere. Ut famem sitimque depellas, non est necesse superbis adsidere liminibus nec supercilium graue et contumeliosam etiam humanitatem pati, non est necesse maria temptare nec sequi castra. Parabile est quod natura de-

Recognosce. p — *Recogn.*
exemplum eorum. p = *exemplorum.* cr. = *exemplo sunt.* Sw. ci = *exempla.*
intelleges. 𝔊 1. — 𝔐α + *et int.* Sc 𝔄 = *cecidisse ira.* G = *ira cecid. serv.*
Quid ad te itaque. νο Pr.d = *Quid prodest itaque.* e = *Quid a te itaq.* —
7. *At si forte* = pAg T (cB) cod. Erm. 𝔊 — 𝔖. Rell. mss. 𝔄 𝔑 — 𝔊 2. = *Aut si f.*
hostium. Bul. Sc 𝔄 = *forcium.* ν = *in manibus inimicorum.*
duci iubebit. A = *iub. duci.* Bul. Sc = *iubebat.*
Eo nempe. Bul. Sc 𝔄 = *Nempe eo.* G τ — *nempe.* s∞. R (del.) mr βιο P 3. mP 2. 𝔅 — 𝔊 + *eo nempe momento.*
p — *Quid te ipse — intellegis.* GVB ζιοτ = *te ipsum.*
G — *olim.* A = *primum intellegis, quod.*
Ita. Bul. Pr.a Sc 𝔄 = *Itaque.*
Haec. Bul. Sc 𝔄 + *enim.*
eiusmodi = Pp Sorb. g Te. quod propter *Haec* mutatum in *huiusmodi* = AR 𝔄𝔑 — 𝔖. G et r = *huius.* de ceteris non constat.
A = *sunt versanda in an.* Sc 𝔄 = *vers. sunt in an.* G Sorb. = *in an. vers. sunt.*
ultimam illam = Pp Sorb. g T Be. Sc 𝔄 = *illam horam ult.* AGRr 𝔑 — 𝔖 = *illam ult.* (rell. n. l.)
placidi. ε Sc = *placide.* Arg. b g (cr.) = *inquietates.*
hoc quoque. Sc 𝔄 = *hoc quod.*
hortulis. Bul. 𝔄 = *articulis.* Tp Sc all. = *ortulis.*
8. *statuat.* R εο 𝔑 — 𝔐α = *statuit.*
sitimque. e — *que.* GB = *sitim famemque.* eR = *repellas.*
adsidere. G = *assistere.*
et — etiam. ita saepe Sen. vid. Ind. s. v. *Etiam.* GV αγτ — *etiam.*
humanitatem. sR ε Col. = *inhumanitatem.* βγτ sG P 3. 4. = *humilitatem.*
pati. p = *perpeti.*
nec sequi. BV = *et sequi.* A = *nec castra sequi.*

siderat, et adpositum: ad superuacua sudatur. Illa sunt quae togam conterunt, quae nos senescere sub tentorio cogunt, quae in aliena litora inpingunt. Ad manum est quod sat est. Cui cum paupertate bene conuenit diues est. Uale.

EPISTULA V.

Seneca Lucilio suo salutem.

Quod pertinaciter studes et omnibus omissis hoc unum agis, ut te meliorem cotidie facias, et probo et gaudeo: nec tantum hortor, ut perseueres, sed etiam rogo. Illud autem te admoneo, ne eorum more, qui non proficere sed conspici cupiunt, facias aliqua, quae in habitu tuo aut genere uitae notabilia sint. Asperum cultum et intonsum caput et neglegentiorem barbam et indictum argento odium et cubile humi positum, et quicquid aliud ambitionem peruersa uia sequitur, euita. Satis ipsum nomen 2
philosophiae, etiam si modeste tractetur, inuidiosum est: quid si nos hominum consuetudini coeperimus excerpere? Intus omnia dissimilia sint, frons [nostra] populo conueniat. Non splendeat toga, ne sordeat quidem. Non habeamus argentum, in quod

adpositum = mss. ϒ ℜ — ℭ 2. Gro — S. ℭ — 𝔐 Ju = *expositum.* Cod. Erm. ℜ — 𝔅 + *parvo constat et.* ℭ 1. = *appos. et ad sup.*

supervacua. Bul. ϒ = *superiora.*

togam. V = *vitam totam.* ζ = *vitam.*

conterunt. Lips.: „vidi, qui *contexunt* legerent, caeculos."

tentorio. Sorb. = *temptoria.*

aliena. Bul. Sc ϒ = *alia.*

sat est = Pp Ag Sorb. Rr BV Sb βγεϑιο ℜ — 𝔐. GT Gr. Sc ϒ ℭ — S = *satis est.*

Cui cum paup. nonnulli ρρ ℜ — 𝔅 = *Qui cum paup.* 𝔐 — 𝔐a — *Cui cum — dives est.* Huc ea pertinere non ad Ep. 2. probat mss. consensus.

Lib. I. Ep. 5.

pertinaciter. ℑ = *vehementer.*

ζ = *studeas.*

rogo. V ℑ + *temet rogo.* b = *rogito.*

te admoneo. E — *te.* V = *moneo.* G (ꝛ∞) αγτ = *rogo.*

notabilia sint. Germ. ϒ = *not. sunt.*

cultum. ϒ = *vultum.* ℜ — ℭ = *incultum.* cf. Mod. ep. 2.

et intonsum. Germ. — *et.*

evita. ℭ 1. — ℭ = *devita* contra mss. auctoritatem.

2. *philosophiae.* Germ. = *philosophia.*

consuetudini, Ag = *consuetudine.* p = *consuaetudine.* (pg cr. ∞ *i*). Abl. fortasse genuinus, quem ut explicarent, G P 1. 3. 4. adiecerunt *a.* Br. Vit. 18, 1. *Excerpe itaque te volgo.* Alibi idem vb. habet praepos. *ex.* II. Beneff. 29, 5. *ex omnibus singula excerpas.* Pol. 36, 4. *hunc praeterire ex omni Caesarum numero excerpendum.*

frons [*nostra*]. Pp T R B all. = *frons populo nostra.* G et r = *populo frons nostra.* Sb = *frons populo conveniat nostra.* Ideo vocem, quae iam Sw. e scholio adscita esse videbatur, uncis inclusi.

ne sordeat quidem. AgG R ℜ —

nos mores et publicos: suspiciant omnes uitam nostram, sed agnoscant. Quid ergo? eadem faciemus, quae ceteri? nihil in- 5
A — *Nihilominus* — Ep. 15, 2. *Adice nunc, quod.*
p = *evitamus incommoda.*
incommoda quaeque = PTRr ρρ e Sb Pr.abd Μ — G. pG (BEV) ΫΜ — S = *incommoda quoque.*
excogitantes. P = *excogitamus.*
nisi fallor = PRrGρρϑ. pT Υ Μ — S = *ni fallor.* (rell. n. l.).
3. *per vim potentioris.* Μ — Gϑ. + *impetus.*
T = *ex aliena potestate.*
inpendet. Gζϑκου Υ = *impenditur.* Arg. b = *inpendit.*
pB = *inopia atque morbus.* ETe = *inopiae atque morbus.* r ΜαS = *inopia atque morbi.* Rell. libri = ∞.
T — *silentio* — *auribus.*
p = *terroribus excutiunt.*
p = *ferrum intra se ignes habet.*
GVϑ = *ignem.*
et turbam ferarum. Quidam Pinc. = *et turbam sicarum.*
4. r = *carceres.*
et eculeos. Pinc. Pϑ. = *et culeos.*
et adactum. GRϑκο = *et actum.* Ju = *et adaptum.* r = *et ad auctum.*

qui per os emergeret stipitem et distracta in diuersum actis curribus membra, illam tunicam alimentis ignium et inlitam et textam, et quicquid aliud praeter haec commenta saeuitia est. Non est itaque mirum, si maximus huius rei timor est, cuius et uarietas magna et adparatus terribilis est. Nam quemadmo- 5
dum plus agit tortor, quo plura instrumenta doloris exposuit: (specie enim uincuntur qui patientiae restitissent) ita ex his, quae animos nostros subigunt et domant, plus proficiunt quae habent quod ostendant. Illae pestes non minus graues sunt, famem dico et praecordiorum suppurationes et febrem uiscera ipsa torrentem. sed latent, nihil habent quod intentent, quod praeferant: haec ut magna bella adspectu paratuque uicerunt. Demus itaque operam, abstineamus offensis. Interdum populus 6
est, quem timere debeamus. interdum si ea ciuitatis disciplina est ut plurima per senatum transigantur, gratiosi in eo uiri. interdum singuli, quibus potestas populi et in populum data est. Hos omnes amicos habere operosum est: satis est inimicos non habere. Itaque sapiens numquam potentium iras prouocabit:

per os. ℜ — ℭ1. = *per omnes artus.* Gαγζϑκτ P1. 3. ℬℭ1. = *qui per omnis* (vel *omnes*) *emergere possit artus.* P 4. = *qui per omnes emergere post sunt artus.* Rell. ρρ cum Pp TR Ss. P 2. (s.m.) Ops. 𝔄ℜ — 𝔗𝔖 = *emergeret.* quod recepimus. EB = *emerget.* ℭ2. — 𝔐a = *emergat.*

distracta. r = *districta.*

curribus. GRβεζουϑτκλμν (s.m.∞) ξB tres Gr. 𝔄ℜ — ℭ1. = *cruribus.* Col. = *crucibus.*

textam. PVG (ρρ?) ℜ — 𝔐a = *intextam.* β = *tectam.* μ = *intectam.*

et quicquid aliud = PrV Arg. bE B ρρ Ops. Gr. 𝔄ℜ — ℭ1. pTGR ℭ2. — 𝔖 — *et.*

Arg. b = *commenta saevitiae est.* 𝔄 = *et quicquid al. esset pr. h. commentata tormenta saevitia.* Ms. Amstelod. = *sevitie est.* unde Burm. ad Anth. L. II. p. 700. ci. = *saevities est.*

5. *patientiae* = PE Sb Pr.b Col. cod. Gron. Gro 𝔑u — 𝔖. pTRrG (VBρρ) P1. 2. 3. 4. 𝔄ℜ — 𝔍u. 𝔅1. = *patientia.*

V — *ita ex his — vicerunt.*

quae an. nostros. δνξ𝔑u = *qui an. n.*

quae habent. GEB 𝔄ℜ — ℭ1. = *quia habent.* δνξ = *qui habent.*

suppurationes = PpT (Arg.bBE) Pr.bαδεμ ℭ2. — 𝔐a. atque idem videtur in suis mss. legisse Ops., cum nihil annotaverit. G = *suspirationem.* RGr.ρρ (exc. αδεμ) Sb(?) c Pr. ad 𝔄ℜ — ℭ1. 𝔖 = *suspirationes.* r = *supputati rationes.*

febrem — torrentem = PpTGRr Arg.b BEρρ ℜ — 𝔐a. Sw. ex solo Arg.c et 𝔄 recepit *febres — torrentes.*

G Gr. fere omnes = *quod proferant.* quod Grut. etiam in ed. Erm. se invenisse ait, in qua ego quidem non video.

6. *timere debeamus.* E Mod. = *timeamus.*

gratiosi in eo. R ℜ — 𝔐 + *gr. timeantur in eo.* Arg.b = *gr. interdum.* p = *grat. in ea.*

R — *et in populum.*

r — *potentium.*

immo declinabit, non aliter quam in nauigando procellam.
7 Cum peteres Siciliam, traiecisti fretum. Temerarius gubernator contempsit austri minas. ille est enim qui Siculum pelagus exasperet et in uertices cogat. non sinistrum petit litus, sed id quo propior Charybdis maria conuoluit. at ille cautior peritos locorum rogat quis aestus sit, quae signa dent nubes. longe ab illa regione uerticibus infami cursum tenet. Idem facit sapiens: nocituram potentiam uitat hoc primum cauens, ne ui-
8 tare uideatur. Pars enim securitatis et in hoc est non ex professo eam petere, quia quae quis fugit damnat. Circumspiciendum ergo nobis est quomodo a uolgo tuti esse possimus. Primum nihil idem concupiscamus: rixa est inter conpetitores. Deinde nihil habeamus quod cum magno emolumento insidiantis eripi possit. quam minimum sit in corpore tuo spoliorum. Nemo ad humanum sanguinem propter ipsum uenit, aut admodum pauci. plures conputant quam oderunt: nudum latro transmit-

immo declinabit. PpTr Arg. bV+ *immo nec declinabit.* B + *immo et declinabit.* G + *immo nemo decl.* Sed negatio ferri nequit propter sequentia.

in navigando. r + *in evangelio navig.*

V — *procellam.*

7. ξ + *Nam cum peteres.*

contempsit. 𝔐 = *contemnit.*

V = *minas: stultus enim ille est.*

p = *ille enim qui.*

pelagus exasperet. r = *fretum exasperet.* Col. + *etiam pel. exasp.* Gαγϑτ + *pel. etiam plus quam timere debeamus.* xλ (pr. m.) P1. 3. 4. 𝔑 — 𝔊 1. + *pelag. interdum etiam plus quam timere debeamus exasp.*

vertices. ελου Nicot. Ops. P 2. 3. (P 3. cr. = *vorticem.*) 𝔖 = *vortices.* R = *exasperat et in vorticem.*

petit litus. 𝔖 contra mss. = *petiit littus.* quod etiam Matth. legi voluit, vel scribi *contemnit.* Vξ = *petit latus.*

sed id quo. ρυεμ = *sed it quo.* unde PTr Arg. bEB (cr. ∞) ν = *sed ita quo.* γ = *sed ita illuc quo.* α = *sed illuc quo.* Gϑχτ = *sed illic, quo.* V — *sed id — convolvit.*

convolvit. G = *convellit.*

quis aestus = mss. (praeter R) 𝔛𝔑 — 𝔊. R𝔑 — 𝔖 = *qui aestus.*

longe ab illa = PpGrE plerique ρρ. TR (Arg.bBV) nonnulli ρρ 𝔛𝔑 — 𝔖 + *et longe ab illa.*

verticibus. R nonnulli ρρ Nicot. Ops. P2. et 3. (al. m.) 𝔖 = *vorticibus.* Cum antiquitus hoc vocabulum a P 3. abfuisset, Grut. putavit eiici posse.

𝔛 = *hoc primum cavere et vitare.* G = *caveris.*

p = *faciens sapiens.*

8. *eam petere.* 𝔐 = *eam fugere.* 𝔛𝔊 1. 2. 𝔊 + *non est nostrae professionis vulgi favores appetere.*

Circumspic. ergo. TB — *ergo.*

nihil idem = mss. etiam Ops. et Mod. 𝔑 — 𝔗 GroS. 𝔅 — Ju 𝔅 1. — 𝔐a = *nihil inde.* 𝔛 = *nihil cum eo.*

rixa est. Pinc. 𝔊2. — Ju 𝔅 1. — 𝔐a + *unde rixa est.* 𝔄 + *rixa enim est.*

eripi possit. 𝔛 = *auferri possit.*

plures conputant. V + *bona tua et idcirco cupiunt ea.*

quam oderunt. G P1. 2. et 3. (p. m.) 𝔑—𝔊 = *quam oderint.* Qui-

tit: etiam in obsessa uia pauperi pax est. Tria deinde ex prae- 9
cepto ueteri praestanda sunt ut uitentur: odium, inuidia, contemptus. Quomodo hoc fiat sapientia sola monstrabit. Difficile enim temperamentum est, uerendumque ne in contemptum nos inuidiae timor transferat, ne dum calcare nolumus, uideamur posse calcari: multis timendi adtulit causas timere posse. Undique nos reducamus: non minus contemni quam suspici nocet. Ad philosophiam ergo confugiendum est: hae literae, non 10
dico apud bonos, sed apud mediocriter malos infularum loco sunt. Nam forensis eloquentia et quaecumque alia populum mouet, aduersarios habet: haec quieta et sui negotii contemni non potest, cui ab omnibus artibus etiam apud pessimos honor est. Numquam in tantum conualescet nequitia, numquam sic contra uirtutes coniurabitur, ut non philosophiae nomen uenerabile et sacrum maneat. Ceterum philosophia ipsa tranquille 11
modesteque tractanda est. Quid ergo? inquis, uidetur tibi Marcus Cato modeste philosophari, qui bellum ciuile sententia reprimit? qui furentium principum armis medius interuenit? qui

dam Pinc. = *quam occiderint.* unde ipse ci. = *plures compilant quam occiderint.* Matth. Clocius Ep. ad Gothofred. ci. = *plures zonam petunt, quam oderint.*

9. *ex praecepto* = PpTRrVB aliquot ρρ 𝔄𝔑 — 𝔐. atque ex cunctis mss. reponi iussit Sw. Idem proposuit ex codd. Norimb. Erlang. et m. Herbip. Lud. de Jan l. l. Gαζ𝔉τ EArg.b Herbipol. ℨ — 𝔖 = *ex praeceptione*, quod aliquando probabam (vid. Diar. Litt. Hal. a. 1840. N. 159. p. 55. sq.). Sed tum non erant penes me scripturae codicum Pp.

invidiae timor transferat = 𝔐 — 𝔖. PpTRr Arg.bE ρρ (exc. βγζ) P1. 3. Col. 𝔑 — 𝔅 = *invidia et timor transferat.* quod ferri posse non arbitror: et facile potuit nasci ex illo. βγζ P2. 4. 𝔄𝔊𝔍. — 𝔊 = *invidia et timor transferant.* G = *invidia timor transferat.* (BV n. l.)

dum calcare nolumus = PSb Mod. 𝔖, et videtur hoc unum ex mente Senecae esse. P3. (p.m.) = *calcare volumus.* pTrG P1. 2. 4. Col. Ops. 𝔅 — 𝔐𝔞 = *calcari nolumus.* R𝔑 — 𝔛 = *calcari volumus.* De rell. mss. nihil proditur.

timere posse = PRαβγδζηλμυ Arg.b 𝔖. B + *timere non posse.* V + *timeri non posse.* Rell. mss. 𝔄𝔑 — 𝔐𝔞 = *timeri posse.*

10. 𝔑 = *cum fugiendum est.* R = *fugiendum est.*

P2. = *huius literae.* Rell. Gr. G = *haec lit.* αγζ + *quae fori causas agunt.*

non dico. T = *non dicam.*

movet, adversarios habet = Pp TrGEδεζμνστυ P2. 3. Col. Ss. 𝔑 — 𝔅. 𝔄 = *movent.* R P1. 4. = ∞ *adversarium* ∞. 𝔊𝔍. — 𝔐𝔞 = *movent, adversarium habent.*

etiam apud. B𝔄 = *et apud.*

ξ + *Numquam ergo.*

𝔄 = *convalescit.* r = *coniurabit.*

11. V — *Quid ergo? — potentioris offensa* § 13. E = *Quis ergo?*

videtur = mss. 𝔄𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔐𝔞 = *videbitur.*

Arg. b = *philosophatur.*

sententia reprimit = prTGE ρρ (exc. βγλξ) P1. 2. 4. Ops. Rell. mss. 𝔑 — 𝔖 + *sententia sua repr.* vel *sua sent.* repr., quod habet 𝔄.

aliis Pompeium offendentibus aliis Caesarem simul lacessit duos? Potest aliquis disputare an illo tempore capessenda fuerit sapienti respublica. Quid tibi uis Marce Cato? iam non agitur de libertate: olim pessumdata est. quaeritur utrum Caesar
12 an Pompeius possideat rempublicam. Quid tibi cum ista contentione? nullae partes tuae sunt. Dominus eligitur: quid tu? Alter uincat: potest melior uincere, non potest non peior esse qui uicerit. Ultimas partes adtigi Catonis: sed ne priores quidem anni fuerunt, qui sapientem in illam rapinam reipublicae admitterent. Quid aliud quam uociferatus est Cato et misit inritas uoces, cum modo per populi leuatus manus et obrutus sputis et portandus extra forum traheretur, modo e senatu in
13 carcerem duceretur? Sed postea uidebimus an sapienti opera

quaeritur. RΥℜ — 𝔗 = *quare.*

12. *Quid tu? Alter vincat etc.* = p mG BEδεμνυ quidam Pinc. Ops. cod. vetustus Erm. PT Arg. b = *Quid t u a alter vincat.* o = *Quid tu uter vincat.* r = *Quid tu* spat. vac. *vincat.* αζ = *Quidni alter vincat? Potest melior vincere: non potest non peior esse, qui victus fuerit, melior qui vicit.* Eadem habet γ, sed pro *Quidni* = *Quid tu.* β = *Quid t i b i alter vincat? potest melior vincere, non potest peior esse, qui vicerit.* Rell.ρρ = *Quid tu? alter vincere potest: melior vincere non potest: non potest peior esse, qui victus fuerit, melior qui vicerit.* G = *Quid tu? alter vincere potest. melior vincere non potest. potest peior esse, qui victus fuit, melior qui vicit.* Erm. cod. alius = ∞. *Potest melior vincere, non potest peior esse qui vicerit.* Addit Erm.: „Vetus lectio mihi magis arridet: *Alter vincere potest, melior non potest.* reliqua videntur adiecta ab interprete." Cum Erm. codicibus consentiebant libri Grt., et habebant = *Quid tu?* Pinc. quidam ℜ — 𝔊 = *Quid t u m? alter vincere potest, melior vincere non potest. non potest esse peior, qui victus fuerit, melior qui vicerit.* Alii Pinc. = *Quid tibi, an alter vincat? Potest melior vincere: non potest non esse peior, qui vincit.* quod probat Pinc., sed pro *vincit* vult *vincitur* scribi. Υ = *Quid tibi, an alter vincat? potest melior vincere, non potest peior esse, qui victus fuit: melior qui vincit.* 𝔐 — 𝔅 1. = *Quid tua, uter vincat? melior vincere non potest. potest esse peior, qui victus fuerit: non potest melior, qui vicerit.* 𝔑u — 𝔖 ex emend. Lips. = *Quid tua, uter vincat? potest melior vincere* etc. quam scripturam sane probabam, si defenderetur melioris cod. auctoritate: nam unus o, qui *uter* profert, non raro interpolatus est, et servat prius *Quid tu?* R = *Quid tum? alter vincere potest. melior vincere non potest. non potest peior esse, qui victurus fuerit* [s = *nec*] *melior, qui vicerit.*

p = *sed nec priores anni.*

in illam rapinam. 𝔐 = *ruinam.*

et misit. G (l.) Υℜ — 𝔅 = *c u m misit.* R = *c u m a misit.*

inritas voces. ℜ — 𝔈2. = *i r a t a s voces.*

extra forum. G — *extra.*

BΩℜ — *et portandus.* quod in suspicionem omnino poterat venire. Pinc. ci. = *deportandus* sive *exportandus.* 𝔊𝔊 = *deportandus.*

e senatu. P Arg. b Υ = *a senatu.* T — *e.*

13. *videbimus, an.* P = *vid. n u m.*

an sapienti opera perdenda sit.

perdenda sit: interim ad hos te Stoicos uoco qui a republica exclusi secesserunt ad colendam uitam et humano generi iura condenda sine ulla potentioris offensa. Non conturbabit sapiens publicos mores nec populum in se uitae nouitate conuertet. Quid ergo? utique erit tutus qui hoc propositum sequetur? Promittere tibi hoc non magis possum quam in homine temperanti bonam ualitudinem: et tamen facit temperantia bonam ualitudinem. Perit aliqua nauis in portu: sed quid tu accidere in medio mari credis? Quanto huic periculum paratius foret multa agenti molientique, cui ne otium quidem tutum est? Pereunt aliquando innocentes: quis negat? nocentes tamen saepius. Ars ei constat, qui per ornamenta percussus est. Denique consilium rerum omnium sapiens, non exitum spectat. Initia in potestate nostra sunt: de euentu fortuna iudicat, cui de me sententiam non do. At aliquid uexationis adferet, aliquid aduersi. Non damnatur latro, cum occidit. Nunc ad co-

Pp = *an sapientiora perdenda sit.* Arg. b = *an sapientiora perdenda sint.* βγ𐤓𐤕 ℜ — 𝔊1. = *an sapienti opera perdenda sint.* δεμνο = *an sapientiora opera perpendenda sint.* Quidam Pinc. = *an sapientiora opera perpendenda sit.* unde ipse ci. = *an sapienti opera P. R impendenda sit.* GTEB = *an sapienti opera pendenda sint.* rξ = *an sapientis opera perdenda sint.* χ = *an sapienti opera petenda sint.* mγ = *an sapientiora opera petenda.* 𝔄 = *utrum sapientis opera pendenda sunt.*

Stoicos = mss. (p = *stoichios*) 𝔄 ℜ — 𝔊𝔖. quamobrem nomen retinui et mihi suspectum. T = *ad hoc tempus Stoicos voco.*

non conturbabit. V = *non turbat.*

G — *secesserunt.* mG = *successerunt.* 𝔄 = *recesserunt.*

Quid ergo? utique erit. p = *qui ergo utique er.* 𝔄 = *Quid ergo? itaque erit.* G = *Quis umquam erit.* ϑχξ = *Quis umquam ergo erit.*

propositum sequetur. RE Col. P3. = *prop. sequitur.* 𝔄 = *prop. sequatur.*

homine temperanti = PTRrβδμνξ ου Ops. 𝔄ℜ — 𝔐𝔖. Pal. 2. Col. 𝔈 — 𝔐a = *homine temperante.* B = *homine temperandi.* pG rell. ρρ P1. 3. 4. = *hom. temperato.*

GTV — *et tamen — valitudinem.*

14. *Perit* = mss. 𝔄ℜ — 𝔐a. 𝔊 = *Periit.*

sed quid tu accid. T — sed.

in medio mari = PρRββδλμνου Sb ℜ — 𝔐𝔖. Tr(EV) 𝔄𝔈 — 𝔐a = *in medio maris.*

cui ne otium quidem tutum. B = *cui otium tutum.* V = *cui negotium tutum.*

Denique consilium. r = *Denique consilia.* νmγ 𝔈 2. — 𝔐 = *Denique initium.*

exitum spectat. p = *exitum exspectat.*

Initia in pot. n. sunt. Gr. 𝔐u + *Initia tamen in pot. n. sunt.* quod commendaverat Gron. Grut. ci. = *Initia tantum in pot n. s.* R = *potestate nostri.*

At aliquid. P = *Ad aliquid.*

adferet = Br Ss. ci Lips. 𝔄𝔖. atque ex contextu orationis necessarium esse videtur Fut. Reliqui libri, quos ipse excussi, = *adfert.*

Non damnatur latro, cum occidit = mss. (exc. ν) 𝔄ℜ — 𝔐a. νmτ

tidianam stipem manum porrigis. Aurea te stipe inplebo, et quia facta est auri mentio, accipe quemadmodum usus fructusque eius tibi esse gratior possit. *Is maxime diuitiis fruitur, qui minime diuitiis indiget.* Ede, inquis, auctorem. Ut scias quam benigni simus, propositum est aliena laudare: Epicuri est aut Metrodori aut alicuius ex illa officina. Et quid interest quis dixerit? omnibus dixit. Qui eget diuitiis, timet pro
16 illis. nemo autem sollicito bono fruitur: adicere illis aliquid studet. dum de incremento cogitat, oblitus est usus: rationes accipit, forum conterit, calendarium uersat, fit ex domino procurator. Uale.

cod. Lips. = *Nam damnatur.* Gron. ci. = *Non damnat.* ℭ = *non dominatur.* atque adiicit in *Notis:* „Vulgo omnes mssti editique, *non damnatur* etc. haud dubie corrupta scriptura: ubi me advertit, quod, quum *dampnare* inserta *p* litera constanter alias scribant codices nostri et editiones veteres, h. l. illa *p* litera in nullo libro compareat: itaque *non dominatur* corrigendum putavi, atque ita scripsisse Senecam mihi persuasi, sententia huiusmodi: *Occidere latro* etiam sapientem *potest: sed non ideo est* (*aut fit*) *dominus* eiusdem: sapiens enim, solus liber, nullum dominum agnoscit. Pro *dominatur* veteres librarii *domnatur* scribere potuerunt, aut *dn̄tur*, *ut domnus* aut *dn̄us* pro *dominus.*“ Non persuasit mihi, ut corrigerem mss. inter se omnino consentientes: et sunt eorum quidam scripti antequam notae illae vel compendia usurparentur, ex quibus Sw. ortam esse putat scripturae depravationem. Locus sic videtur explicari: Concedit adversarius *initia in nostra quidem potestate* esse: „*at fortuna*, inquit, mox *aliquid vexationis adferet, aliquid adversi.* Exemplo sit *latro*, qui non illico *damnatur, cum occidit*, sed damnabitur tamen, si fortuna, ut deprehendatur, effecerit.“ Iam vero cum latronis exemplum protulerit adversarius, eius sententiam refellere supersedet Seneca: poterat respondere: „Stultis et improbis timendum est a fortuna, sicut latroni, quem modo laudasti, non itidem sapientibus et probis, in quos illa ius non exercet.“ Sane arguta haec est et obscura brevitas. B + *etiam cum occidit.* e = *non damnatur latro, cum occiditur.* „Quum in Lipsii cod. sit *nam* pro *non*, totam ῥῆσιν ita emendat Vonck in Act. Acad. 15. Elect. Pal. 1. p. 160. *Num damnat fur, latro, cum occidit?* Mallem: *non damnat latro, cum occidit.* Unus ex discipulis non male ita legi posse putabat: *non damnatur, latro quem occidit.*“ [Matth.] Proposuit illam loci distinctionem censor editionis Matth. in Diar. Litt. Hal. 1809. N. 68. p. 554.

15. *Ede, inquis, auctorem.* p = *Ede inq. auctoritatem.*

benigni simus. ΪΡ — ℜ = *benignissimus.* PRrT BE = ∞ *sumus.*

aliena laudare. Quidam Pinc. = *aliena dare.*

Ϊ — *omnibus dixit.*

16. *sollicito bono.* νου = *sollicitus bono.*

P3. Col. = *adiicere illi aliquid.*

oblitus est. R — *est.*

rationes. Rβδμυ ΪΡ—ℭ2. = *Ratiocinationes.* ν — *rationes accipit.* pR (cr. ∞) Arg. b = *accepit.*

forum conterit. G = *ferrum conterit.*

procurator. T = *servus.*

EPISTULA III. (15.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Mos antiquis fuit usque ad meam seruatus aetatem primis epistulae uerbis adicere: *Si uales bene est, ego ualeo.* Recte nos dicimus: Si philosopharis bene est. Ualere enim hoc demum est. sine hoc aeger est animus. Corpus quoque, etiam si magnas habet uires, non aliter quam furiosi aut phrenetici ualidum est. Ergo hanc praecipue ualitudinem cura: deinde et illam secundam quae non magno tibi constabit, si uolueris bene ualere. Stulta est enim, mi Lucili, et minime conueniens li- 2
terato uiro occupatio exercendi lacertos et dilatandi ceruicem ac latera firmandi. Cum tibi feliciter sagina cesserit et tori creuerint: nec uires umquam opimi bouis nec pondus aequabis. Adice nunc, quod maiore corporis sarcina animus eliditur et minus agilis est. Itaque quantum potes, circumscribe corpus tuum et animo locum laxa. Multa sequuntur incommoda huic deditos curae: primum exercitationes, quarum labor spiritum 3
exhaurit et inhabilem intentioni ac studiis acrioribus reddit. deinde copia ciborum subtilitas inpeditur. Accedunt pessimae notae mancipia in magisterium recepta, homines inter oleum et uinum occupati, quibus ad uotum dies actus est, si bene desu-

Lib. II. Ep. 3. (15.)

Mos antiquis. αγεζλυ Ru = *Mos antiquus.* T = *M. antiquo.* GE ιχ = *M. antiquitus.*

𝔄 + *et usque.*

T + *Si bene vales.*

ego valeo = mss. etiam Gr. Ops. ℜ — 𝔊 Ru — 𝔖. 𝔄 + *et ego valeo.* 𝔐 — 𝔅l. — *ego valeo.*

Recte nos = pGTrgBEVρρ (exc. λοβ) P1. 2. 3. 4. Ops. PRλο Col. 𝔄ℜ — 𝔖 + *Recte et nos.* β + *Recte nos omnes.*

corpus quoque. δ — *quoque.*

etiam si magnas. Bξ — *etiam.* G𝔇τ = *omne si magnas.*

Valere enim. p = *Valere autem.*

aeger est. p — *est.*

deinde et. ℜ — 𝔈l. — *et.*

2. *Stulta est enim.* G — *enim.*

B = *literato homini.*

latera firmandi. V𝔄 = *latera confirmandi.*

sagina cesserit. G — *cesserit.*

opimi bovis. ℜ — 𝔗𝔇u = *optimi bovis.* P = *opum* (n.) *bovis.* 𝔄 = *opum bonis aut pondus.*

animus eliditur. P1. 3. 4. α𝔮𝔇τ = *animus laeditur.*

circumscribe V + *tibi circumscribe.* B = *circumscribes.*

Multa sequuntur. AbGR ℜℜ = *M. secuntur.* r = *sequuntur.*

3. *inhabilem.* p = *inaffabilem.*

subtilitas inpeditur. R 𝔄𝔈 1. — 𝔐a + *subtilitas animi.*

Ab(n.) G = *inpenditur.*

pessimae notae. G(s∞) αγζ𝔇τ 𝔄 = *pessimae noctes.*

GP 1. 3. 4. = *in magistratum recepta.*

occupati. G(n.) = *occupationibus.*

r(s∞) P2. Col. = *dies est aptus.*

δ𝔇υ = *si bene desudaverint.*

dauerunt, si in locum eius quod effluxit multum potionis altius ieiuno iturae regesserunt. Bibere et sudare uita cardiaci est. Sunt exercitationes et faciles et breues, quae corpus et sine mora lassent et tempori parcant cuius praecipua ratio habenda est: cursus et cum aliquo pondere manus motae et saltus uel ille qui corpus in altum leuat uel ille qui in longum mittit uel ille, ut ita dicam, saliaris aut, ut contumeliosius dicam, fullonius. Quod libet ex his elige: usu rude facile. Quicquid facies, cito redi a corpore ad animum: illum noctibus ac diebus exerce. labore modico alitur ille. Hanc exercitationem non

αζλτ = *si bene desideraverint.* G = *si bene desideraverunt.*

altius ieiuno iturae regesserunt. = pATg. cf. Ep. 122, 7. *Merum illud delectat, quod non innatat cibo, quod libere penetrat ad nervos: illa ebrietas iuvat, quae in vacuum venit. ieiuno* Dativus est, quem cum male intelligerent, adiecerunt *in* Praepositionem εμν Pr.bd Ops. Cambron. Erfurt. Gron.: deinde alii scripserunt *in ieiunio*, sicut m b BEV Sb Pr.a Col. ℭ. Alii etiam longius aberrarunt: PG — 𝔐a = *altius ieiuno gutture regesserunt.* r = *altius in ieiuno gutture regesserunt.* G = *altius in ieiunio gutture ingesserunt.* R = *alterius* [sic aliquot ρρ] *in ieiuno gutture regesserunt.* β = *in gruino gutture reg.* δ = *in gruino iture regess.* Rell. ρρ = *in ieiuno gutture ingesserunt* vel *regesserunt.* P 4. *altius ieiuno gutture incesserunt.* P 1. 3. = *ieiunio gutture ingess.* (em. in 3. = *regess.*). P 2. = *in ieiunio gutere gesserunt.* Mod. = *effluxerit* ∞ *altius in ieiunum gutur regesserunt.* 𝔄 = *alterius in ieiunio gutture regess.* 𝔑 — 𝔍u = *alterius ieiuno gutture ingesserunt.* Gro — 𝔐a = *altius ieiuno gutture regesserunt.*

4. Matth. ci. = *Sint exercitat.*

et sine mora. Col. 𝔑 — 𝔗 — *et.*

lassent = PpATgr Sbcρρ (exc. βo) BEA. GR P 1. 2. 3. mCol. = *lassant.* P 2. = *lasent.* βo 𝔑 — ℭ = *laxent.*

G P 1. 3. 4. = *parcunt.*

Gαγζϑχοτ = *quarum praecipua ratio.*

AV — *et saltus* — *fullonius.*

saliaris = 𝔐. ℭ 1. ℭ 2. — ℭ ex ci. Erm. P(1.) = *saltaris.* r = *saltuaris.* quod mihi genuinum esse videtur. cf. Plin. H. N. II, 95, 96., ubi libri mss. fluctuant inter *saltuares, saltares, saliares.* γ = *saltatorius.* Gαεζϑχοτ P 1. 3. 4. = *saltatricis.* Rell. mss. 𝔄𝔐 — ℭ 1. = *salutaris.*

fullonius. Gαζϑτ = *fullonis.* p = *fullonicius.*

Quod libet. gmb = *quoslibet.* αβ γεζϑιχτ Pinc. P 3. 4. 𝔄 = *Quemlibet.*

A — *usu rude facile. usu rude facile* = Pυ. BE Sb Pr.b = *usum rude facile.* prVγεζϑ Pr.a Sc = *usum rudem facilem.* G P 1. 𝔄 = *usum facilem rudem.* αχτ Pinc. = *usu rudem facilem.* P 3. 4. = *usu facilem rudem.* T = *unum rude facile.* Ops. partim = *usum rude facile*, partim = *usu rude facile.* Hoc, quod verum esse videtur, quodque etiam aliis librorum scripturis confirmatur, recepi. Jam Sw. coniecerat proverbium fuisse *usu rude facile* vel *usu rudis facilis.* R Col. P 2. Pr.d aliquot ρρ 𝔑 — ℭ = *usu fit facile.*

Quicquid. A + *Sed quicquid.*

noctibus ac diebus. γ 𝔄ℭ 2. — 𝔐a = *diebus ac noctibus.* RT = *noctibus et diebus.* r = *noctibus atque diebus.*

frigus, non aestus inpediet, ne senectus quidem. Id bonum cura quod uetustate fit melius. Neque ego te iubeo semper inminere libro aut pugillaribus: dandum est aliquod interuallum animo, ita tamen ut non resoluatur, sed remittatur. Gestatio et corpus concutit, et studio non obficit: possis legere, possis dictare, possis loqui, possis audire, quorum nihil ne ambulatio quidem uetat fieri. Nec tu intentionem uocis contempseris, quam ueto te per gradus et certos modos extollere, deinde deprimere. Quid si uelis deinde quemadmodum ambules discere? admitte istos quos noua artificia docuit fames: erit qui gradus tuos temperet et buccas edentis obseruet et in tantum procedat, in quantum audaciam eius patientiae credulitate pro- 6

5. *inpediet* = pAgrGTBEV Arg. b ΥΜ — ΜS. PR ℓ — Μα = *impedit.* De ρρ nihil proditur.

GRr Arg.h ΥΜ — Ꞩ = *nec senectus quidem.*

Id bonum. A = *Illud bonum.*

Neque ego te iubeo. Υ + *Neque enim* etc. ζϑχο = *Non ergo te iubeo.* T = *Nec ego te iubeo.*

libro. ΥЄ1. + *aut tabulis.*

dandum est = PTRrBρρ Ss. ΥΜ — ꞨS. G — *est.* p(VE) Μ — Μα = *dandum et.*

sed remittatur. RΜ — Μ + *sed ut remittatur.*

Gestatio et corpus. Υ — *et.*

Gg — *possis legere.*

RG (s.m.) Μ — Μα = *nec ambulatio quidem.* α = *ne operatio quidem.* Rell. mss. etiam ρρ = ∞.

A — *Nec tu intentionem* — §. 8. *Ecce insigne praeceptum.* Pro his habet vbb. superioris ep. *Nunc ad cotidianam stipem manum porrigis. Accipe: aurea te stipe inplebo.*

RΜ — Ꞓ1. = *intensionem.*

contempseris. G = *contentus eris.*

ad certos modos. Υ + *vel numeros.*

extollere = P(l.)pgGTrTV aliquot ρρ. R (E Arg. b) alii ρρ ΥΜ — Ꞩ = *adtollere* (*att.*). B = *et tollere.*

V + *ac deinde.* β + *et deinde.* Ꞩ = *dein.* quod nescio unde sumpserit.

deprimere. p = *premere.* G(s∞) aliquot ρρ Υ = *reprimere.*

6. *Quid si* = PpgGRrEVρρ quidam Gr. Μ — Ɓ. et sic fortasse scribendum putabat Sw. T ΥЄ1. — Ꞩ = *Quod si velis. Quid si — produxeris.* censor editionis Ruhk. (Suppl. Diar. Litt. Hall. 1806. p. 417.) reiicere voluit post *vetat fieri.*

admitte istos = PpgTrB Sb Pr.bd Ops. P2. ΥS. R(E) rell. Gr. Μ — Μα = *admittes.* V — *admitte — fames.*

Gαζϑχοτ + *quos ad nova artificia.*

Υ = *gradus tuos recuperet.*

buccas edentis = mss. ΥЄ1. — Μα. „Iu P3. videbatur prius fuisse *et buccas idem observet.*“ m P2. Ꞩ = *et buccas et dentes.* Addit Sw.: „*buccas et dentes* ex Gruteri coniectura scripsi: pro quo si quis vulgatum *buccas edentis* (in quod consentiunt mssti) repositum voluerit, per me sit licitum. Illud moneo, pro terminatione *es* nominum pluralium tertiae declinationis, frequenter in libris nostris priscam terminationem *is* superesse.“ Ita est etiam in meis, et recipio eas formas, ubi consentiunt libri praestantissimi.

procedat = mss. Ꞩ. GT ΥΜ — Μα = *procedet.*

patientiae credulitate. λνν + *vel lenitate.* RrB P4. Col. cod. Gron. Cambron. Erfurt. = *patientiae crudelitate.* G = *pat. crudelitatem.* V (quidam ρρ) Ꞓ2. — Ϳu = *patientiae lenitate.* Μ — Ꞓ1. = *pat. levitate.* ε = *magisterii*

duxeris. Quid ergo? a clamore protinus et a summa contentione uox tua incipiet? Usque eo naturale est paulatim incitari, ut litigantes quoque a sermone incipiant, ad uociferationem transeant: nemo statim Quiritium fidem inplorat. Ergo utcumque inpetus tibi animi suaserit, modo uehementius fac uicinis conuicium, modo lentius, prout uox quoque te hortabitur et latus. Modesta, cum receperis illam reuocarisque, descendat, non decidat: moderatoris sui temperamentum habeat nec indocto et rustico more desaeuiat. Non enim id agimus ut exerceatur uox, sed ut exerceat.

lenitate. — Lips. ci. = *patientia et credulitate.* Rell. libri = ∞.

r = *produxerit.* 𝔄 = *perduxeris.*

a clamore. PGαβƃτκτ = *ab amara.* δμ = *ad amorem.*

Usque eo = PpgRrGVρρGr. Sb Pr. abd ℜ — 𝔗𝔖. T(BE) 𝔊1. — 𝔐α = *Usque adeo.*

B — *a sermone.*

𝔄 + *et ad vociferationem.*

Quiritium. GTR 𝔄ℜ — 𝔐 = *Quiritum.*

7. *Ergo utcumque.* Rαγτℜ — 𝔊1. = *Ergo ubicunque.* 𝔄 = *Ergo utrumque.* r = *Ergo ut quo* [del.] *cunque.*

suaserit. Col. (P2. 3. s.m.) ℜ — 𝔊1. = *persuaserit.*

fac vicinis convicium = 𝔄 mss. praeter Pinc. „codd. emendatiores," qui = *fac vitiis conv.*, quod propagarunt 𝔐 — 𝔐α. Sed recte monet Sw. de vitiis Senecam hic loqui non posse, et videri Pincianum parum accurate legisse codd., in quibus fuerit *vicinis.* ℜ — 𝔊 = *fac in cives convicium.* Hinc Sw. fecit *fac in vices convicium* i. e. „alternis vicibus." „Nullum, inquit, librariorum sphalma frequentius, quam literarum quarumdam aut syllabarum in eadem voce transpositio. *Fac convicium* h.l. idem valet ac *declama*, nil amplius." Sed errat, quod in plerisque Pinc. codd. idem illud *in cives* fuisse opinatur: ecce Pinciani nota: „Plerique codices non legunt *in cives* [id enim erat in ed. Erm. I., qua utebatur Pinc.] sed *vicinis.* Codices emendatiores *viciis.*"

hortabitur. 𝔄 = *exhortabitur.*

et latus = 𝔊2. — 𝔖 ex ci. Erm. Mss. fere omnes 𝔄ℜ — 𝔅 = *in id latus.* P = *in illatis.* G𝔇οτ P1. 3. 4. 𝔊1. = *in id valebit.*

Modesta plerique mss. iungunt cum praecedentibus. αγζιν Arg. b(?) Pr.d ℜ — 𝔅 = *modeste.* quod non spernit Sw. Pinc. = *molesta.*

p = *cum receperis illam.* PgRrB E Arg.b γβδελμνξυ ℜ — 𝔅 = *recipies.* Col. = *recipias.* V = *cum revocaveris illam recipiesque.* quod non displicet. B = *revocabisque.* TG𝔄 = *revocaverisque.*

moderatoris sui temperamentum = RG P1. 3. 4. quidam ρρ ℜ — 𝔖. Col. 𝔄 = *moderationis sui temperam.* βευ = *moderationem sui habeat.* PEB Sb Pr.b P2. Ops. = *mediatoris sui habeat* (B = *habeant*). p Arg.b = *mediatorisui habeat.* γμ = *mediatores sui habeat.* r(s∞) = *meditationi sui temp. habeat.* Tνο Pr.d = *mediatoris vim habeat.* V = *mediocrem sui temp. habeat.* δξ = *temper. mediatoris sui habeat* Sc Pr.a = *mediatoris sui temp. habeat.* Ambian. Ops. = *medietatem oris sui habeat.*

nec indocto. βιξ 𝔖 + *nec hoc indocto.* PgTBEδμν Arg. b Ops. = *et hoc indocto.* Rell. = ∞.

desaeviat. GgTαβεζ𝔇τ = *deserviat.*

Non enim id agimus = PpgR (s. m.) plerique ρρ Pr.abd Ops. ℜ — 𝔊1. 𝔖. V = *Non enim hoc agimus.* GRrαγζ𝔇ξο Sc 𝔄 = *Non enim id agamus.* 𝔊2. — 𝔐α = *Non enim*

Detraxi tibi non pusillum negotium: mercedula et munus gratum ad haec beneficia accedet. Ecce insigne praeceptum: 8
Stulta uita ingrata est, trepida, tota in futurum fertur. Quis, inquis, dicit? Idem qui supra. Quam tu nunc uitam dici existimas stultam? Babae et Isionis? Non ita est: nostra dicitur, quos caeca cupiditas in nocitura, certe numquam satiatura, praecipitat, quibus si quid satis esse posset, fuisset, qui non cogitamus quam iucundum sit nihil poscere, quam magnificum sit plenum esse nec ex fortuna pendere. Subinde 9
itaque, Lucili, quam multa sis consecutus recordare. cum adspexeris quot te antecedant, cogita quot sequantur. Si uis gratus esse aduersus deos et aduersus uitam tuam, cogita quam

id agitur. B = *Non enim hoc agitur.*

V — *Detraxi — fortuna perdere.*

Detraxi. pRr ρρ (exc. αο) Col. P1. (2.3. 4.?) Pinc. Ops. Arg. b ΧΜ—Ⓖ= *Detraxit.*

non pusillum. Χ — *non.*

p = *negotii.*

mercedula. pg + *una mercedula.*

munus gratum = ℜ — 𝔐α. P1. = *minus gratum.* Gαγ⊂τ = *nimis gratum.* TBE P2. = *unum gratum.* P3. 4. Sc Χ = *unus gratus.* χλ = *nimis gratus.* P Pr.bd = *unum graecus.* pg Col. = *unum graecum.* βδμν Sb Pr.a = *unus graecus.* Rell. ρρ = *unus gratus* vel *unum gratum.* Pinc. = *unum Graecum* aut *unus Graecus.* Pinc. ci. = *Detraxit mihi non pusillum negotium mercedulae unus Graecus ad haec beneficia accedens,* et iubet intelligi Epicurum. Ops. = *unus graecus* vel *unus gratus* vel *unum graecum.* Lat. Latinius Bibl. Prof. p. 45. ci. = *mimus gratus.* Ⓔ = *unus gradus* ex ci. Hic locus et alii huius epistolae indigent adhuc medicina: sed non habeo, neque audeo ferrum adhibere.

Ops. = *ad haec beneficia accedat.*

8. T = *Hocce insigne praeceptum.*

Stulta vita = Χ mss. Ops. Gr. Ss. mei exc. p sG R, qui cum ℜ — Ⓔ = *Stulti vita.*

ingrata est. Col. P2. — *est.*

p + *et trepida.*

RGβx (Gr.?) ℜ — 𝔐α + *trepida est.*

Χ + *vita tota.*

Quis, inquis, dicit? = Pp. p (s.m.) gGTRrρρ Arg.b Gr. Χ + *Quis hoc inquis dicit?* (E) ℜ — Ⓔ = *Quis haec, inquis, dicit?* B + *Quis, inquis, haec dicit?* A — *Quis inquis — supra.*

existimas. αδ = *existimes.* Tb = *extimes.*

Babae et. P = *Baliae et.* p *Baba et.* Gr. partim = *Labae,* partim = *Rabae.* T ℜ — Ⓖ|. = *Habe et.*

Isionis = Χ mss. praeter p = *Ionis.* GTr = *Ysionis.* P3. = *Isimonis.* Col. = *Isonis.* ℜ — 𝔐α = *Ixionis.* B = *Habae et Hisionis.* Erm. ci. = *Babys et Ixionis.*

nostra dicitur. Χ = *nostra certe.*

satiatura. A = *sanatura.*

si quid satis. β = *si quidem satis.* xv = *si quis satis.*

r (s∞) = *esse possit.* ε + *esse posset, iam fuisset.*

9. *Lucili.* VΧ + *mi Lucili.*

Χ = *sis consecuturus.*

quot te antecedant — quot sequantur. P(s.m.) p(s.m.) = *quae — quae:* prior antea habuit *quot,* alter *quod.* Gϑx = *qui — qui.* Χ = *que — que sequentur.*

te antecedant. BV — *te,* et abesse posset.

Arg. b + *te sequantur.* B = *sequuntur.*

adversus deos. AΧ = *adv. deum.* τ = *apud deos.* ξ = *adversus eos.*

multos antecesseris. Quid tibi cum ceteris? te ipse antecessisti. Finem constitue quem transire ne possis quidem, si uelis: discedant aliquando ista insidiosa bona et sperantibus meliora quam adsecutis. Si quid in illis esset solidi, aliquando et inplerent: nunc haurientium sitim concitant. Mutantur speciosi adparatus. et quod futuri temporis incerta sors uoluit, quare potius a fortuna inpetrem ut det, quam a me ne petam? Quare autem petam oblitus fragilitatis humanae? congeram in quid laborem? Ecce hic dies ultimus est. ut non sit, prope ab ultimo est. Uale.

EPISTULA IV. (16.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Liquere hoc tibi, Lucili, scio neminem posse beate uiuere, ne tolerabiliter quidem sine sapientiae studio et beatam uitam perfecta sapientia effici, ceterum tolerabilem etiam inchoata. Sed hoc, quod liquet, firmandum et altius cotidiana me-

g — *Quid tibi cum ceteris — prope ab ultimo est:* nam excidit folium. *Quid tibi: in* p est *d erasum.* A = *cum c a e teris.* *te ipse.* G — *te.* EΥ = *te ipsum.* AG1. + *te ipsum ipse.*

P = *Finem constituae.* γζ + *Finem t i b i constitue.* r = *q u a m transire.* *ne possis quidem.* GV ℜ — ℬ = *n o n possis quidem.* Ϫ = *n o n possis q u o d.* *discedant aliquando*=mss. Ϫℜ — G2., quod respondet superiori sententiae *Finem constitue.* G — ℭ = *disce d e n t aliquando.* *et inplerent.* BV — *et.* TΥ = *a d implerent.* P = *nunc a u rientium.*

Mutantur speciosi adparatus = αγ ℭ ex ci. ζ = *mutantur s p o n s i apparatus.* PpAGrB Arg. b βδεκ μνξου P1. 4. Ϫ = *imitantur speciosi adparatus.* ϑτ = *imitantur s p o n s i app.* TE Col. ℜ — G1. = *e t imitantur speciosi apparatus.* b (s.m.) R (l.) ιλ P2. 3. = *imitantur speciosos apparatus.* G2. — 𝔐a = *et i n v i t a n t speciosi apparatus* ex ci. Erm. V — *Mutantur — sors volvit.*

et quod futuri temporis. PpE Arg. b = *et q u i d f. t.* RG — 𝔐a — *et.* P1. = *futuri c o r p o r i s.* *volvit.* GP1. 4. = *induit.* *inpetrem.* P (s.m.) = *i d pete r e m.* ν = *peterem.* *fragilitatis.* RBℜ — G1. = *frugalitatis.* *in quid.* p (s.m.) ARrE Arg. b ℜ — G = *inquit.* Fortasse scribendum: *Congeram, in q u o d laborem?* *hic dies ultimus est* = mss. Ϫℜ — ℬ. α G1. — 𝔐a = *hic ultimus dies.* *ab ultimo.* p — *ab.*

Lib. II. Ep. 4. (16.)

V = *Si quaeris hoc mi Lucili, scio neminem.* T = *perfect a m sapientia.* p = *e f f i c i t.* A = *caeterum.* *tolerabilem.* GP1. 3. 4. αδζϑχξο Ϫ + *n e c tolerabilem s i n e i p s a etiam inchoa r i.* β + *n e tolerabilem q u i d e m s i n e i p s a inchoa r i.* τ + *n e c tolerabilem s i n e i p s a etiam inchoata.* Ϫ = *Sed q u i d quod l i b e t firmandum.* *cotidiana meditatione.* Quidam Pinc. = *cot. l e c t i o n e.*

ditatione figendum est. Plus operis est in eo ut proposita custodias quam ut honesta proponas. Perseuerandum est et adsiduo studio robur addendum, donec bona mens sit quod bona uoluntas est. Itaque tibi apud me pluribus uerbis haud adfirmandum nec tam longis: intellego multum te profecisse. Quae scribis unde ueniant scio: non sunt ficta nec colorata. Dicam tamen sententiam, quod iam de te spem habeo, nondum fiduciam. Tu quoque idem facias uolo: non est quod tibi cito et facile credas, excute te et uarie scrutare et obserua. Illud ante omnia uide utrum in philosophia an in ipsa uita profeceris. Non est philosophia populare artificium nec ostentatione paratum. non in uerbis, sed in rebus est. Nec in hoc adhibetur ut cum aliqua oblectatione consumatur dies, ut dematur otio nausia: animum format et fabricat, uitam disponit, actiones regit, agenda et omittenda demonstrat, sedet ad gubernaculum et per anci-

2

3

figendum est. A = *est.*

2. V — *Itaque — profecisse.*

pluribus verbis. A + *a pluribus verbis.*

haud adfirmandum nec tam longis = ℭ ex ci. Codd. Erm. ℬ — ℭ 2. = *haud affirmatis, nec tamen longis.* μυ = *haud affirmatis nec tam longis.* G Sc 𝔄 = *haut affirmatis, nec tamen longis.* R = *haud assummatis, nec tamen longis.* 𝔇λο P 3. 𝔑 — 𝔗 = *haud assummatis nec tam longis.* P 1. = *haec assummatis nec tam longis.* ζ = *aut affirmatis, nec tamen a longe.* ξ = *ut affirmamentis tam longis.* r = *aut affirmamentis tam longis non intelligo.* αδκ = *aut affirmatis nec tamen longis.* Pp rell. ρρ = *aut adfirmatis ne tam longis.* g + *nec tam multum longis.* Ops. = *aut* (vel *haut*) *adfirmatis* etc. ℭ — 𝔐α + *pluribus verbis opus non est aut affirmatis aut tam longis* ex ci. Erm.

intellego te. ℭ — 𝔐 + *int. enim te.* Arg. b = *unde veniant nescio.*

Dicam tamen sententiam, quod = PpATrgE Arg. b [Arg. b = *tantum*] ρρ Col. P 2. 3. 4. [1. omittit duas lineas] 𝔑 — ℭ 2. B = *Dicam tamen sententiam, quam iam de te.* 𝔄 = *Dicam t. sententiam, quam de te spem habeam.* Quidam Pinc. — *iam*, alii eiusdem — *quod*, unde ℭ — ℭ = *Dicam tamen sententiam: iam de te spem habeo.* R P 3. (s.m.) λ (s.m.) 𝔐 — ℭ = *Dicam tamen, quid sentiam: iam de te sp. h.*

utrum in philosophia. Arg. b + *utrum an in ph.* P = *utrum in philosophiam.*

an in ipsa vita. gR (s∞.) — *in.*

3. *nec ostentatione paratum* = Ραγδμν. Rell. mss. 𝔄𝔐 — ℭ = *nec ostentationi paratum.* g = *nec ostentationi populare artificium paratum.* Sanctol. ci. = *partum* vel *comparatum.*

𝔑 — 𝔗 = *sed in operibus est.*

cum aliqua oblectatione = PAgG TRr Arg. b BEVρρ Gr. Ops. nonnulli Pinc. 𝔄. p(?) 𝔑 — 𝔐α — *cum.*

ut dematur otio nausia. Gζϑχλστ = *et dematur* etc. p = *ut dematur otium namque.* Hinc incipit cod. w.

actiones regit. p = *act. pegit.*

sedet ad gubernaculum. p = *sedet gubernaculo.* AT 𝔑 — 𝔗ℭ = *sed et ad gub.* αγζϑx = *sed gubernaculum est.* G𝔄 = *sed ad gub. est.* Alii ρρ ℭ 2. — ℭ = *sed ad gubernaculum.* ℬ — ℭ 1. = *sed et gubernaculum est.*

pitia fluctuantium dirigit cursum. Sine hac nemo securus est: innumerabilia accidunt singulis horis quae consilium exigant, quod ab hac petendum est. Dicet aliquis: Quid mihi prodest philosophia, si fatum est? quid prodest, si deus rector est? quid prodest, si casus imperat? Nam et mutari certa non possunt et nihil praeparari potest aduersus incerta: sed aut consilium meum deus occupauit decreuitque quid facerem, aut consilio meo nil fortuna permittit. Quicquid est ex his, Lucili, uel si omnia haec sunt, philosophandum est: siue nos inexorabili lege fata constringunt, siue arbiter deus uniuersi cuncta disposuit, siue casus res humanas sine ordine inpellit et iactat, philosophia nos tueri debet. Haec adhortabitur ut deo libenter pareamus, ut fortunae contumaciter: haec docebit ut deum sequaris, feras casum. Sed non est nunc in hanc disputationem transeundum, quid sit iuris nostri, si prouidentia in imperio est, aut si fatorum series inligatos trahit, aut si repentina ac subita dominantur: illo nunc reuertor ut te moneam et exhorter ne patiaris

fluctuantium. A = *fluctuante m.*
dirigit cursum. P = *diligit c.* 𝔄 = *dir. gressum.*
Sine hac nemo securus est. pg = *Sine hac nemo intrepide potest vivere, nemo secure.*
w = *innumerabilia accidunt omnibus.*
quae consilium exigant = PpgA Gwr plures et antiquiores ρρ 𝔄𝔖. RT(BEV) recentiores ρρ 𝔑 — 𝔐𝔞 = *q. c. exigunt.*
4. *Dicet.* r = *Dicit.* R𝔑 — 𝔊1. = *Diceret.*
V — *Quid mihi prodest — si deus rector est.*
si deus rector est. B — *deus.*
V — *Nam et mutari — feras.*
sed aut consilium meum = PpAr w (p.m.) Arg. b τμν P2. (3. p. m.) quidam Pinc. Ops. 𝔄. Rw (s.m.) TG (BE) P1. (3. s.m.) 4. Col. 𝔑 — 𝔖 = *si aut cons. m.* g = *si autem cons. m.* αζχξο = *si ante cons. m.*
decrevitque. B = *discernitque.*
nil fortuna. grT 𝔖 = *nihil fortuna.*
Quicquid est ex his. Arg. b — *est.*
fata. r𝔑 = *facta.* w = *tanta.*
𝔄 = *constringant.*
deus universi. g = *deus inversi.* 𝔄 = *d. universorum.*
disposuit = PgwTr Sb Eρρ 𝔖. A pGR𝔏(s.m.) 𝔄𝔑 — 𝔐𝔞 = *disponit.*
p = *nos tueri debemus.*
5. T — *ut deo.*
ut fortunae contumaciter = PpA gwrE Arg. b. ν = *ut fortunae resistamus.* RGT 𝔄𝔑 — 𝔖 + *ut fort. cont. resistamus.* B = *pareamus. fortunae contumaces esse docebit.* De rell. ρρ Ops. Gr. Pinc. nihil proditur.
Sed non est nunc. V — *Sed.* P — *nunc.*
providentia. B = *prudentia.*
in imperio. r(l.) = *in imperito.* g (cr. ∞) = *in imperium.*
repentina ac subita = PgwTrB Arg. b δειvξυ Ops. 𝔖. p = *repentina hac subita.* AV = *repentina et subita.* λ P1. 3. 4. quidam Pinc. + *si repentina vis et subita — dominatur.* Gζϑχοτ + *si rep. vis aut sub. — dominatur.* R Col.(E) 𝔄𝔑 — 𝔐𝔞 = *si repentina aut subita.*
et exhorter. P = *et horter.*

impetum animi tui delabi et refrigescere. Contine illum et constitue, ut habitus animi fiat quod est inpetus. Iam ab initio, 6
si te bene uoui, circumspicies quid haec epistula munusculi adtulerit: excute illam et inuenies. Non est quod mireris animum meum: adhuc de alieno liberalis sum. Quare autem alienum dixi? quicquid bene dictum est ab ullo, meum est. sicut quoque ab Epicuro dictum est: *Si ad naturam uiues, numquam eris pauper: si ad opiniones, numquam eris diues.* Exiguum natura desiderat, opinio inmensum. Congeratur in te 7
quicquid multi locupletes possederant. ultra priuatum pecuniae modum fortuna te prouehat, auro tegat, purpura uestiat, eo deliciarum opumque perducat ut terram marmoribus abscondas. non tantum habere tibi liceat, sed calcare diuitias. accedant statuae et picturae et quicquid ars ulla luxuriae elaborauit:

inpetum animi tui = PpAwTRr BEV βγδειλμνξτυ Ss. ΑΘ. g = *imperium animi tui.* ℜ — 𝔐 = *animi tui impetum.* G𝔈 — 𝔐a = *animum tuum.*

G = *dilabi.*

A = *Contine illum et statue.* P = *constitua e.*

ut habitus animi fiat = PpAgw GTRrBEVρρ Gr. Αℜ — G𝔈, quorum quidam = *ut animi habitus fiat.* 𝔐 Ju Gro — 𝔖 — *animi.*

6. *circumspicies quid* = PpAgwG TRrEBαβγδειλμνξ P2. (3. p.m.) Α𝔐— 𝔈1., quod cum parum congruere videretur cum *ab initio*, mutaverunt in *circumspicis* = Arg. b 𝔐𝔖, aut *circumspexisti* = P 1. (3. s.m.) 4. Col. Pinc. 𝔖 — G𝔈 — 𝔐a. V = *circumspicias quid.* 𝔐 — 𝔖 = *ecquid haec ep.*

V — *quicquid bene dictum est.*

sicut quoque ab Epic. = PpAgrδx μνο Sb Pr.b. BE = *Sic quoque ab Epic.* Sed suspicor eos, qui illos codd. excusserint, apicem neglexisse *c* litterae impositum, et vere fuisse *Sicut etc.* w + *Sicut id quoque ab Ep.* ειξτυ = *Sicut id quod ab Ep.* αβϑ + *Sicut quoque quod ab Epic.* ϗ = *Sic id quod ab Ep.* GT R (V) ℜ — 𝔖 = *Sic quoque quod ab Epic.*

vives. w (l.) rR = *vivas.*

ad opiniones = PpAgTrVB Sb Pr. abd ℜ — G. GwR (E) ΑℜM — 𝔖 = *ad opinionem.* Ita mutatum esse videtur propter sequens *opinio.* (ρρ n. l.)

numquam eris dives = mss. ΑℜM — G𝔖. ℜ — 𝔐a — *eris.*

7. *multi locupletes.* gArg.b—*multi.*

possederant = PpArB plerique ρρ P 2. 3. ℜ — 𝔗𝔖. g = *possiderant.* TwR(s.m.) (E) 𝔅—𝔐a = *possederunt.* Arg.b V = *possideant.* GRαβγζϑκλοτ Α = *desiderant.* P4. hic habet lacunam duodecim fere verborum.

Ppg = *proveat* (= *provehat*).

eo deliciarum = PpABV P 3. (s. m.) Ops. 𝔖. Gγϑκοτ P 1. 3. 4. + *et ad hoc deliciarum opumque magnitudo.* ε + *et ad hoc modus deliciarum op.* ι P 2. = *eoque deliciarum.* Col. aliquot ρρ= *et ad hoc deliciarum.* Α = *et deliciarum opumque eo.* ℜ — 𝔗 + *et hoc eo deliciarum.* Rell. mss. 𝔅 — 𝔐a + *et eo deliciarum.*

R (cr. ∞) = *ut terrena marmoribus.*

non tantum habere = ΑΘ mss. etiam Ops. exc. (V) βξ P3. Col., qui cum ℜ — 𝔐a + *et non tantum.* Ambian. = *nec tantium.*

B = *habere delicias liceat.*

et picturae. B + *sed et picturae.* P = *et epictuae.*

AV Α = *ars illa.*

A — *luxuriae.*

elaboravit = pAgTwGRrVρρ (exc

maiora cupere ab his disces. Naturalia desideria finita sunt: ex falsa opinione nascentia ubi desinant non habent: nullus enim terminus falso est. Uia eunti aliquid extremum est. error inmensus est. Retrahe ergo te a uanis, et cum uoles scire quod petes utrum naturalem habeat an caecam cupiditatem, considera num possit alicubi consistere. Si longe progresso semper aliquid longius restat, scito id naturale non esse. Uale.

EPISTULA V. (17.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Proice omnia ista, si sapis, immo ut sapias, et ad bonam mentem magno cursu ac totis uiribus tende. Si quid est quo teneris, aut expedi aut incide. Moratur, inquis, me res familiaris: sic illam disponere uolo ut sufficere nihil agenti possit, ne aut paupertas mihi oneri sit aut ego alicui. Cum hoc dicis, non uideris uim ac potentiam eius de quo cogitas boni nosse. et summam quidem rei peruides quantum philosophia
2 prosit, partes autem nondum satis subtiliter dispicis. nec dum

ξ) Arg. b cod. Amstelod. apud Burm. ad Anth. L. II. p. 735. ϒℜ — ⅁𝔖. Pξ (E) 𝔑 — 𝔑a = *laborarit.*

A = *ex his disces.*

8. A (sᴝ) = *falsa est.*

R + *ubi non desinant.* g = *desinant ur.*

Via eunti. pRvoτ P2. Sc ϒ = *viam eunti*, quod placuit Grutero. Sed *m* littera orta est ex accentu. G = *viam everti.*

V — *aliquid extremum est.*

Retrahe ergo te = PgwGRrBEV omnes fere ρρ Gr. Pinc. ϒℜ—ℑ𝔈𝔖. pAT 𝔅 — 𝔑ℑu — 𝔑a — *ergo.*

a vanis. αξ = *avaritiis.*

w = *cum vis scire.*

quod petes = PpAgREβγλμν Ss. ϒ, et probat Sw. GwTr(BV) ℜ—𝔖 = *petis.*

p = *utrum naturale habeat.*

w = *aut caecam.*

considera num possit = PpAgR Bδλμνξυ P3. (s.m.). Arg. b = *cons. num possis.* wβt Col. ℜ — 𝔅 = *cons. si possit.* rε mυ P2. = *cons. si non possit.* ϒ = *cons. unde possit.* GT (rell. ρρ EV) ⅁1. — 𝔖 = *cons. an possit.*

ϒ = *longe progressus.*

Lib. II. Ep. 5. (17.)

immo ut sapias. g — *ut.*

B = *et totis viribus.*

me res familiaris. p = *mos familiaris* et *sic illum.*

disponere volo. Aξ = *deponere volo.*

ut sufficere nihil agenti. ϒ + *ut suff. mihi n. ag.* R = *nil agenti.* Pinc. = *ut officere*, alii cum P 1. 3. = *ut sufficere in hoc agenti*, alii = *ut suff. hoc agenti.* Grut. ci. = *ut sufficere unum hoc agenti.*

Cum hoc dicis = ϒ𝔖 mss. exc. β (BEV), qui cum ℜ — 𝔑a = *Cum haec dicis.*

Rϒ = *vim aut potentiam.*

pervides. αℑχτ + *non.* E Col. ℜ — ⅁ 1. = *provides.* G P 3. 4. = *non praevides.* P2. = *praevides.* ϒ = *non provides.* R = *et summam quidem provides.*

T = *philosophia possit.*

satis subtiliter dispicis. Arg. b ξ — *satis.* AGRrw ϒℜ — ℑ = *satis subt. despicis.* Tvo = *s. s. inspicis.*

2. *nec dum.* A = *non dum.*

scis quantum ubique nos adiuuet, quemadmodum et *in maximis*, ut Ciceronis utar uerbo, *opituletur*, *in minima descendat*. Mihi crede, aduoca illam in consilium: suadebit tibi ne ad calculos sedeas. Nempe hoc quaeris et hoc ista dilatione uis consequi ne tibi paupertas timenda sit. Quid si adpetenda est? Multis ad philosophandum obstitere diuitiae. paupertas expedita est, secura est. Cum classicum cecinit, scit non se 3
peti. cum aliqua conclamatio est, quomodo exeat, non quid efferat, quaerit. Aut si nauigandum est, non strepunt portus nec unius comitatu inquieta sunt litora. non circumstat illam turba seruorum ad quos pascendos trausmarinarum regionum est optanda fertilitas. Facile est pascere paucos uentres et bene institutos et nihil aliud desiderantes quam inpleri. Paruo fames constat, magno fastidium. Paupertas contenta est desi-
deriis instantibus satisfacere. Quid est ergo quare hanc recuses 4
contubernalem cuius mores sanus dues imitatur? Si uis uacare

ν = *quemadmodum nos in maximis.*

et in maximis. AR — E1. — *et.*

utar verbo = PpAwGgRrTρρ (exc. x) VB ΨR — BS. x (Arg. b) E1. — Ma = *utar verbis.* E + *utar proverbio vel verbo.*

in minima descendat = PpAwg Arg. b BE. TGRr (Vρρ) ΨR — S + *et in min. desc.*

Ψ = *Mihi crede adducta illa.*

illam in consilium. p = *illam non consilium.* Σ = *concilium.* δ εμν = *in consilia.*

Ψ = *Quid ni si adp.* ν = *Quid si appendenda est.* R — E1. = *ad pet. sit.* T — *est.*

obstitere. B (cr. ∞) = *constitere.*

3. *cum aliqua conclamatio est* = PpGTP1.2. 3.4. (aliquot ρρ) R—S. AwgBE Sb Pr.abd Ops. = *cum aliqua conclamata est.* r δεμνξ = *cum aliquo conclamata est.* Col. = *cum aliqua vi conclamata est.* Oudend. ad App. M. III, 61. p. 228. b. ex duobus mss. Leidd. refert = *cum aliqua vis conclamata est*, et probat eam scripturam. Pinc. = *cum aliqua vi conclamatum est*, unde Pinc. ci. = *cum alicubi conclamatum est.* R Sc Excerpta de Paupert. A = *cum aliquo conclamatum est.* Vix dubito, quin Sen. scripserit *cum aliqua conclamatum est*, quod servat V: et quominus ita edam, sola obstat auctoritas codicum Pp.

Aut si navigandum est = PAwG RrT Arg. b BEρρ (exc. υ). pgυ ΨR — S = *Ut si navigandum est.* M—S — *Aut.*

non strepunt portus = mss. (exc. ϑP1.) ΨR — BS. ϑP1. = *non strepit portus.* E1. — Ma = *non perstrepunt p.*

non circumstat illam = PpT(EV) M — Ma. Col. = *circumst. illorum.* Rell. mss. ΨR — GS = *circumst. illum*, quod non improbo.

fertilitas. T = *felicitas.*

R = *et nil aliud des.* Semel moneo hunc librum ita semper fere scribere.

fastidium. Gw = *fastidia.*

Pw = *paupertas contempta est.* p — *est.*

4. V — *Quid est ergo — imitatur.*

quare hanc recuses = PpgGwbArg. b ρρ ΨR — BS. Rell. mss. E1. — Ma + *quare tu hanc rec.*

dives imitatur. A + *dives id est sapiens imitatur.* B = *imitatus est.*

animo, aut pauper sis oportet aut pauperi similis. Non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura: frugalitas autem paupertas uoluntaria est. Tolle itaque istas excusationes: Nondum habeo quantum sat est. si ad illam summam peruenero, tunc me totum philosophiae dabo. Atqui nihil prius quam hoc parandum est quod tu differs et post cetera paras: ab hoc in-
animi inclinatio. p = *animi inclinati.* V = *an. declinatio.*

p = *generosas atque acerrimae indoles.*

ζ = *viros corrumpit.*

P = *iacentesque.*

R = *isti gravantur.*

Quosdam subit eadem faciendi uidendique satietas et uitae 24
non odium, sed fastidium, in quod prolabimur ipsa inpellente philosophia, dum dicimus: Quousque eadem? Nempe expergiscar, dormiam, esuriam [satiabor], algebo, aestuabo. nullius rei finis est, sed in orbem nexa sunt omnia: fugiunt ac sequuntur. Diem nox premit, dies noctem, aestas in autumnum de- 25
sinit, autumno hiems instat, quae uere conpescitur: omnia sic transeunt ut reuertantur. nihil noui facio, nihil noui uideo: fit aliquando et huius rei nausia. Multi sunt qui non acerbum iudicent uiuere, sed superuacuum. Uale.

EPISTULA IV. (25.)

Seneca Lucilio suo Salutem.

Quod ad duos amicos nostros pertinet, diuersa uia eundum est: alterius enim uitia emendanda, alterius frangenda sunt. Utar libertate tota: non amo illum nisi offendo. Quid ergo? inquis, quadragenarium pupillum cogitas sub tutela tua continere? Respice aetatem eius iam duram et intractabilem, non potest reformari: tenera finguntur. An profecturus sim nescio. malo successum mihi quam fidem deesse. Nec desperaueris etiam diutinos aegros posse sanari, si contra intemperantiam

24. r = *Quosdam subiit.* αβδ εζϑικλμνου P1. 2. 3. 4. 𝔄𝔑—𝔊 = *faciendi vivendique satietas.*

prolabimur. w = *probabimur.* 𝔄 = *probatur.*

inpellente philosophia. 𝔑—𝔅 = *pellente ph.*

Arg.b = *Quoad usque eadem.*

dormiam, esuriam [satiabor] = Rmtmx. 𝔑—𝔖 = *dormiam, satiabor, esuriam.* Rell. — *satiabor.*

V = *atque sequuntur.*

25. *conpescitur.* P = *conspicitur.*

sic transeunt = PAGsRρρBE Ss. Gr. Ops. 𝔄𝔑—𝔅𝔖. pRrTw(V) 𝔊1. — 𝔐𝔞 — *sic.*

nihil novi facio, nihil novi video = mss. 𝔄𝔑—𝔗𝔖. 𝔅—𝔐𝔞 = *video — facio.*

T(s∞) = *huius rei causa.* A = *qui non acervum.*

𝔄 — *Multi sunt — supervacuum.*

supervacuum = PpATRrmGBVαβγδειλμνυ Ss. Col. P2. 𝔑—𝔐𝔖. Gw (E rell. ρρ) P1. 3. 4. 𝔔—𝔐𝔞 = *superfluum.* vid. ad Ep. 45, 4.

Lib. III. Ep. 4. (25.)

G — *amicos.* P = *eundem est.*

nisi offendo = PpAwE Arg.b αδνξ ο 𝔑—𝔐. GTRr (rell. ρρV) Gr. 𝔄𝔔—𝔖 = *nisi offendero.* B = *ubi offendero.*

Arg. b = *non posse reformari.* T = *non potest formari.*

tenera finguntur. R (s∞) ξ𝔄 = *tenera franguntur.* 𝔄𝔗 = *ten. fringuntur.*

p = *malum successum mihi quam fidendum esse.* T = *Ne desperaveris.* w—*etiam.* V𝔄 = *diuturnos aegros.*

si contra intemperantiam. Rαβδ ελμ = *si contra intemperatos.* x 𝔄 = *si contra intemperantiam feceris.*

2 steteris, si multa inuitos et facere coegeris et pati. Ne de altero quidem satis fiduciae habeo, excepto eo quod adhuc peccare erubescit. Nutriendus est hic pudor, qui quamdiu in animo eius durauerit, aliquis erit bonae spei locus. Cum hoc ueterano parcius agendum puto, ne in desperationem sui ueniat: nec ullum tempus adgrediendi fuit melius quam hoc, dum inter-
3 quiescit, dum emendato similis est. Aliis haec intermissio eius inposuit, mihi uerba non dat: exspecto cum magno fenore uitia reditura, quae nunc scio cessare, non deesse. Inpendam huic rei dies et utrum possit aliquid agi an non possit experiar. Tu nobis te, ut facis, fortem praesta et sarcinas contrahe. Nihil ex his quae habemus necessarium est. Ad legem naturae
4 reuertamur: diuitiae paratae sunt. Aut gratuitum est quo egemus aut uile. Panem et aquam natura desiderat. nemo ad haec pauper est *intra quae quisquis desiderium suum clusit, cum ipso Ioue de felicitate contendat*, ut ait Epicurus, cuius aliquam uocem huic epistulae inuoluam. *Sic fac*, inquit, *omnia, tamquam spectet Epicurus.* Prodest sine dubio custodem sibi inposuisse et habere quem respicias, quem interesse cogitatio-
5 nibus tuis iudices. Hoc quidem longe magnificentius est sic uiuere tamquam sub alicuius boni uiri ac semper praesentis ocu-

r(s∞) = *si multos invitos.* G= *si multum invitos.* V + *si multa multos inv.*

et facere. G — *et.* ξ = *et facere cogis.*

2. *Ne de altero quidem.* E = *Nec de altero.* GRrT ℜ — 𝔐a = *Nec de altero quidem.* pw — *de.*

p = *erube scis.* T = *nutriendus est pudor, quia* (om. *hic*).

w + *aliquis erit in eo.*

adgrediendi. A = *adgrediendum.* Grut. ci. = *fuerit melius.* ℜ — 𝔊1. + *quam hoc fuerat.*

3. *Aliis haec intermissio.* Arg.b — *Aliis.* 𝔍u = *Alii.* T = *Aliis hoc interm.* w = *Aliis haec interpausatio fuit.*

𝔄 = *Inpendo huic rei.* γζ = *huic rei diem.*

an non possit. GV = *aut non possit.*

PV = *ut facias.*

R + *Tu nobis quoque* tc. 𝔄 — *te. et sarcinas.* sp = *non sarcinas.*

4. r(s∞) *Aut gratuitum est quod agimus.* pG (s∞) = *quo agemus.* w = *quo agimus.* A = *quo indigemus.* V — *quo egemus.*

intra quae. 𝔄 = *inter quae.*

desiderium suum clusit = PpAT (plerique ρρBEV) 𝔐 — 𝔖. wrArg.b 𝔊2. — 𝔊 = *clausit.* δμ = *cludit* Rαβγν ℜ — 𝔊1. = *claudit.* Gζℵλ τ = *inclusit.* 𝔄 = *claus erit.* Sen. et *claudo* scripsit et *cludo.* vid. Ind.

G = *de felicitate contemp nat.*

Sic fac, inquit. r — *inquit.*

spectet Epicurus. p = *spectat Epic.* ℜ = *exspectet.* ℜ — 𝔅 + *te spectet.* P 3. (nonnulli ρρ) ℜ — 𝔅1. = *spectet aliquis.*

A = *tibi inposuisse.* ν = *sibi posuisse.*

p = *et habere quam respicias.*

cogitationibus tuis. G — *tuis.*

5. 𝔄 = *sic vive tamquam.*

boni viri. E — *viri.* αντ(p.m.) + *boni viri iudicio.*

lis: sed ego etiam hoc contentus sum ut sic facias quaecumque facies, tamquam spectet aliquis. Omnia nobis mala solitudo persuadet. Cum iam profeceris tantum ut sit tibi etiam tui reuerentia, licebit dimittas paedagogum: interim aliquorum te auctoritate custodi. Aut Cato ille sit aut Scipio aut Laelius aut 6
cuius interuentu perditi quoque homines uitia subprimerent, dum te efficis eum cum quo peccare non audeas. Cum hoc effeceris, et aliqua coeperit apud te tui esse dignatio, incipiam tibi permittere quod idem suadet Epicurus: *Tunc praecipue in te ipse secede, cum esse cogeris in turba.* Dissimilem te fieri 7
multis oportet. Dum tutum tibi non est ad te recedere, circumspice singulos: nemo est cui non satius sit cum quolibet esse quam secum. Tunc praecipue in te ipse secede, cum esse cogeris in turba: si bonus uir es, si quietus, si temperans, alioquin in turbam tibi a te recedendum est: istic malo uiro propius es. Uale.

sed ego etiam. 𝔄 — *etiam.* T = *sed et.* Nonnulli Pinc. 𝔄 = *omnia nobis vitia.*

p = *mala sollicitudo.* 𝔄 — *solitudo persuadet.*

licebit dimittas. Arg.b = *licet dim.*

6. V — *Aut Cato — subprimerent.*

A = *at cuius interventum.* p = *supprimeren tur.*

P = *dum te efficias.*

cum quo peccare = mss. etiam Gr. Erm. 𝔄𝔐 — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐𝔞 = *coram quo pecc.*

Cum hoc effeceris = pATw Arg.b ρρ 𝔖. PGRr (BEV) 𝔄𝔐 — 𝔐𝔞 = *Cum haec eff.*

incipiam tibi permittere. R + *inc. tibi te perm.* GT Torrent. Gron. 𝔑𝔲𝔐𝔞 + *inc. te tibi perm.*

ipse secede. GwB𝔄𝔐 — 𝔅 = *ipso secede.* r = *ipsa secede.* V — *ipse.*

7. E — *Dissimilem — cogeris in turba.*

Dum tutum tibi non est ad te recedere = P. pOps. = *Dum tutum tibi non sit* etc. ARrTwρρV Gr.Arg.b 𝔄 (mutato verborum ordine) 𝔐 — 𝔊 = *dum tutum tibi non sit a te recedere.* B = *dum totum tibi non sit a te rec.* G = *dum tuum non sit tibi a te rec.* 𝔐 — 𝔐𝔞 = *dum tutum tibi non est a te rec.* 𝔖 ex cl. = *Dum tibi tutum sit ad te rec.* „i. e. donec tibi tutum fuerit." Sw. Sed *est* ex more librariorum propter *dum* part. in *sit* mutatum: deinde cum *at te* scriberetur, prius *t* omissum.

Gwr P 1. 4. nonnulli ρρ 𝔐 = *in te ipso secede.* Col. — *ipse.*

si bonus vir es = Col. 𝔄𝔖. Rell. etiam Gr. Mod. — *es.* 𝔐 — 𝔊 = *si bonus vir, si quietus, si temperans vis esse.* 𝔐 — 𝔐𝔞 = *si bonus vir, si quietus, si temperans es.* κλο P. 2. 3. 4. = *temperatus.*

istic malo. Rαβγι = (VCol.) 𝔐 — 𝔐𝔞 + *Istic enim malo* E *Istic mali viro propius est.* P2. (p.m.) = *Isti malo viro.*

TCol. = *propior es.* G nonnulli ρρ P1.3. = *propitius es.*

EPISTULA V. (26.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Modo dicebam tibi in conspectu esse me senectutis: iam uereor ne senectutem post me reliquerim. Aliud iam his annis, certe huic corpori, uocabulum conuenit: quoniam quidem senectus lassae aetatis, non fractae, nomen est. Inter decrepitos me numera et extrema tangentes. Gratias tamen mihi apud te ago: non sentio in animo aetatis iniuriam, cum sentiam in cor-
2 pore. tantum uitia et uitiorum ministeria senuerunt. Uiget animus et gaudet non multum sibi esse cum corpore. magnam partem oneris sui posuit. exsultat et mihi facit controuersiam de senectute. hunc ait esse florem suum. Credamus illi: bono suo utatur. Ire in cogitationem iubet et dispicere quid ex hac tranquillitate ac modestia morum sapientiae debeam, quid aetati, et diligenter excutere quae non possim facere, quae nolim posse.

Lib. III. Ep. 5. (26.)

𝔛 = *Iam dicebam tibi.* A = *Modo dicendum tibi.*

Gαβδϑιλατ (λατ cr. ∞) ℜ — 𝔊 1. = *meae senectutis.*

certe huic corp. ℜ — 𝔐 — *certe.* R + *certe et huic corp.* V — *vocabulum.*

G = *laxae aetatis.*

fractae, nomen est. V — *est.*

p = *extrema tangentis.*

2. r = *tantum vita et vitiorum.*

ℜ = 𝔊 1. + *non multum sibi gaudet.*

posuit. Ar𝔔2. (𝔔4. ∞) 𝔍u𝔅1. — 𝔐a = *deposuit.* P1. = *imposuit.* Rell. ∞.

A = *hanc ait esse florem.* r = *h. agit esse fl.*

G (cr. ∞) = *Credas illi.* 𝔛 = *Credimus illi.* V = *Credamus ei.*

Ire in cogitationem iubet = P prδεμν. 𝔛 = *Ire in cognitionem iuvaret.* Rell. = ∞ *iuvat.*

dispicere. A(cr. ∞) Rrw (s.m.) GB 𝔛 = *despicere.*

ac modestia = PpAGTℜ — 𝔐. 𝔛 — *ac modestia.* Rell. (non tamen constat de BEV Arg.bρρ) = *et modestia.*

rw(p.m.) P1. 4. Col. 𝔛 = *quae non possum facere.*

2. 3. *quae nolim posse. At quid? si nolim quicquid non posse me gaudeo?* Locus hic in mss. et imprr. vehementer est corruptus. T = *quae nolim pro posse habiturus. atqui si nolim quicquid non posse me gaudeo.* Col. = *quae nolim posse habiturus. atqui si nolim, quicquid non posse me scio, gaudeo.* PpAGwBEδμν P1. Sc 𝔛 = *quae* (P1. = *qui*) *nolim* (p = *nolimus*) *prodesse habiturus* (B = *abiturus*). *atqui si nolim quicquam non posse me gaudeo* (p = *e me gaudere.* wB — *me*). Ops. = *quae nolim prodesse habiturus* (unus *abiturus*) *atqui* (unus *ad qui*, alius *ad quid*) *si nolim, quicquid non posse me gaudeo.* r = *quae nolim habiturus* (s *habituro*). *Atqui si nolim. quicquid non posse me scio, gaudeo.* m Ambian. = *quae non possim facere, et quae facere nolim, prositne habituro vel abituro. atqui si nolim* etc. Rχmλ P3. = *quae nolim. Prositne arbitror* (P3. = *abituro* s.m. *hab*∞. m = *arbitror*) *aliquid? si quidquid nolim, non posse me gaudeo. Atqui si nolim, quidquid non posse me scio, gaudebo* (χmλ = *gaudeo*). V = *quae nolim posse habiturus aliquid, si nolim,*

At quid? si nolim quicquid non posse me gaudeo? Quae enim 3

quidquid non posse gaudeo. α = *quae nolim et prodesse habiturus aequis velim: et prodestne habituro aliquid, si quicquam nolim, non possum, me gaudeo.* β = *quae nolim, prositne habituro aliquid, sic quicquid nolim, non posse me gaudeo. Atqui si nolim, quicquid non posse me scio, gaudeo.* γ = *quae velim et prodesse habituro ea quae velim. atque si nolim* etc. ελυΓ = *quae nolim, prositne habituro aliquid, si quicquid non posse me gaudeo.* Eadem habet ι, sed addit = *Atqui si velim, quicquid non posse me scio, gaudeo.* et in m. legitur: „Hanc partem *Atqui si* etc. quidam habent et quidam non. sed non multum refert, utrum sit vel non." P2. = *quae nolim, prositne abitio aliquid, si nolim, quicquid non posse me gaudeo. atqui si nolim, quicquid non posse me scio, gaudebo.* „sed alterius manu priora prorsus erasa erant." Discrepant igitur ut saepius in huius libri lectione Grut. et Sanctol. Z = *quae nolim, prositne habituro aliquid, si quicquid nolim non posse me gaudeo. Atqui si nolim, quicquid non posse me scio, gaudeo.* φ = *quae nolim, si quicquid nolim, non posse me gaudeo. Atqui si nolim, quicquid non posse me scio, gaudeo.* χτ = *quae nolim prodesse habiturus aeque si nolim, quicquid non possum, non posse me gaudeo.* Sanctol. subiicit huic loco haec: „Hac in re codices omnes inspexi, qui fere eadem, quae supra notavi, servant. Ego locum ita emendandum censeo, ut verbum *habiturus*, quod vim existimandi habere videtur, non expungatur. Nam antiquiores mss. illud servant." P4. = *quae nolim prodesse habiturus, ac qui si noli quicquam non possem, non posse meo gaudeo.* Sb = *quae nolim, prodesse habiturus. Atqui si nolim, quidquid non possum* (Oberl. = *possim*) *me* (Oberl. — *me*) *gaudeo.* Pinc. „Locus vitiatissimus, inquit, verbis partim redundantibus, partim deficientibus: nec in ullo maior exemplarium dissonantia. discussis igitur, et diligenti censura perpensis scriptorum codicum verbis, hanc lectionem elicio: *Prosintne habituro quae velim. Atqui si nolim, quicquid non posse me scio, gaudeo.*" Cod. Lips. = *quae nolim perdere nec habituro aliquid, si nolim. quidquid non posse me gaudeo.* Lips. ci. = *quae nolim. proderitne abituro aliquid, si nolim quidquid non possum, et gaudeo.* Gron. ad hunc locum: „Membranae nobis visae: *quae nolim et prodesse habiturus ea quae velim et prodesse me habituro aliquid si nolim, quicquid non posse me gaudeo.* Adde Gruterum et Lipsium. Verum videtur: *et diligenter excutere, quae non possim facere, quae nolim posse; habiturus aliquid, si nolim, quicquid non posse me gaudeo.* Nam Col. haudquaquam inter infimos Gruteri: *quae nolim* etc. Heins. *quae nolim prodesse habiturus et in si nolim quicquid n. p. m. g.* Erf. longa lacuna usque ad epist. 58. nos destituit." 𝔑—𝔗 = *quae nolim prodesse habiturus aliquid, si quicquid nolim, quicquid non possim, non posse me gaudeo.* 𝔅 — 𝔊 = *quae nolim, prositne habituro aliquid, si quicquid nolim: quicquid non possim: non posse gaudeo.* 𝔐 — 𝔐𝔞 = *quae nolim: possimne aliquid quod nolim. Nam si quid non possum, non posse me gaudeo.* ex Mur. ci. Gothofr. ci. = *quae nolim, proiicere abitura aliquando: et si quicquid velim, id non possim, non posse me gaudeam.* 𝔖 = *quae nolim, posse habiturus. Atqui si nolim quidquid non possum, non posse me gaudeo. habiturus* Sw. explicat „*si hoc haberem*, sive uno verbo *si possem*" et conferri iubet Ep. 42, 3. Vellem tamen eum illud *quae nolim, posse habiturus* exemplis probasse. Immo *habiturus* additum a librario quodam eo sensu, ut videtur, quem huic verbo tribuit San-

querela est, quod incommodum, si quicquid debeat desinere defecit? Incommodum summum est, inquis, minui et deperire, et ut proprie dicam, liquescere. Non enim subito inpulsi ac prostrati sumus, carpimur: singuli dies aliquid subtrahunt uiribus. Et quis exitus est melior quam in finem suum natura soluente
4 dilabi? non quia aliquid mali ictus et e uita repentinus excessus, sed quia lenis haec est uia subduci. Ego certe, uelut adpropinquet experimentum et ille laturus sententiam de omnibus annis meis dies uenerit, ita me obseruo et adloquor: Nihil est, inquam, adhuc quod aut rebus aut uerbis exhibuimus. Leuia sunt ista et fallacia pignora animi multisque inuoluta lenociniis:
5 quid profecerim morti crediturus sum. Non timide itaque conponor ad illum diem, quo remotis strophis ac fucis de me iudicaturus sum utrum loquar fortia an sentiam, numquid simulatio fuerit et mimus quicquid contra fortunam iactaui uerborum contumacium. Remoue existimationem hominum: dubia semper est

ctol.: neque hoc tantum, sed etiam *pro* ante *posse*, quod servat T. Hoc omisit Col., quod cum *posse* non congruere perspexerat, illud tenuit: r utrumque neglexit *pro* et *posse*. Reliqui autem, quotquot *prodesse* habent, id finxerunt ex *pro posse*: inde rursus natae sunt scripturae *prodest*, *prosit*, aliae: atque ut fit in locis corruptis, mox novae accesserunt depravationes. *At quid* scripsi ex uno Ops., qui habet *ad quid*: denique *non possum*, quod edidit Sw., abest ab optimo quoque librorum et apparet una cum *non posse* tantum in κτ.

Quae enim querela. V — *enim.*

si quicquid debeat = PpAGwBE Arg.b (Sw. *quid debeat*, sed suspicor eum confudisse Arg.b et c) P1. 3. Col. Sc(?). R (s.m. = *debeat*) rϒ ℜ — ℌ = *si quicquid debet.* P4. (Sb?) = *si quid debeat.* T = *si quod debeat.* ℜ — ℭ = *si quod debet* (ρρ n. l.). In mentem alicui poterit venire *debebat*, quod habet a s.m. P 3.

Incommodum summum. ϒ — *summum.*

minui et deperire. pB — *et.*

inpulsi ac prostrati. T = *impulsu prostrati.* T + *sed carpimur.*

dilabi. PAGR Pinc. vet. lect. P1. 3. 4. ϒ = *de labi.*

4. *non quia aliquid mali ictus* = mss. (exc. RrVβζιπ Col. Nicot.) ϒℜ — ϒ. Rr Col. ℜ — ℭ + *mali est.* P (s.m.) + *mali sit.* r = ∞ *est eiectus.* Vβζ — *ictus.* Rιπ Nicot. ℭ = *non quia al. m. est citus.*

Gwϒℜ = *levis haec est via.* T — *est.*

R + *subduci paulatim.* R = *velut appropinquaret.* P — *et ille laturus.*

Nihil est, inquam. ν = *Mobilem inquam.* A = *quid aut rebus.*

p = *iste fallacia pignora.* p Aℜ — ℌ = *quod profecerim.*

morti crediturus sum. pπ = *morte cred. s.* δμν = *morti creditus sum.*

5. *Non timide itaque.* AR — *itaque.*

strophis ac fucis. p = *str. ac fugis.* ϒ = *strophiis ac facis.* T = *utrum loquor fortia.*

et mimus. PAR(s∞) rTwGϒ = *et minus.* Arg.b = *eminus.*

wϒ = *verborum contumaciam.*

et in partem utramque diuiditur. Remoue studia tota uita tractata: mors de te pronuntiatura est. Ita dico: disputationes et 6
literata conloquia et ex praeceptis sapientium uerba collecta et eruditus sermo non ostendunt uerum robur animi: est enim oratio etiam timidissimis audax. Quid egeris tunc adparebit, cum animam ages. Accipio condicionem, non reformido iudicium. Haec mecum loquor, sed tecum quoque me locutum puta. Iuue- 7
nior es: quid refert? non dinumerantur anni. Incertum est quo loco te mors exspectet: itaque tu illam omni loco exspecta. Desinere iam uolebam et manus spectabat ad clausulam: sed conficienda sunt sacra et huic epistulae uiaticum dandum est. Puta me non dicere: Unde sumpturus sum mutuum? scis cuius arca utar. Exspecta me pusillum, et de domo fiet numeratio: inte- 8
rim commodabit Epicurus qui ait: *Meditare mortem*, [*vel si commodius sit transire ad nos vel nos ad eam*]. Hic patet

studia tota vita tractata = PpA wBEVξ Pinc. ex. Facundi et Prim. ℭ. δγSbc Pr.bd𝔑 = *tota vita tracta.* r = *tua vita tractata.* RT𝔈 — 𝔐a = *totam vitam tractata.* Gαβγεζϑικλμοτυ Gr. 𝔄𝔑 — 𝔐 = *totam vitam tracta.*

6. TRw𝔄 = *et* (T — *et*) *ex praeceptis sapientum.*

oratio etiam. ν — *etiam.* V = *est enim in oratione timidissimus audax.* P = *timidis audax.*

𝔅 — ℭ + *condicionem humanam.*

me locutum. B — *me.*

7. *Iuvenior es.* = pAwTSbc P2. Col. Mod. ℭ. Rell. = *Iunior es.* Sed de ρρ nihil proditum.

w + *quisque quid refert.* p = *non dinumerantur anni.*

quo loco te mors exspectet. p — *quo.* PArg.b = *spectet.*

Desinere = mss. etiam Gr.Pinc.Ss. 𝔄𝔑 — 𝔅ℭ. ℭ1. — 𝔐a = *Finire.* V — *Desinere — non possumus.*

spectabat ad clausulam = PRrw βζ(BEV) ℭ2. — ℭ. νξ = *expectat ad claus.* Rell. = *expectabat ad claus.*

conficienda sunt sacra. 𝔐 = *conf. s. sagmata* ex ci. Mur.

𝔑 — ℭ2. = *Putas me non dicere.* B = *Puta me dare.*

sumpturus sum = PpAwTRrBE ρρ (exc. λ) 𝔄𝔑 — ℭ. Gλ(V) 𝔐—ℭ = *sumturus sim.*

mutuum. 𝔄 = *viaticum.*

8. *Exspecta me pusillum* = mss. (exc. quibusdam Pinc.) 𝔑 — ℭ2. Quidam Pinc. 𝔄ℭ — ℭ — *me. pusillum* Adv. est, de quo vid. Ind.

fiet numeratio. wArg.bαεππ 𝔄 = *fiet remuneratio.* γδ = *fiet muneratio.* Gζ𝔇 = *fiet memoratio.*

commodabit. A = *commendabit.* Arg.b 𝔄 = *commendavit.* ℭ = *commodavit.*

Meditare mortem [*vel si commodius sit transire ad nos vel nos ad eam*]. = Scηιλ (sed ηιλ — *sit*) 𝔄ℭ. „Reliqui [ρρ] similiter legunt, sed postrema omittunt, nempe *vel nos ad eam.*“ Sanct. PpAwGArg.b BEPr.abd = *Meditare mortem, vel si* (P — *si*) *commodius sit transire ad nos.* T = *Med. mortem, vel si si commodius sit transire ad nos.* r = *Med. m. id si commodius sit transire ad nos.* R = *Meditare mortem, utrum commodius sit transire ad nos, vel nos ad eam.* β𝔑 — 𝔐a = *Meditare, utrum commodius sit, vel mortem transire ad nos, vel nos ad eam.* quam scripturam restitutam voluit Sw. Sed mihi quidem persuasum est ea, quae

sensus: egregia res est mortem condiscere. Superuacuum forsitan putas id discere quo semel utendum est: hoc est ipsum quare meditari debeamus: semper discendum est quod an scia-
9 mus experiri non possumus. Meditare mortem: qui hoc dicit meditari libertatem iubet. Qui mori didicit seruire dedidicit: supra omnem potentiam est, certe extra omnem. Quid ad illum carcer et custodia et claustra? liberum ostium habet. Una est catena quae nos adligatos tenet, amor uitae: qui ut non est abiciendus, ita minuendus est: ut, si quando res exiget, nihil nos detineat nec inpediat quo minus parati simus quod quandoque faciendum est statim facere. Uale.

EPISTULA VI. (27.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Tu me, inquis, mones? iam enim te ipse monuisti, iam correxisti? ideo aliorum emendationi uacas? Non sum tam inprobus ut curationes aeger obeam: sed tamquam in eodem ualitudinario iaceam, de communi tecum malo conloquor et remedia communico. Sic itaque me audi, tamquam mecum loquar: in secretum te meum admitto et te adhibito mecum exigo. Clamo mihi ipse: Numera annos tuos, et pudebit eadem uelle quae
2 uolueras puer, eadem parare. Hoc denique tibi circa mortis

uncis clausi, et quae praeterea addunt libri, si non ab Epicuro, tamen a Seneca esse aliena. Nam in sequentibus ubi respicit ad illam Epicuri vocem, nihil ex ea laudat nisi *meditari mortem*, quod etiam dicit *mortem condiscere*. Auget et confirmat suspicionem librorum quoque dissensio, ex quibus antiquiores quod praebent, caret fere sensu.

condiscere. r = *discere*. αγζξZ = *discere* vel *ediscere*.

R = *forte putas*. T = *quod semel utend.* p = *quo semel putandum est*.

9. *meditari libertatem iubet*. R = ∞ *docet*.

Βαβδιλμπ ℜ — 𝔊 1. = *qui mori discit, servire dediscit*. P(s ∞) pR (s ∞) rE 𝔊 2. — 𝔊 = *servire didicit*. w = *serv. non didicit*.

w = *supra omnem potestatem*. *ostium habet*. αβδζπmt ℜ — 𝔅 = *ostium est*.

est abiciendus. R — *est*. pw (cr. ∞) ℜ — 𝔗 = *parati sumus*.

Lib. III. Ep. 6. (27.)

Iam enim. G — *enim*. 𝔄 = *te ipsum*.

ArE = *emendatione vacas*. γx = *curationes aeger abhorream*. V = *curatione non egere asseram*.

conloquor. GR = *loquor*.

et remedia = mss. (exc. pr) 𝔄𝔖. pr ℜ — 𝔐a — *et*. p = *remedio*.

communico. ℜ — 𝔅 = *convinco*.

te adhibito. B — *te*. R + *et clamo mihi ipse*. BV = *Clamo mecum ipse*.

pudebit. G + *tibi*. R = *quae volebas puer*.

2. *circa mortis diem* = PpAGR(s *contra*) ρρ (exc. λ) EP1.2. 4. Col. ℜ —

diem praesta, moriantur ante te uitia. Dimitte istas uoluptates turbidas magno luendas: non uenturae tantum, sed praeteritae nocent. Quemadmodum scelera etiam si non sint deprehensa cum fierent, sollicitudo non cum ipsis abiit: ita improbarum uoluptatum etiam post ipsas poenitentia est. Non sunt solidae, non sunt fideles: etiam si non nocent, fugiunt. Aliquod potius bo- 3
num mansurum circumspice. nullum autem est, nisi quod animus ex se sibi inuenit. Sola uirtus praestat gaudium perpetuum, securum: etiam si quid obstat, nubium modo interuenit quae infra feruntur nec umquam diem uincunt. Quando ad hoc gaudium peruenire continget? Non quidem cessatur adhuc, sed festinatur. Multum restat operis, in quod ipse necesse est uigiliam, ipse laborem tuum inpendas, si effici cupis. Delegationem res ista non recipit. Aliud literarum genus adiutorium admittit. Caluisius Sabinus memoria nostra fuit dives: et patrimonium ha- 4
bebat libertini et ingenium. Numquam uidi hominem beatum indecentius. Huic memoria tam mala erat, ut illi nomen modo

G. λ aliquot Pinc. A = *ante diem mortis.* sλ = *al. circa al. contra.* w r(BV) M — S = *citra diem m.* T = *cura mortis diem.*

ante te uitia. Arg.b — *te.*

magno luendas = A(E) C (ex ci. Pinc.) — Bl. S. η = *magno lavandas flumine.* ι = *magno labore levandas.* Rell. = *magno levandas*, quod etiam Ru et Ma receperunt.

non uenturae tantum. V — *tantum.*

etiam si non sint. Gw A = ω *sunt.* BV — *sint.*

abiit. M — Ma = *abit.* V = *et post ipsas.*

non sunt fideles. R — *sunt.* ιν P2. = *remanet poenitentia.*

fugiunt. T = *fugient.*

3. *bonum mansurum.* A — *mansurum.* B = *bonum circumsp. mans.* V = *ex se sibi invenerat.*

etiam si quid etc. S — *etiam.* V A = *et si quid.*

obstat. Gστ = *optat.* G = *pervenire contingit.* πν = *cessatur ad hoc.*

sed festinatur = mss. AM — GS. M — Bl. + *sed non festinatur.* RuMa = *sed festinetur* ex ci. Gron. Lips. ci. = *Non quidem cessaturo adhuc, sed festinaturo multum restat operis.*

vigiliam. Rαγλπ B — M = *vigiles.* V — *vigiliam ipse.*

ipse laborem tuum. A = *et lab. t.* BV — *tuum.*

V — *Delegationem* — §. 7. *servos valentissimos.*

literarum. Hanc vocem e glossa irrepsisse putat Matth. e + *in adiutorium.*

admittit. P(s.m.) = *admittat.* ν = *admittet.*

4. R = *Canisius Sabinus.* G2. — M = *Clavisius Sab.* P1. 3. = *Calcusius Sab.*

G(mω) — *fuit dives* — *beatum.*

habebat libertini et ingenium. Pρ = *habebit.* αζνξΘσ B — S = *liberum et ingenuum.* υ = *libertini et ingenii.* βιπ utrumque habent. R(mω) r = *liberum et ingenium* (mR = *ingenui*). Gr. partim = *libertini et ingenui*, partim = *libertini vel ingenui.* Mod. ω.

beatum indecentius. μA = *beatius incedentem.* ζοπ habent utrumque.

nomen modo Ulixis. AR(sω) *modo.* R = *exciderit.*

Ulixis excideret, modo Achillis, modo Priami, quos tam bene nouerat quam paedagogos nostros nouimus. Nemo uetulus nomenclator, qui nomina non reddit, sed inponit, tam perperam
5 tribus quam ille Troianos et Achiuos persalutabat. Nihilo minus cruditus uolebat uideri. Hanc itaque conpendiariam excogitauit: magna summa emit seruos, unum qui Homerum teneret, alterum qui Hesiodum. nouem praeterea Lyricis singulos adsignauit. Magno emisse illum non est quod mireris: non inuenerat, faciendos locauit. Postquam haec familia illi con-
6 parata est, coepit conuiuas suos inquietare. Habebat ad pedes hos, a quibus subinde cum peteret uersus quos referret, saepe in medio uerbo excidebat. Suasit illi Satellius Quadratus, stultorum diuitum adrosor, et quod sequitur, adrisor, et quod duobus his adiunctum est, derisor, ut grammaticos haberet analectas. Cum dixisset Sabinus centenis millibus sibi constare sin-
7 gulos seruos: Minoris, inquit, totidem scrinia emisses. Ille tamen in ea opinione erat ut putaret se scire quod quisquam in domo sua sciret. Idem Satellius illum hortari coepit ut luctaretur, hominem aegrum, pallidum, gracilem. Cum Sabinus respondisset: Et quomodo possum? uix uiuo. Noli, obsecro te,

tam bene noverat. Gron. Sw. abesse malebant verbum *noverat*. Sed nihil in eo suspectum: Calvisio accidit, quod hodie quoque quibusdam, ut res quas alioquin optime *noverat*, aliquando non reminisceretur. Hoc et inter verba praecedentia probat *modo* particula. Pr.d — *novimus.*

nomenclator. AGTe=*nomen dator.* Rrαβεδλμτυ=*nominum dator.* B vehementer hic depravatus est. Habet enim haec: *nomenclator est, qui convivas invitabat, qui nomina non reddit, sed imponit, tam properanter, quam ille Troianos et Achivos persalutabat et videri volebat.*

tam perperam tribus=PpAGTδ ειηνο Sb Pr.bd Ops. Pinc. ℭ — 𝔅1. 𝔐a ℭ. E ℭ2. — 𝔑 — *tribus.* GRr rell. ρρ Gr. 𝔄𝔑 — ℭ1. 𝔑u = *tam properanter quam ille.*

5. Gγδκλξ + *Lyricis singulis singulos.*

p = *Magnum emisse illum.* B𝔑 — 𝔗 = *Magno emisisse.*

μτυ 𝔄 = *non invenerat faciendo, sed locavit.* RP3. mP2. Col. 𝔑 — ℭ 1. + *faciendos, sed locavit.* Plerique ρρ + *sed faciendos locavit.*

6. 𝔄𝔑 — 𝔗 + *ad pedes suos.*

subinde cum peteret. p = *subinde cum peteret.* GT = *subinde conpeteret.* wB = *subinde subpeteret.*

in medio verbo. Rβπ 𝔑 — 𝔅1. 𝔐a = *in medio versu.*

divitum adrosor. T = *div. assertor.* GCol. = *div. adrasor.* P3. = *abrosor.*

p = *dirisor.*

grammaticos haberet analectas. μν = *grammatos* etc. δ = *gratuitos* etc. GP1. 3. 4. Col. 𝔅 — ℭ 2. = *analectos.* Quidam Erm. 𝔄 = *analetas.*

totidem scrinia. B = *tot scrinia.*

7. p = *Ille tantum in ea op.*

ut luctaretur. αβμθτυ 𝔄 𝔑 = *ut lucraretur.* r — *obsecro te.* 𝔑 — 𝔐 — *te.*

inquit, istuc dicere: non uides quam multos seruos ualentissimos habeas? Bona mens nec commodatur nec emitur. et puto, 8
si uenalis esset, non haberet emptorem: at mala cotidie emitur. Sed accipe iam quod debeo et uale. *Diuitiae sunt ad legem naturae conposita paupertas.* Hoc saepe dicit Epicurus aliter atque aliter: sed numquam nimis dicitur quod numquam satis discitur. Quibusdam remedia monstranda, quibusdam inculcanda sunt. Uale.

EPISTULA VII. (28.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Hoc tibi soli putas accidisse et admiraris quasi rem nouam, quod peregrinatione tam longa et tot locorum uarietatibus non discussisti tristitiam grauitatemque mentis. Animum debes mutare, non coelum. Licet uastum traieceris mare, licet, ut ait Uergilius noster, *terraeque urbesque recedant:* sequentur te quocumque perueneris uitia. Hoc idem querenti cuidam Socrates ait: *Quid miraris nihil tibi peregrinationes prodesse, cum te circumferas?* Premit te eadem causa quae expulit. 2
Quid terrarum iuuare nouitas potest? quid cognitio urbium aut locorum? in inritum cedit ista iactatio. Quaeris quare te fuga ista non adiuuet? Tecum fugis. Onus animi deponendum est:

istuc dicere = PpAwT ϒG 1. B = *isthuc dicere.* ℜ — B — *istuc.* GRrG2. — E = *istud dicere.* Rell. n. l.

8. B = *non commodatur.* AwG ρρ ℜ = *nec commendatur.* ϒ = *nec accommodatur.*

G(mω) — *et puto, si venalis — cotidie emitur.* mG = *puta.*

quod debeo. r = *quod do.* ϒ = *quod debetur.* G = *quod iam debeo, et vade.*

G = *sed nusquam nimis dicitur, quod non satis discitur.* ϒ ℜ — ϒ = *quod numquam satis dicitur.*

G = *quibusdam inculcata sunt.*

Lib. III. Ep 7. (28.)

G = *putas accidere.* η = *tamquam rem novam.*

ϑ = *tam locorum.* ϑ = *non discurristi.* A = *tristiciam.*

ηξ = *Licet vastum transieris.* ϒ = *terrae urbesque recedunt.*

τ + *quo tu quocumque perveneris.* T = *quocunque ieris.*

V = *Hoc enim cuidam querenti.* pArg. b = *Hoc ibidem.* AB = *quaerenti cuidam Socrates.* etiam ϒϑℜu = *quaerenti.*

Gτ(τ — *tibi*) = *tibi peregrinationes prosunt.* G(mω) — *circumferas. Premit te.*

2. p = *causa quae pulit.*

iuvare novitas. μ = *mictare.* ι(p.m.) τ(p.m.) = *vivere.* ϒ + *iuvari terrarum mare novitas.*

B = *urbium et locorum.*

in inritum cedit. BV = *in irritum cadit.* νℵ = *non autem tibi ullus.* ℜ = *ullius placebit locus.*

te fuga ista. r — *te.* τ — *ista.*

non ante tibi ullus placebit locus. Talem nunc esse habitum tuum cogita, qualem Uergilius noster uatis inducit iam concitatae et instigatae multumque habentis in se spiritus non sui:

Bacchatur uates, magnum si pectore possit
Excussisse deum.

3 Uadis huc illuc, ut excutias insidens pondus, quod ipsa iactatione incommodius fit: sicut in naui onera inmota minus urgent, inaequaliter conuoluta citius eam partem in quam incubuere demergunt. Quicquid facis contra te facis et motu ipso noces tibi: aegrum enim concutis. At cum istud exemeris malum, omnis mutatio loci iucunda fiet. In ultimas expellaris terras licebit, in quolibet barbariae angulo conloceris, hospitalis tibi
4 illa qualiscumque sedes erit. Magis quis ueneris quam quo interest, et ideo nulli loco addicere debemus animum. Cum hac persuasione uiuendum est: Non sum uni angulo natus, patria mea totus hic mundus est. Quod si liqueret tibi, non admirareris nil adiuuari te regionum uarietatibus, in quas subinde priorum taedio migras: prima enim quaeque placuisset, si omnem

habitum tuum. Gαβγδεζϑιμοπστ χψsυ ℜ — ℭ 1. = *animum tuum.* ℝ(s∞) — *tuum.*

uatis. G = *uates.* AV = *uatem.* V — *iam concitatae — non sui.*

concitatae et instigatae multumque habentis. P (s.m.) pAw(p.m.) rE δξ ℜ — 𝔗 = *concitatam et instigatam multumque habentis.* (sξ = *habentem in se.*) Zεζη = *concitatam et instigatam multumque habentem.* T = ∞ *vultumque* ∞. G𝔍 = *concitatura et instigatura* ∞. xμυ𝔄 = *concitati et instigati* ∞. ιs𝔍 = *concitatum et instigatum* ∞. τ(s∞) = *concitaturi et instigata* ∞.

𝔍κσ = *pectore posset.* η = *posset pectore.*

3. *huc illuc.* G(BEV aliquot ρρ) ℜ — ℜα + *huc et illuc.*

ζ = *madens pondus.* sυ = *crebra iactatione.*

G = *immota minus surgent.* Arg.b wοπ(s.m.) + *citius in eam partem.* p = *citius enim partem.* G — *partem.*

in quam incubuerunt. 𝔄 — *in.*

contra te facis. p — *te.*

At cum istud exemeris. η = *Atque cum* etc. στ = *At istud cum.* A = *istuc.* 𝔍 = *iocunda fuit.*

terras licebit. G𝔍τ (𝔍 = *oras*) = *licet.*

barbariae. A = *barbariei.* T = *in quolibet angulo terrae.*

conloceris. p = *cum loceris.* V = *colleges.*

4. *quis veneris.* Rℭ1. 2. = *quis venerit.*

nulli loco addicere. pG𝔄ℜℜ = *adicere.* R𝔗 — ℭ1. = *adiicere.* V = *adiacere.*

uiuendum est. Arg.b = *intuendum est.*

uni angulo natus. Gτ = *ulli ang. n.*

hic mundus est. w — *hic.*

liqueret tibi. V — *tibi.*

non admirareris. Gr (s∞) 𝔄ℜ — 𝔗 = *non admireris.* w = *non mirareris.* V Col. = *non admitteres quicquam adiuv.* RΘ𝔍ξτυ = *nihil adiuvari.*

σσ (s. m.) = *Prima enim quaecumque.* R = *Prima quidem quaeque.*

tuam crederes. Non peregrinaris, sed erras et ageris ac locum ex loco mutas: cum illud quod quaeris bene uiuere omni loco positum sit. Num quid tam turbidum fieri potest quam forum? 5 ibi quoque licet quiete uiuere, si necesse sit. Sed si liceat disponere se, conspectum quoque et uiciniam fori procul fugiam: nam ut loca grauia etiam firmissimam ualitudinem temptant, ita bonae quoque menti necdum adhuc perfectae et conualescenti sunt aliqua parum salubria. Dissentio ab his qui in fluctus medios eunt et tumultuosam probantes uitam cotidie cum difficultatibus rerum magno animo conluctantur. Sapiens feret ista, non 6 eliget, et malet in pace esse quam in pugna. Non multum prodest uitia sua proiecisse, si cum alienis rixandum est. Triginta, inquis, tyranni Socratem circumsteterunt nec potuerunt animum eius infringere. Quid interest quot domini sint? seruitus una est: hanc qui contempsit in quantalibet turba dominantium liber est. Tempus est desinere, sed si prius porto- 7 rium soluero. *Initium est salutis notitia peccati.* Egregie

paδηυ Sb = *Nunc peregrinaris.* Saepissime hae particulae [nunc. non] in mss. confusae. cf. Drkb. ad Liv. IX, 7, 5. Male igitur Sw. „utramque iunxit scripturam" scribendo *Nunc non peregr.* A + *Nec non perigr.*

Vυ = *et erras.*

et ageris. P = *et agris.* cr. = *et agros.*

T = *et locum ex loco.*

5. ο = *Quid tam turbidum.*

β + *in omni loco fieri.*

quiete vivere. Arg.b + *bene vivere et quiete.* γ + *quiete et bene vivere.* η = *quiete licet vivere.*

si necesse sit. ϒ = *est.*

Sed si liceat. R — *si.* γη = *Sed si necesse sit.*

A = *vicinia fori.*

firmissimam valitudinem. V = *gravissimam val.* ɛ͡ϑ = *fortissimam val.* ομυ = *et fortissima valitudine.* R = *validissimam firmitudinem.* P 3. (s.m.) = *firmitudinem validissimam.*

necdum adhuc. G(s∞)κλτ — *adhuc.* V͡ϑ = *Ita quoque bonae non-*

dum adhuc perficienti. (V = *proficienti*) *et convalescenti.*

ϒ + *aliqua loca parum.*

in fluctus medios eunt. p = *in fluctibus eunt.* σ = *in fluctibus mediis eunt.*

et tumultuosam. Arg.b — *et.* ζ = *improbantes vitam.* V = *tumultu probantes vitam cum.*

magno animo conluctantur. G͡ϑ κλ(cr.∞) = *magno opere coll.* ο = *magnopere coll.* ζ + *magno opere animo coll.*

6. *feret.* ℜ — ϒ = *ferret.*

et malet. pAGwTrρρ (exc. ελτυ) B ℜ — ℭ = *et mallet.*

Non multum prodest. A — *multum.* ℜ — ℜα + *Non enim multum.* Rell. etiam Ops. ∞.

A = *si cum aliis rixandum.*

p = *Triginta, inquid, tyranni.*

R = *quot domini sunt.*

hanc qui contempsit. V = *Quam qui cont.*

portorium. PpAGwTBρρ (exc. λπσ) = *portarium* vid. G. I. Vofs. de Vitiis Sermon. et Glossem. p. 571. ed. Francof. Gr. (cr. ∞) = *portarium* sive *portatorium.* ϒ = *solvere.*

mihi hoc dixisse uidetur Epicurus. Nam qui peccare se nescit corrigi non uult: deprehendas te oportet, antequam emendes. Quidam uitiis gloriantur. Tu existimas aliquid de remedio cogitare qui mala sua uirtutum loco numerant? Ideo quantum potes, te ipse coargue, inquire in te: accusatoris primum partibus fungere, deinde iudicis, nouissime deprecatoris. aliquando te offende. Uale.

EPISTULA VIII. (29.)

Seneca Lucilio suo salutem.

De Marcellino nostro quaeris et uis scire quid agat. Raro ad nos uenit, non ulla alia ex causa quam quod audire uerum timet, a quo periculo iam abest: nulli enim nisi audituro dicendum est. Ideo de Diogene nec minus de aliis Cynicis, qui libertate promiscua usi sunt et obuios monuerunt, dubitari solet an hoc facere debuerint. Quid enim, si quis surdos obiurget aut natura morboue mutos? Quare, inquis, uerbis parcam? gratuita sunt. non possum scire an ei profuturus sim quem admoneo: illud scio alicui me profuturum, si multos ad-
2 monuero. spargenda manus est: non potest fieri ut non aliquando succedat multa temptanti. Hoc, mi Lucili, non existimo magno uiro faciendum: diluitur eius auctoritas nec habet

7. *Nam qui peccare.* r — *Nam.* R = *Tu existi me s.* B = *ali quos de remedio.* p = *remedio co gita.* p = *virtutum loco numinantur.* RR — G1. verba *Tu existimas — cogitare* collocant post *numerant.* Ibidem αβγεζτλμπ repetunt *Quidam vitiis gloriantur.* G2. — R = *te ipsum.* *coargue.* p = *argue.* G(n.) R + *et inquire.* Pinc. + *inquire te in te.* unus atque alter Gr. = *inquirere in te,* quod etiam in Pinc. libris fuisse suspicabatur Grut.

Lib. III. Ep. 8. (29.)

p = *quid agatur.* *non ulla alia de causa* = ATRr BppOps.RR. GTB = *nonnulla* etc. w(PpEV) G1. — G = *nulla alia* etc. *quod audire verum* = PpAwTr Arg.b P2. 3. 4. Col. R — BG. GR(B EV) XG1.—Ma = *quia aud. v.* P1. = *quam aud. v.* *nisi audituro.* Gαβτκυmπ P1. 2. 3. 4. = *nisi auditori.* vid. ad Ep. 11, 6. ubi mss. pariter fluctuant inter *peccatori* et *peccaturis.* *obvios monuerunt.* δG1. — Ma + *quosque obvios mon.* Rell. etiam Gr. Ops. ∞. P = *an haec facere.* *aut natura.* Q4. = *an natura.* *morbove mutos.* X — *ve.* G = *morbo venustos.* r = *profecturus sim.* A = *quemquem admoneo.* R(s∞) = *profecturum esse.* 2. *aliquando succedat.* ηmζ = *aliquid succedat.* Arg.b = *multa succedant.* r = *non habet apud eos.*

apud eos satis ponderis quos posset minus obsolefacta corrigere. Sagittarius non aliquando ferire debet, sed aliquando deerrare. Non est ars quae ad effectum casu uenit. Sapientia ars est: certum petat, eligat profecturos, ab his quos desperauit recedat: non tamen cito relinquat et in ipsa desperatione extrema remedia temptet. Marcellinum nostrum ego nondum despero. 3 Etiamnunc seruari potest, sed si cito illi manus porrigitur. Est quidem periculum ne porrigentem trahat: magna in illo ingenii uis est, sed iam tendentis in prauum. Nihilominus adibo hoc periculum et audebo illi mala sua ostendere. Faciet quod solet: aduocabit illas facetias quae risum euocare lugentibus possunt, et in se primum, deinde in nos iocabitur. omnia quae dicturus sum occupabit. Scrutabitur scholas nostras et obiciet philoso- 4 phis congiaria, amicas, gulam. ostendet mihi alium in adulterio, alium in popina, alium in aula. ostendet mihi lepidum philosophum Aristonem qui in gestatione disserebat: hoc enim ad edendas operas tempus acceperat. De cuius secta cum quae-

BmG = *quorum minus obsolefacta.*

E + *sed non aliquando.* νσσ = *aliquando aberrare.* RX = *sed non aliquando debet errare.* η μπ = *aliquando non debet errare.*

p = *quae ad effectum casu veniunt.* X = *Non est, quae ad effectum casu venit, sapientia. ars est.*

Bλν = *eligat profuturos.*

p = *cito relinquatur.*

et in ipsa desper. = mss. ꝛ𝔑 — ꝺ𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *sed in ipsa desp.* ex ci. Pinc. p = *remedia temptat.*

3. *Marcellinum nostrum.* σ + *licet perversum.*

ego nondum. ϑιχστ — *ego.* Sb = *ego dudum.* X = *Etiamnunc observari non potest.* B = *etiamsi non servari potest.*

sed si cito. TG(s∞)Rγηϑκλπτ — *sed.*

manus porrigitur. ζϑu = *m. porrigatur.* γνοπ = *Magna in eo.* μεσι(p.m.) ν (p.m.) = *sed etiam tendentis.*

p = *adhibo hoc periculum.* r = *adhibe h. p.* ζ = *adhibeo hoc piaculum.* R = *risum advocare lugentibus possint.*

G + *deinde etiam in nos ioc.* p = *dicturus sum occupavit.*

4. X = *conchas, gulam.* p = *amicas gulamus.*

p = *ostendet mihi aliud in adulterio.*

ostendet mihi lep. pA(στ.∞) = *ostendit.* V — *ostendet mihi — interrogetur.*

mihi lepidum = pυ(Arg.bBE) ꝛꝺ1. — ꝺ, Rell. mss. 𝔑 — 𝔅 = *m. lepidum* (= PAwTRr P2. 3. all.) vel = *marcum lepidum* (= ρρ P1. 4. Col. all.). G = *marchum lepidum.* Erm. = *Marci Lepidi philosophum.* Grut. putabat fuisse hunc Lepidum eundem, qui commemoratur Ep. 4, 5. Cum Lepidi nomen notissimum esset etiam librariis, facile commovebantur, ut *mihi* mutarent in *m.* vel *marcum*, praesertim ea aetate, qua *mihi* scribebatur *m.*

Aristonem. Sb = *Aristionem.* Sc = *Arisonem.* X = *Arissonem.*

B = *ad ostendendas operas.*

tempus acceperat = mss. (exc. T) ꝛ𝔑 — 𝔅1. T = *tempus oderat.* 𝔑u — ꝺ = *tempus exceperat* ex

reretur, Scaurus ait: Utique Peripateticus non est. De eodem cum consulcretur Iulius Graecinus, uir egregius, quid sentiret: Non possum, inquit, tibi dicere: nescio enim quid de gradu faciat: tamquam de essedario interrogaretur. Hos mihi circulatores, qui philosophiam honestius neglexissent quam uen- 6 dunt, in faciem ingeret. Constitui tamen contumelias perpeti. Moueat ille mihi risum: ego fortasse illi lacrimas mouebo. aut si ridere perseuerabit, gaudebo tamquam in malis, quod illi genus insaniae hilare contigerit. Sed non est ista hilaritas longa. obserua: uidebis eosdem intra exiguum tempus acerrime ridere 7 et acerrime rabere. Propositum est adgredi illum et ostendere quanto pluris fuerit, quando multis minoris uideretur. Uitia eius etiam si non excidero, inhibebo: non desinent, si inter-

ci. Gron. Si cum eodem Gronovio quaesieris, a quo *acceperit*: a fortuna, inquam, vel a conditione sua.

5. *Iulius Graecinus.* r = *darius greniu s.* B=*Iulius gratius.* G = *Non possum, inquit, tibi dare.* (s∞).

Optimus Put. = *quid de gradu faciat.* Lips. Saturn. II, 12. ci. = *de gradus.*

circulatores. G = *circumlatores.* πσ (del.) ℜ — 𝔅 + *sophistas.* G + *sophistam* cr. *as.*

de essedario. r = *deesse dario.* P2. = *esse dario.* Rell. Gr. = *assedario* vel *asseclario.*

p — *quam vendunt.* R = *quam vendant.*

6. *Moveat ille.* T = *Movebit ille.*

mihi risum. r — *mihi.* V = *vel si ridere perseveraverit.* R P1. 3. Col. = *at si ridere.*

Pr(s∞) V = *gaudeo tamquam.*

illi genus insaniae hilare. = cod. Erm. ℜ — 𝔖. et idem annotaverat Rod. Agricola. ζ = *illius genus insaniae.* ι = *genus hoc insaniae.* λ=*genus illud insaniae.* P=*insania evitatae.* m = *levius.* pRBV = *insaniae vitare.* AGwr Arg.bGr. ℵℜ — 𝔊 = *insaniae evitare.* TE = *insania evitare.* ρρ=*insaniae evitare* vel *vitare.*

ista hilaritas = pAGwRrB ℵℜ — 𝔊 1. P — *ista.* T𝔊 2. — 𝔖 = *illa hilaritas.* Rell. n. l.

rabere. B (s ∞) γδζνξσυ quidam Erm. = *rubere.* Rrλ ℜ — 𝔊 1. = *tabere.* Quidam Erm. = *rabire.* 𝔊2.—𝔊 = *rudere* ex ci. Erm.

7. σ + *Propositum ergo est.* T = *aggrediendi.*

quando multis minoris videretur = Tγζι. Col. + *quam quando* etc. Rλυ = *quando multis minoris videbatur.* μ = *quando multi moeroris videretur.* α = *quando multi viderunt minoris.* ℵ=*quando quanti minoris videretur.* π = *quanto minoris multis videbitur.* Pprwβ εηϑκνξΘστ duo Ops. P1. 2. 3. 4. ℜ — 𝔊 1. = *quam multis minoris videretur* (P 1. 3. 4. = *videbatur* vel *videbitur*). A = *quam multis minoris videtur.* V = *quam multis minoris videatur.* B = *multi minoris videretur: quam* legatur an *cum* incertum. Unus Ops, = *quam multis meroris videretur.* alius eiusdem = *qui multi meroris videretur.* 𝔊2. — 𝔖 = *cum* (*quum*) *multis* etc. Scripsi *quando*, quoniam haec particula potuit in *quam* facilius abire quam altera *cum:* sic enim antiquissimi codices apud Senecam constanter scribunt, non *quum.* Videtur autem *quam* antecedenti Compar. (*pluris*) originem debere.

σ + *saltem inhibebo.* RGP1.

mittent. fortasse autem et desinent, si intermittendi consuetudinem fecerint. Non est hoc ipsum fastidiendum, quoniam quidem grauiter adfectis sanitatis loco est bona remissio. Dum me illi paro, tu interim qui potes, qui intellegis unde quo euaseris et ex eo suspicaris quousque sis euasurus, conpone mores tuos, adtolle animum, aduersus formidata consiste: numerare eos noli qui tibi metum faciunt. Nonne uideatur stultus, si quis multi- 8
tudinem eo loco timeat per quem transitus singulis est? Aeque ad tuam mortem multis aditus non est, licet illam multi minentur. Sic istuc natura disposuit: spiritum tibi tam unus eripiet quam unus dedit. Si pudorem haberes, ultimam mihi pensionem remisisses: sed ne ego quidem me sordide geram in fenore aeris alieni et tibi quod debeo inpingam. *Numquam uolui populo* 9
placere: nam quae ego scio non probat populus, quae probat populus ego nescio. Quis hoc? inquis, tamquam nescias cui imperem: Epicurus. Sed idem hoc omnes tibi ex omni domo conclamabunt, Peripatetici, Academici, Stoici, Cynici. Quis enim placere potest populo cui placet uirtus? Malis artibus popularis fauor quaeritur: similem te illis facias oportet: non probabunt, nisi agnouerint. Multo autem ad rem magis 10

3. 4. Col. ϰ𐆊 1. — 𝔐 = *intermittentur.*

fortasse autem. Colvius ad Appulei. Apol. I., quem laudat Grut., ci. = *fortasse an.*

desinent. r = *deficient.* V + *sed si intermittendi.*

sanitatis loco est. V — *sanitatis.* T = *Dum me illo paro.* V = *Dum me illi praeparo.* R = *inde quo evaseris.*

suspicaris. ʁR = *suspicare.*

αβγιπ 𝔐 — 𝔅 + *attolle animum tuum.* A = *adversum formidata.*

8. αγϑνξοτ = *Nonne videtur.* Verborum *Nonne videatur — singulis est* ordo admodum turbatus est in R.

G = *pertineat.* G = *singularis transitus est.*

aeque ad tuam mortem. E—*mortem.*

Sic istuc natura = PpATr. Rell. (nec tamen de omnibus constat) = *Sic istud natura.*

unus eripiet. BV = *unus auferet.* r = *ultimam tibi pensionem.* r = *Sed nec ego quidem.*

in fenore aeris alieni γϰϰ𐆊𝔅—𝔖. P4. + *in fine alias fenore* etc. PpAGrTBEρρ (exc. γϰ) Arg.b P1. 2. 3. Col. 𝔐 — 𝔗 = *in finem aeris al.* R = *in fine aer. al.* w = *in finem exis alieni.* G = *impinguam.* ν = *impungam.* Rλπ = *impendam.*

9. R = *quae scio, non laudat populus.* V — *Tamquam nescias cui imperem.* G(p.m.) 𝔉ϰξστ = *Tamquam nescius.* β = *Tamq. nesciam.* μ = *T. nescius cui impar est.* γ = *T. nescius, qui imperem.*

V = *ex omni domo exclamabunt.*

αβπυ 𝔐 — 𝔅 = *popularis favor acquiritur.*

r = *si probabunt, nisi cognoverint.*

pertinet qualis tibi uidearis quam qualis aliis. Conciliari nisi turpi ratione amor turpium non potest. Quid ergo illa laudata et omnibus praeferenda artibus rebusque philosophia praestabit? Scilicet ut malis tibi placere quam populo, ut aestimes iudicia, non numeres, ut sine metu deorum hominumque uiuas, ut aut
11 uincas mala aut finias. Ceterum, si te uidero celebrem secundis uocibus uolgi, si intrante te clamor et plausus et pantomimica ornamenta obstrepuerint, si tota ciuitate te feminae pueriique laudauerint: quidni ego tui miserear, cum sciam quae uia ad istum fauorem ferat? Uale.

L. ANNAEI SENECAE
AD LUCILIUM
EPISTULARUM MORALIUM
LIBER IV.

EPISTULA I. (30.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Bassum Aufidium, uirum optimum, uidi quassum, aetati obluctantem, sed iam plus illum degrauat quam quod possit adtolli: magno senectus et uniuerso pondere incubuit. Scis illum

10. P (cr. ∞) = *Conciliari nisi turpis non potest.* A = *illam laudatam* ∞ *praeferendam* ∞ *philosophiam.* π = *laudata semper omnibus.* ℜ — 𝔅 = *perferenda.* Gwℜ — 𝔅 = *ut existimes iudicia.* T = *iudicia, non numeros.* μνν + *metu dei vel deorum.* 𝔄 = *sine metu dei hominique.* *ut aut vincas mala.* R (s∞)w — *ut.* Gβγκξοσ = *Ceterum si te video.*

11. *clamor et plausus et pantomimica ornamenta* = PpA. GT RrℜℜR — 𝔅𝔔4. 𝔊 = *clamor et plausus, pantomimica ornamenta* (𝔄 = *pantonomita orn.*) 𝔊1. —𝔔2. ℑuGro — ℜα = *clamor, plausus et pant. orn.* BE utrumque *et* omittunt. *obstrepuerint.* B = *perstrepuerint.* μ = *obripuerint.* Sw. ci. = *ad strepuerint.* Melius tamen *obstrepere* convenit verbo *intrandi.* p = *quid ego tibi miserear.* T = *miseror.*

Lib. IV. Ep. 1. (30.)

quassum. Gw = *cassum.* *obluctantem.* β = *conluctantem.* ο = *luctantem.* ν = *Sed etiam plus.* *quam quod possit.* A — *quod.* *Magno senectus.* V — *senectus.*

semper infirmi corporis et exsucti fuisse. diu illud continuit, et ut uerius dicam, concinnauit: subito defecit. Quemadmodum in naue quae sentinam trahit uni rimae aut alteri obsistitur, ubi plurimis locis laxari coepit et cedere, succurri non potest nauigio dehiscenti: ita in senili corpore aliquatenus inbecillitas sustineri et fulciri potest, ubi tamquam in putri aedificio omnis 2 iunctura diducitur, et dum alia excipitur, alia discinditur, circumspiciendum est quomodo exeas. Bassus tamen noster alacer animo est. Hoc philosophia praestat: in conspectu mortis hilarem et in quocumque corporis habitu fortem laetumque nec deficientem, quamuis deficiatur. Magnus gubernator et scisso nauigat uelo, et si exarmauit, tamen reliquias nauigii aptat ad cursum. Hoc facit Bassus noster et eo animo uoltuque finem suum 3 spectat quo alienum spectare nimis securi putares. Magna res est, Lucili, haec et diu discenda, cum aduentat hora illa

exsucti = PpTArg.b(Sw. = *exucti* cr. *exustum*) EPr.bd. Ααβδε ν cod. Amst. ap. Burm. ad Anth. L. II. p. 699. ℜ — 𝔗 = *exucti*. rζμΘΒ ℭ2. — 𝔐𝔖 = *exsucci* (vel *exucci*). w = *exsuci*. Pr.a = *exsuccisi*. 𝔄 = *exsicci*. ξmζℭ1. = *exusti*. G RGr. (in P2. prius aliud fuisse videbatur) 𝔅ℭ — 𝔐α = *exhausti*. V — *exsucti*. Burm. l. l. „scribe, inquit, *exsucti* vel *exsucci*."

subito defecit. pλℭ1. — 𝔐 = *s. deficit*. GwRrB𝔑 = *in naui quae*.

w = *uni rimae aut alii substitutur*. ℜ — 𝔅 + *ubi se plurimis locis laxari*. pG(s∞) = *laxare*. TwB = *laxari coeperit*.

2. *ubi tamquam in putri*. p = *ubi quam* etc. w — *in*. γζ + *ubi vero tamquam*. R𝔄 = *in putrido*.

diducitur. In P2. hic est aliquot vocum lacuna. bw = *deducitur*. 𝔄 ℭ1. — 𝔐 = *dilabitur*.

discinditur. r = *excinditur*. R = *alacri animo est*.

Hoc philosophia. Gαζϑλοτυ = *Hunc phil*.

istuc. RTG ρρ (exc. δεϑμ, qui ∞) ϰℜ — ℬƐ = *i s t u d.*

2. *aetati meae.* w(*s* n.) EArg.bρρ = *aetati s meae.*

Tw = *a b cessit.* V = *a c cessit.*

p = *non multum a b e s.* ϰ = *non multum h a b e t.*

σ = *esse l e n t u s volo.* V — *Venit ad nos ex his.* Pr.a + *Venit e r g o ad nos.* p = *ex i i s quos.* Pr.b = *e x i b i t quos amamus.* G = *ex his q u a s amamus.* V + *etiam d e absentibus.* ϰ + *etiam i n absentibus.*

PPr.abE = *l e n e et evanidum.* G = *leve et e v a d e n d u m.* ϰ = *leve et m a r c i d u m.* V + *gaudium c u p i m u s sed.*

3. ϰ = *v a n e voluptatis.* Pr.a — *sed qualem velis.*

te mihi ingens munus. P2. — *mihi.* PVmP2. Col. — *te.* Ɛ1. 2. = *P r o p t e r e a ad me.*

sed ad te prius. ϰ — *sed.* ν = *sed a l t e prius.* ζ = *P r o s p i c e et ante omnia.*

hoc cura. TE — *hoc.* G = *h e c cura.* ϰ = *u t r u m aliquid actum.* GP1. 2. 3. *an aliquid a p t u m.*

an eadem hodie velis. PPr.bV — *an.*

4. V — *Mutatio voluntatis — v e n t u s.*

natare. Pr. b = *n a t u r e.* Duo Ops. Ɛ = *nutare.* Sed ita correctum a librariis, quod in fiue huius epistolae *nutandi* verbum conspicitur.

aliubi atque aliubi. ϰ + *e t al.* AsPsPr.a nonnulli ρρ Arg. b plerique Gr. ϰ = *a l i c u b i atque a l i c u b i.* ℜ — ℬ = *a l i b i atque a l i b i.* r = *a l i c u b i apparere* om. *atque aliubi.*

tulit uentus. Non uagatur quod fixum atque fundatum est. Istud sapienti perfecto contingit, aliquatenus et proficienti prouectoque. Quid ergo interest? Hic commouetur quidem, non tamen transit, sed suo loco nutat. ille nc commouetur quidem. Uale.

EPISTULA VII. (36.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Amicum tuum hortare ut istos magno animo contemnat qui illum obiurgant, quod umbram et otium petierit, quod dignitatem suam destituerit, et cum plus consequi posset, praetulerit quietem omnibus. Quam utiliter suum negotium gesserit cotidie illis ostendet. Hi quibus inuidetur non desinent transire: alii elidentur, alii cadent. Res est inquieta felicitas: ipsa se exagitat, mouet cerebrum non uno genere. Alios in aliud inritat: hos in potentiam, illos in luxuriam, hos inflat, illos mollit et to-
2 tos resoluit. At bene aliquis illam fert. Sic quomodo uinum. Itaque non est quod tibi isti persuadeant eum esse felicem qui a multis obsidetur: sic ad illum, quemadmodum ad lacum concurritur quem qui exhauriunt et turbant. Nugatorium et iner-

R = *alium atque alium.* B = *alicui atque aliubi.* Nonnulli ρρ = *aliud atque aliud appetere.*

Non vagatur. p = *Non vocatur.*

atque fundatum. ΆG 1. — Ma = *et fundatum.*

sapienti perfecto. Pr.a rwGρρ nonnulli Gr. ΆR — G1. = *sap. profecto.* Unus Ops. = *sap. perfectoque.* G2. — M = *sap. perfecte.*

contingit. p = *contigit.*

et proficienti. V — *et.*

provectoque. AGP1. 4. = *profectoque.* Pr.b = *proventoque.* V Col. — *provectoque.* Ά + *imperfecto provectoque.* ν + *Quid ergo nostrum interest?*

non tamen Ά — *tamen.*

suo loco. GϑxξσP1. 3. 4. = *uno loco.*

nutat. E = *natat.* Col. = *micat.* αβηmP2. ΆϑU = *mutat.*

ille ne comm. M — *ille.* GwTΆ G1. — Ma = *ille nec comm.* A = *ille non comm. quidem.*

Lib. IV. Ep. 7. (36)

Ά + *de eo quod umbram.* T + *quod et umbram pet.*

ostendet. Ά = *ostendit.* PAESb (tac. Oberl.) c S = *ostendet.*

R + *Hi a quibus invidetur.*

p = *alii cadentur.*

movet cerebrum. Pr.a = *movet caput.* w + *illos in luxuriam irritat.*

2. V — *At bene — vinum.* T Arg.b = *illam refert.*

Sic quomodo. RR — Ά = *Si quomodo.* p = *Sic quomodo vivemus.* p = *quod tibi ista persuadeant.* V = *ut a multis.* p — *a.* A = *a multis possidetur. eum esse felicem.* Ά — *eum.*

quem qui exhauriunt. PpAwR(s ∞) Pr.bTBE Arg.bΆG1. — M — *qui.* Retinui *qui* etiam adversantibus mss. optimis, cum facillime potuerit omitti propter antecedens *quem.*

et turbant. RR — B = *conturbant.*

tem uocant. Scis quosdam peruerse loqui et significare contraria. Felicem uocabant: quid ergo? erat? Ne illud quidem curo 3
quod quibusdam nimis horridi animi uidetur et tetrici. Ariston aiebat *malle se adulescentem tristem quam hilarem et amabilem turbae. Unum enim bonum fieri quod recens durum et asperum uisum est: non pati aetatem quod in dolio placuit.* Sine eum tristem adpellent et inimicum processibus suis: 4
bene se dabit in uetustate ipsa tristitia. Perseueret modo colere uirtutem, perbibere liberalia studia, non illa quibus perfundi satis est, sed haec quibus tingendus est animus. Hoc est discendi tempus. Quid ergo? aliquod est quo non sit discendum? Minime: sed quemadmodum omnibus annis studere honestum est, ita non omnibus institui. Turpis et ridicula res est elementarius senex: iuueni parandum, seni utendum est. Facies ergo 5
rem utilissimam tibi, si illum quam optimum feceris. Haec aiunt beneficia esse expetenda tribuendaque, non dubie primae sortis quae tam dare prodest quam accipere. Denique nihil illi iam

V — *Scis quosdam — vocabant.* *Scis quosdam.* Pp = *Scis quos.* A = *Scis quod.* *significare contraria* = Pp APr.abTRrESb tres Ops. P2. 3. 4. Col. ℜ — ℜ𝔖. G ζ𝔇στP1. = *significatione contraria.* w𝔄𝔈1. — 𝔐α = *signare contraria.* Rell. n. l.

3. ℜ + *cum felicem vocabant.* ζo = *vocant.* *quid ergo? erat?* Arg.b 𝔄 = *erit.* R = *errant.* V — *erat.* *Ne illud quidem.* AR = *Nec illud q.* G = *Ne illud idem.* *curo.* B = *cura.* *nimis horridi.* G — *nimis.* 𝔄 = *n. horrendi.* *tetrici.* G = *tetri.* G — *Ariston — tristem.* *malle se.* P — *se.* Fortasse haec vocula aliena est a calamo Senecae. 𝔄 — *tristem. — non pati aetatem.* Vo = *non pati etatem.*

4. αβζo = *Sive eum tristem.* G = *Sin eum tristem appellant.* Etiam R(s∞)rPr.abT Arg.b Εεη𝔇ϑμΓ Θτυ plerique Gr. ℜ — 𝔊 = *Sin.* Col. = *Si.* P4. = *Si non.* Pro *eum* p = *ume.* *bene se dabit.* mε = *bene se habebit.* P2. 4. = *in vetustatem.* *ipsa tristitia.* 𝔇u = *ista tristitia.* V — *tristitia.* A = *Perseverent modo.* *perbibere* = PpR(BEρρ) P3. (s.m.) P. Colvius ad Appul. 𝔐 — 𝔖. Rell. = *per hibere.* p = *sed ad haec quibus tingendum est animus.* G = *sed hic quibus.* A = *tingu endus est.*

RGw𝔄 = *aliquid est quod non sit disc.* E = *aliquod est quod non sit disc.* *Minime.* sP = *mire.* 𝔄 = *minus.* p = *itaque non omnibus.* *institui.* P = *instui* cr. = *instrui* = 𝔇ϑ. p = *intitui.* *ridicula res est.* V = *ridicularis est.* AαγSb = *ridiculosa res est.*

5. *iuveni parandum.* P. Faber Semestr. II, 15. et Ruhk. aiunt alios legere *parendum*, sed ego quidem nec in mss. nec in edd. hoc inveni. *utendum.* p = *tendum.* Pr.a = *si illam quam obtimum.* αβπ + *optimum tibi feceris.* *Haec aiunt.* GRT = *Haec autem.* Pr.aαβ *Haec dicunt.* π = *Haec autem dicunt.* PpE𝔐𝔄 𝔈1. = *non dubiae.* p = *beneficia esse expectanda.* *nihil illi.* P — *illi.*

liberi est: spopondit. minus autem turpe est creditori quam spei
6 bonae decoquere. Ad illud aes alienum soluendum opus est negotianti nauigatione prospera, agrum colenti ubertate eius quam colit terrae, coeli fauore: ille quod debet sola potest uoluntate persolui. In mores fortuna ius non habet. Hos disponat ut quam tranquillissimus ille animus ad perfectum ueniat qui nec ablatum sibi quicquam sentit nec adiectum, sed in eodem habitu
7 est, quomodocumque res cedunt. cui siue adgeruntur uolgaria bona, supra res suas eminet, siue aliquid ex istis uel omnia casus excussit, minor non fit. Si in Parthia natus esset, arcum infans statim tenderet. si in Germania, protinus puer tenerum hastile uibraret. si auorum nostrorum temporibus fuisset, equitare et hostem cominus percutere didicisset. Haec singulis di-
8 sciplina gentis suae suadet atque imperat. Quid huic ergo meditandum est? Quod aduersus omnia tela, quod aduersus omne hostium genus bene facit mortem contemnere, quae quin ha-

liberi est. AwXG1. — M = *liberum est.* Vet. lect. Pinc. = *liberum esse.* βϑλοπ P3. R — B + *qui spopondit.* GT = *spo sp ondit.* *decoquere.* Pr.bw = *de q uo quere.* T = *d e q uaque re.* A = *de qua re.* P = *e boq oquere.*

6. P + *Ad illud ad aes al.* X = *At illud.* V + *solvendum. huic autem boni propositi constantia sola necessaria est. Opus est.*

negotianti. X = *naviganti.*

coeli favore. Aζx = *coeli que favore.* XG1. — S + *et coeli favore.* Rell. etiam Arg.b ∞.

ille quod debet. r = *i l l i debet.* V = *i l l i c quod debet.* R + *ille q u i d e m q. d.*

persolvi = PpPr.bATBEV. Pr.a GwRrXR — S = *persol v e r e.* Rell. n. l.

Hos disponat. T = *N o n dispo n i t.*

ut quam tranquillissimus. AT — *quam.* BT = *ut q. tranquilli m u s.*

qui nec ablatum. P = *q u i a nec ablatum.* Arg.b — *nec.* pPr.b = *o b latum.*

adiectum. Tw = *a b iectum.* B(cr. ∞) = *a d v e c tum.*

in e o d e m habitu = Pp(BEV) Col. XG1. — S. A Pr.ab TGwRrρρ rell. Gr. Ops. R — B = *in e o habitu.* AG = *habi t u m est.* Pr.b = *habi t u s est.* P3. R — BG2. — M = *q u o cumque.*

res cedunt = AGwPr.aRr Arg.bBE P1. 2. 4. Col. Ops. Q4. S. PPr.bT = *res c a e dunt.* ζ = *res c a d a t.* Rell. ρρ = *res c e d a n t* vel *c e d u n t.* P3. R — B = *res c e d a n t.* XG1. = *res c a d a n t.* pG2. — Mα = *res c a d u n t.*

7. *adgeruntur.* R = *agger a n t u r.* G(m∞)γζϑx = *aggregentur.*

X = *s u p e r res suas.* ν + *vel c e r t e omnia.* G = *casus excuss e r i t.*

minor non fit. Mα = *minor non s i t.*

si in Germania. X = *E t in Germ.* G(n.) P1. 3. 4. Col. + *natus esset.*

si avorum. X = *e t d u o r u m.*

percutere. w = *d i s cutere.*

gentis suae. V — *suae.*

atque imperat = PpAGwTRrVR — B. Pr.abXG1. — S = *e t imperat.* Rell. n. l.

8. Pr.a = *omnium hostium genus.*

bene facit. G(m∞)γηϑξπστ = *bene f a c i a t.* γζ + *s c i l i c e t*

beat aliquid in se terribile, ut et animos nostros quos in amorem sui natura formauit offeudat, nemo dubitat: nec enim opus esset in id conparari et acui in quod instinctu quodam uoluntario iremus, sicut feruntur omnes ad conseruationem sui. Ne- 9
mo discit ut, si necesse fuerit, aequo animo in rosa iaceat: sed in hoc duratur ut tormentis non submittat fidem, ut, si necesse fuerit, stans etiam aliquando saucius pro uallo peruigilet et ne pilo quidem incumbat, quia solet obrepere interim somnus in aliquod adminiculum reclinatis. Mors nullum habet incommodum: esse enim debet aliquis cuius sit incommodum. Quod 10
si tanta cupiditas te longioris aeui tenet, cogita nihil eorum quae ab oculis abeunt et in rerum naturam ex qua prodierunt ac mox processura sunt reconduntur consumi. Desinunt ista, non pereunt. et mors quam pertimescimus ac recusamus intermittit uitam, non eripit: ueniet iterum qui nos in lucem reponat dies, quem multi recusarent, nisi oblitos reduceret. Sed postea dili-
gentius docebo omnia quae uidentur perire mutari. Aequo ani- 11
mo debet rediturus exire. Obserua orbem rerum in se remeantium: uidebis nihil in hoc mundo exstingui, sed uicibus descendere ac surgere. Aestas abit, sed alter illam annus adducit.

mortem contemnere. A = *quam quin habeat.*

ut et animos. A — *ut.* ΨS — *et.*

offendat. G = *ostendat.*

nec enim opus esset. r + *nec enim opus necesse esset.* ΨG1. — G = *nec necesse esset.* M — Ju = *nec eum necesse esset.* Rell. etiam Ops. Gr. Pinc. ∞. T — *voluntario.*

ad conservationem. E = *ad conversationem.* G = *in observationem.* Pr.abBV antiquiores ρρΨR — B = *ad observationem.* P = *ad amservationem.*

9. G = *Nec discit.* APr.a = *summittat.*

pilo. P pro hac voce habet lacunam. pE = *incumbant.* Pr.b w = *oprepere.* T + *interim somnus aliquando.* v = *in aliquod ad municulum.* BΨ — *aliquod.* G(m∞) V — *esse enim — incommodum.*

Pr.a + *esse tamen enim.* r = *esse enim habet aliquid.* Pr.a — *debet.* s∞.

debet aliquis = Pp Pr.b Pr.a (s.m.) wE Ops. SbS. R — B = *debet et aliquid.* Rell. = *debet aliquid.* Ψ = *cuius est.*

10. *Quodsi.* rV — *Quod.* Pr.b = *Quod sit ante. Cupiditas.* R = *ab oculis abeant.*

ac mox processura sunt. Ψ = *et mox processuri sunt.* G(m∞) P1. — *sunt.*

reconduntur. Pr.b = *rerundun tur.* p = *recondit ur.* Ψ = *et recusamus.*

qui nos in lucem reponat. V = *qui nostros.* R = *in luce.* E = *reponet.*

quem multi = Ppw M — S. Rell. mss. ΨM — G = *quam multi.*

p = *nisi oblitus red.* R verba *Sed postea — mutari* ponit §. 11. post *rediturus exire.* G(m∞) — *docebo.*

11. r — *vicibus.*

ac surgere = mss. etiam Gr. R — BQ4.S. ΨG1. — Ma = *ac resurgere.* A(cr.∞)GRM — B = *aestas abiit.*

alter illam annus. R = *alter il-*

hiems cecidit, referent illam sui menses. solem nox obruit, sed ipsam statim dies abiget. Stellarum iste decursus quicquid praeteriit repetit: pars coeli leuatur adsidue, pars mergitur. Denique finem faciam, si hoc unum adiecero nec infantes nec pueros nec mente lapsos timere mortem et esse turpissimum, si eam securitatem nobis ratio non praestat ad quam stultitia perducit. Uale.

EPISTULA VIII. (37.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Quod maximum uinculum est ad bonam mentem, promisisti uirum bonum: sacramento rogatus es. Deridebit te, si quis tibi dixerit mollem esse militiam et facilem: nolo te decipi. Eadem honestissimi huius et illius turpissimi auctoramenti uerba sunt: uri, uinciri ferroque necari. Ab his qui manus arenae locant et edunt ac bibunt quae per sanguinem reddant cauetur

lam animus. Cod. Gron. = alter *illam artius*, unde ipse Gron. ci. = *alter illum Martius* (cf. Observatt. III, 14.). quam Sw. certissimam Gronovii emendationem praedicat atque ita editum esse vult. Sed quid opus in hoc loco emendatione? Mss. mei omnes = *annus*, et si qui haberent integrum illud *Martius*, equidem interpretamentum esse arbitrarer.

w = *hiems occidit.* T = *referant.* Pr.a = *si ipsam statim.* R = *dies abegit.*

decursus = PGR plerique ρρ P1.3. 4. ℓ — GroMaS. pPr.abTrBVwαβ δημνοπΘSbc P2. Col. ΑΜ — MRu = *discursus.* E = *dies cursus.* A = *cursus.*

quicquid praeteriit = PTRrGB ρρ Sbc Ops. ΑΜ — G 1. pAwPr.ab S = *q. praeterit.* (EV)G2. — Ma = *q. praeterierit.* Arg.b + *finem epistolae faciam.*

si hoc unum. Pr.aG = *sed* etc. Pr.a — *hoc.*

adiecero. A = *adixero.*

securitatem nobis. w — *nobis.*

Lib. IV. Ep. 8. (37.)

rogatus es. Pr.a (lit.) V (Col.) G1. — M = *ligatus es.*

Deridebit. Cod. Francisc. ap. Pinc. M = *Decipit.*

te, si quis = P(s.m)αγ ci. Gr. B = *se quisquis.* G 1. = *se quis.* RTG2. — S — *te.* Rell. etiam Gr. = *se si quis.* Poterat *te* propter sequens *si* mutari in *se.* Omittere nolui Pronomen, quoniam in omnibns fere mss. et eodem loco legitur.

T = *malitiam.* Pr.b = *honestissimo.* V—*auctoramenti.* Pr.b = *auctor amentis.* G = *auctoris amentis.* mGAwTrG1. = *auctoramentis.* RBAM — B = *aut amentis.* E = *aut ornamenti.* r = *verbis.*

uri, vinciri ferroque necari. A = *vero vinciri* etc. Pr.bE = *veri vinciri* etc. T(s∞) = *Verum vinciri* etc. w — *que.* Pr.a — *ferroque.* M — B — *vinciri.* M = *uri virgis ferroque necari.* Pr.b = *necare.* cf. Petron. Sat. c. 117. p. 540. Burm. *in verba Eumolpi sacramentum iuravimus uri, vinciri, verberari ferroque necari.* et Sen. Ep. 71, 21. *Quid miraris, si uri, volnerari, occidi, adligari iuvat, aliquando etiam libet?*

Arg.b = *Ab his qui.* Pr.a AM — B = *et bibunt.* A = *caveatur.*

ut ista uel inuiti patiantur, a te ut uolens libensque patiaris. Illis licet arma submittere, misericordiam populi temptare. tu neque submittes nec uitam rogabis: recto tibi inuictoque moriendum est. Quid porro prodest paucos dies aut annos lucri facere? sine missione nascimur. Quomodo ergo, inquis, me expediam? Effugere non potes necessitates, potes uincere. Fit uia: et hanc tibi uiam dabit philosophia. Ad hanc te confer, si uis saluus esse, si securus, si beatus, denique si uis esse, quod est maximum, liber. Hoc contingere aliter non potest. Humilis res est stultitia, abiecta, sordida, seruilis, multis adfectibus et saeuissimis subiecta. Hos tam graues dominos interdum alternis imperantes interdum pariter dimittit a te sapientia quae sola libertas est. Una ad hanc fert uia, et quidem recta: non aberrabis. uade certo gradu. si uis omnia tibi subicere, te subice rationi: multos reges, si ratio te rexerit. Ab illa disces quid et quemadmodum adgredi debeas: non incides rebus. Neminem mihi dabis qui sciat quomodo quod uult coeperit uelle: non consilio adductus illo, sed inpetu inpactus est. Non minus saepe fortuna in nos incurrit quam nos in illam. Turpe est non ire, sed ferri et subito in medio turbine rerum stupentem quaerere: Huc ego quemadmodum ueni? Uale.

B = *ut isti qui inviti.*

2. r + *ista arma.* Pr.a𝔑 — 𝔅 = *neque vitam.* V — *Quid porro — nie expediam.* T = *aut annos lucrificare?* ARrP3. = *sine inter missione.* P2. = *nascuntur.*

Quomodo ergo. Aw — *ergo.*

3. *Fit via* = mss. (exc. RrβεↃP2.) 𝔑—𝔗. RrβεↃP2.𝔛𝔅—𝔖 = *Fiat via.* Grut. ci. = *Fit via vi.* quod probat Fred. Haase, et in proximis censet scribendum *et hanc tibi vim.*

et hanc tibi viam. ν9 = *hanc tibi etiam dabit.* σ + *hanc tibi etiam viam.* V = *et lucem tibi.* p = *Humilis res est stulta.* r(s∞) Arg.b — *est.* Pr.a = *adiecta, sordida.* Pr.a = *effectibus.* p = *Hostem graves dominos.* G = *Hos tamen.* w = *grandes dominos.*

alternis. GVγζↃxξοστ Col. P1.3.4. 𝔊1. — 𝔑 + *vicibus.* Pr.aRαβειλμΘπ ν P2. Ambian. 𝔑 — 𝔅 = *alternatim.* 𝔄 + *alternis alternatim.* Rell. etiam Mod. Ops. ∞. A = *ad te sapientia.*

4. Pr.b = *una ad hanc fer via.* w = *oberrabis.*

te subice rationi: multos. p = *omne subter rationi: multi.* Pr.abV = *multos regis.*

p = *quid sciat, quomodo quid vult.* Arg.b = *quomodo qui vult.* V = *quomodo quid coeperit.*

p = *non consilium.*

adductus illo = PPr.bTAwEαβγδεηϑικμνξΘου Sb. p — *illo.* R + *adductus est illo.* Col. = *ductus illo.* 𝔑 — 𝔗 = *consilio illo* om. *adductus.* Rell. mss. 𝔛𝔅 — 𝔖 = *adductus ullo.* Est autem *illo* Adverbium loci. Grut. ci. = *non consilio ductus ullo.*

r = *Non minus se fortuna.* T = *Non minus semper fortuna.* V = *saepe etiam nos fortuna.*

EPISTULA IX. (38.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Merito exigis ut hoc inter nos epistularum commercium frequentemus. Plurimum proficit sermo qui minutatim inrepit animo: disputationes praeparatae et effusae audiente populo plus habent strepitus, minus familiaritatis. Philosophia bonum consilium est: consilium nemo clare dat. Aliquando utendum est et illis, ut ita dicam, concionibus, ubi qui dubitat inpellendus est: ubi uero non hoc agendum est ut uelit discere, sed ut discat, ad haec submissiora uerba ueniendum est. Facilius intrant et haerent: nec enim multis opus est, sed efficacibus.
2 Seminis modo spargenda sunt, quod quamuis sit exiguum, cum occupauit idoneum locum, uires suas explicat et ex minimo in maximos auctus diffunditur. Idem facit ratio: non late patet, si adspicias: in opere crescit. Pauca sunt quae dicuntur. sed si illa animus bene excepit, conualescunt et exsurgunt. Eadem est, inquam, praeceptorum condicio quae seminum: multum efficiunt, et angusta sunt. tantum, ut dixi, idonea mens rapiat illa et in se trahat. Multa inuicem et ipsa generabit et plus reddet quam acceperit. Uale.

Lib. IV. Ep. 9. (38.)

B + *inter nos XXIX epistolarum.* pTBαδεημνξΘυ= *quia minutatim.*

inrepit (*irr.*) = mss. etiam Gr. Ops. ℜ — 𝔅. 𝔄 = *irrepserit.* 𝔊1. — 𝔐α = *irrepserit.* Pr.b = *disputationis.*

audiente populo. ci. Pinc. = *audienti populo.*

clare dat. r = *dare dat.* mγ + *i. e. alte.* ℜ — 𝔅1. = *clamore dat.* ex ingenio Mureti. Rell. ∞. B = *ut qui dubitat.*

sed ut discat. V — *sed.* B = *ut velit discedere.*

submissiora. G = *submissoria.* B = *sublimiora.*

et haerent. w𝔊2. — ℜ = *sed haerent.* ℭ — 𝔅1. + *sed et haerent* ex ci. Grut.

2. *occupavit.* A = *occupabit.* r wειοα Arg.bℜ — 𝔅 = *occupaverit.*

auctus. p = *auctos.* Pr.aAGrδεζ ιχξοπρσυ (P1. 2. 4.) 𝔄𝔊1. — ℜ = *actus.* Pr.b = *acictus.* w = *artus.* ηο = *effunditur.* β = *Id facit.*

ratio. GP 1. 3. 4. vet. lect. Pinc. ℭ — 𝔅 1. = *oratio.* Pr.b (lit.) = *non latet pate.*

si adspicias. V = *sed adsp.*

sed si illa. Pr.b — *si.* Pr.aαβεμ P3. ℜ — 𝔅 = *sed cum illa.* δζκνο πρσ — *sed:*

animus bene. V — *bene.*

excepit = Pp Pr.a RTBE plerique ρρP1. 2. 4. Col. GPr.b.αβγεζϑλμξπ τℜ — 𝔅 = *excipit.* AwrV (Arg.b) 𝔄𝔊1. — 𝔖 = *exceperit.* V — *et exsurgunt.*

et angusta sunt = mss. ℜ — 𝔅. Rλ(s.m.)𝔄𝔊1. — 𝔖 + *et si angusta sunt. Et* hic significat *et tamen.* vid. Ind. s. v. *Et* et cf. Hand. Turs. II. p. 496. sq.

G = *tamen ut dixi.* sP + *si ut dixi.* Sc𝔄 = *capiat illa.* βιπ + *rapiat illa sibi.*

w + *Multa et invicem.* A — *invicem.* Pr.b = *Multam vicem.*

T = *et ipsa germinabit.* Pr. a = *quam accepit.*

EPISTULA X. (39.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Commentarios quos desideras diligenter ornatos et in angustum coactos ego uero conponam: sed uide ne plus profectura sit ratio ordinaria quam haec quae nunc uolgo *breuiarium* dicitur, olim cum Latine loqueremur, *summarium* uocabatur. Illa res discenti magis necessaria est, haec scienti: illa enim docet, haec admonet. Sed utriusque rei tibi copiam faciam. Tu a me non est quod illum aut illum exigas: qui notorem dat ignotus est. Scribam ergo quod uis, sed meo more. Interim 2
multos habes quorum scripta nescio an satis ordinent. Sume in manus indicem philosophorum: haec ipsa res expergisci te coget, si uideris quam multi tibi laborauerint. concupisces et ipse ex illis unus esse. Habet enim hoc optimum in se generosus animus quod concitatur ad honesta. Neminem excelsi ingenii uirum humilia delectant et sordida: magnarum rerum species ad se uocat et extollit. Quemadmodum flamma surgit in rectum, 3
iacere ac deprimi non potest, non magis quam quiescere: ita

Lib. IV. Ep. 10. (39.)

Haec epistola in Θ „temporis iniuria deperiit."

ornatos = PpTGwRr (BEV Arg.b ρρOps.) Gr.𝔄𝔑 — 𝔅1. APr.ab Mod. 𝔑u — 𝔖 = *ordinatos.* quod fortum esse videtur ex proximo *satis ordinent.* §. 2. p = *sed videre ne.*

profectura=PAη (E) 𝔄𝔈1.—𝔖. Rell. mss. 𝔑 — 𝔅 = *profutura.* (Gr. Ops. n. l.). A — *sit.*

ratio ordinaria = PAwPr.abT RrBEαβδεηιλμνξου Sb P2. Col. P3. (s. m.)Ops. Cod. Iureti 𝔑 — 𝔗𝔖. GP1. 4. P3. (p.m.) (V rell. ρρ) 𝔄𝔅 — 𝔐α = *oratio ordinaria.* p — *ratio.*

loqueremur. G (mω) ζϑνξοπτ = *loqueretur.* Verba *cum Latine loqueremur* suspecta sunt Ruhkopfio.

discenti. Pp Pr.a (sω) Pr.brαβδμνο σ = *dicenti.*

necessaria est. A — *est.*

haec scienti. V = *quam scienti.*

Tu a me. p = *Tuam.* A = *Tuae.* GP1. 3. 4. mCol. = *Tuum a me.*

non est quod. R — *est.* R = *illam aut illud.* w = *illum vel illum.* E = *illum et illum*

notorem dat. p = *noturem dat.* TP4. = *notio rem dat.* Pr.bδ = *notorem tendat.* R Col. 𝔑 — 𝔗 = *voto rem dat.* P1. 2. 𝔄𝔅 𝔈1. = *noto rem dat.* mCol. = *mortem dat.* α = *notorem pendat.* β = *voto rem pendat.* μ = *voto rependat.* ν = *innotus est.*

Scribam ergo = PAwPr.a Rrρρ S bc 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. G = *Scribam vero.* pPr.bT𝔐 — 𝔐α = *Scribam ego.* Rell. n. l.

2. *multos habes.* r = *multos homines.* m = *multos habemus.*

expergisci te = mss. (exc. B, qui = *expergiscere*) 𝔄𝔑 — 𝔈𝔍u𝔖. Gro — 𝔐α — *te.*

coget. R𝔄 = *cogit.* Pr.br = *cogitet.* R𝔑—𝔅 = *laboraverunt.*

hoc optimum. 𝔈2. — 𝔐 — *optimum.* r = *ac sordida.* R = *rerum spes.* V = *ad se vocet et excellat.*

3. *flamma surgit.* P = *fl. surget.* Pr.aGwRρρ (exc. δηνξου) P1. 3. 4. Col. 𝔄𝔑 — 𝔅 + *fl. quae surgit.* G(s.m.) = *consurgit.* Col. = *latere ac deprimi.* B = *numquam magis quam.*

noster animus in motu est, eo mobilior et actuosior quo uehementior fuerit. Sed felix qui ad meliora hunc inpetum dedit: ponet se extra ius ditionemque fortunae. secunda temperabit, 4 aduersa comminuet et aliis admiranda despiciet. Magni animi est magna contemnere ac mediocria malle quam nimia: illa enim utilia uitaliaque sunt. at haec eo quo superfluunt nocent. Sic segetem nimia sternit ubertas, sic rami onere franguntur, sic ad maturitatem non peruenit nimia fecunditas. Idem animis quoque euenit quos inmoderata felicitas rumpit, qua non tantum in 5 aliorum iniuriam, sed etiam in suam utuntur. Quis hostis in quemquam tam contumeliosus fuit quam in quosdam uoluptates suae sunt? quorum inpotentiae atque insanae libidini ob hoc unum possis ignoscere, quod quae fecere patiuntur. Nec inmerito hic illos furor uexat: necesse est enim in inmensum exeat cupiditas quae naturalem modum transsilit. Ille enim habet suum finem, inania et ex libidine orta sine termino sunt. Necessa- 6 ria metitur utilitas: superuacua quo redigis? Uoluptatibus itaque se mergunt, quibus in consuetudinem adductis carere non

in motu est. ν = *in motum est.* *actuosior.* T = *acutior.*

ad meliora nunc. G = *ad meliora habet.* p = *secunda temperavit.* Col. + *secunda bene temp.* *et aliis admiranda.* w𝔐 — *et.*

4. *quam nimia.* pPr.aw = *quam minima.*

illa enim. T = *habilia enim.*

utilia vitaliaque. G = *vitalia utiliaque.* γζϑκλπστ P1. 3. 4. Col. + *bona utilia vitaliaque.* νξο = *bona utiliaque.* T𝔐 — *vitaliaque.*

at haec. pPr.bSb 𝔄 = *ad haec.* G = *ad hoc.*

eo quo superfluunt = PPr.abAT wEγδεζμνοσυ Ops. Sc 𝔊 1. 2. G P1. — *eo* et = *quod superfl.* pRr P2. 3. 4. Col. (rell. ρρBV) 𝔄𝔑 — 𝔅𝔊 — 𝔖 = *eo, quod superfl.* A = *faecunditas.* 𝔄 = *quod immoderata.* V = *quos inordinata.*

rumpit. ν = *corrumpit.* Pr.bPr.a (s.m.)E Arg.b αδνσ 𝔑 — 𝔅 = *quia non tantum.* ευ = *qui non tantum.*

utuntur = PpPr.abTRA (BEV plerique ρρ P2. 3. 4.) Sb (?) m𝔊 2. 𝔐 — 𝔅1. GwrPr.a (s.m.) Arg.bεζϑξπσSc P1. Col. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔑u — 𝔖 = *vertuntur.* A = *Qui hostis.*

5. *contumeliosus fuit.* V — *fuit.* TPr.b (*i* n.) = *insaniae libidini.* w = *insaniae ac libidini.*

necesse est enim = PpPr.abAw TRrBEρρ Sbc omnes fere Gr.𝔄𝔑—𝔊𝔑u. G = *nec. est ut.* Sb + *necesse est enim ut.* (V)𝔐 — 𝔅1.𝔐a 𝔖 — *enim.* r = *naturae modum.*

transsilit = PpPr.abATGwRrρρ E𝔄𝔑 — 𝔊1. 𝔖. (BV Arg.b) 𝔊2. — 𝔐a = *transsiliit.*

Ille enim = Pp Pr.ab ATRrwESb c𝔄𝔑 — 𝔊. G(BV)𝔐 — 𝔖 = *Illa enim.* Sed *Ille* scribi iubet ipse Sw., ut referatur ad *naturalem modum.*

inania et ex libidine. G = *ignavia et ex lib.* P2. Col. + *inania enim et ex lib.* P1. 3. = *Ignavia enim et ex lib.*

ζ = *quomodo redigis?* ο = *quoque redigit.* σ𝔄𝔊 1. — 𝔐 = *Voluptatibus utique.*

mergunt. sP = *in mergunt.* Rr P2. Col. 𝔊1. — 𝔐 = *im mergunt.*

probo in philosopho, cuius pronuntiatio quoque sicut uita debet
3 esse conposita: nihil autem ordinatum est quod praecipitatur et properat. Itaque oratio illa apud Homerum concitata et sine intermissione in morem niuis superueniens oratori data est: lenis et melle dulcior seni profluit. Sic itaque habe istam uim dicendi rapidam atque abundantem aptiorem esse circulanti quam agenti in rem magnam ac seriam docentique. Aeque stillare illum nolo
4 quam currere: nec extendat aures nec obruat. Nam illa quoque inopia et exilitas minus intentum auditorem habet taedio interruptae tarditatis: facilius tamen insidit quod exspectatur quam quod praeteruolat. Denique tradere homines discipulis praecepta dicuntur: non traditur quod fugit. Adice nunc quod quae ueritati operam dat oratio inconposita debet esse et simplex: haec popularis nihil habet ueri, mouere uult turbam et inconsultas au-
5 res inpetu rapere, tractandam se non praebet, aufertur. Quo-

pronuntiatio quoque. wX — *quoque.*

3. *apud Homerum.* X = *apud hominem.* A + *quae concitata.* *concitata.* R(s∞) *concita.* G = *est quod sine intermissione.* T = *in morem unius.* R(m∞) = *in morem fluminis.* *superveniens.* B = *veniens.* *lenis et melle dulcior.* GG — *lenis.* M — Ma + *at lenis et m. d.,* quae particula in mss. non legitur. *seni.* Arg.b = *semper.* *profluit.* Pr.abG antiquiores ρρX R — B = *profuit.* *habe istam vim* = PAζ Col. ci. Ops. E — B 1. MaS. Rell. + *ut istam vim.* Pr.b — *vim.* *rapidam.* rGP1.2.3.4. X = *perrapidam.* *aptiorem esse circulanti quam agenti* = PpAwTPr.b Sb tres Ops. E — B1.S. Pr.aG plerique ρρ BR — B + *aptiorem esse credas* etc. rX + *cognoscas aptiorem esse* etc. Sc + *cognoscis aptiorem esse* etc. λξE1. — MRuMa + *aptiorem esse iudices* etc. vel *aptiorem esse circulanti iudices* etc. Unus Ops. + *scias aptiorem esse* etc. V = *abundantem ut aptiorem esse circulatori iudices quam.* Grut. totum locum sic scribi vult: *Sic itaque habe; istam vim dicendi rapidam atque abundantem, aptiorem esse circulanti iudices, quam agenti rem magnam,* ut *iudices* sit Nom. Subst. *in rem magnam*=PpPr.abArg.b. AGwTRrXR — S — *in.* Rell. n. l. B = *et seriam.* *docentique.* Argb. — *que.* *stillare illum* = mss. etiam Gr. (exc. P1. qui + *stillare cum illum.* P4. qui = *stillare istum*) R — B. Pron. *illum* spectat ad *agentem* et *docentem.* XE1. — S = *stillare illam,* ut referatur ad *istam vim dicendi.* *nolo.* wCol. = *volo.* *nec extendat.* Pr.b = *ne extendat.* ƆΘB = *nec excedat.* 4. *interruptae.* G(m∞) = *interrumpente.* V = *facilius enim insidit.* r = *facilius tamen incidit.* w = *f. t. insidet.* *tradere homines.* Gron. *homines* delendum esse censuit. *discipulis.* Cod. Lips. = *disciplinis.* *praecepta.* Sb=*praeparata.* p = *quod fingit.* Pr.b=*Adice nunc quoque veritati.* *haec popularis.* G= *Haeo pluralis.* Pr.b = *Haec populares.* pArg.b = *moveri vult turbam.* R — B + *tractandam quae se.* *aufertur.* v = *auferetur.*

modo autem regere potest quae regi non potest? Quid, quod haec oratio quae sanandis mentibus adhibetur descendere in nos debet? remedia non prosunt nisi inmorantur. Multum praeterea habet inanitatis et uani, plus sonat quam ualet. Lenienda sunt quae me exterrent, conpescenda quae inritant, discutienda quae fallunt, inhibenda luxuria, conripienda auaritia. Quid horum 6
raptim potest fieri? quis medicus in transitu curat aegros? Quid, quod ne uoluptatem quidem ullam habet talis uerborum sine delectu ruentium strepitus? Sed ut pleraque quae fieri posse non crederes cognouisse satis est: ita istos qui uerba exercuerunt abunde est semel audisse. Quid enim quis discere, quid imitari uelit? quid de eorum animo iudicet quorum oratio perturbata et inmissa est nec potest reprimi? Quemadmodum per procliue cur- 7
rentium non ubi uisum est gradus sistitur, sed incitato corporis pondere se rapit ac longius quam uoluit effertur: sic ista dicendi celeritas nec in sua potestate est nec satis decora philosophiae, quae ponere debet uerba, non proicere, et pedetentim procedere. Quid ergo? non aliquando et insurget? Quidni? sed salua dignitate morum quam uiolenta ista et nimia uis exuit.

5. pwPr.abαδεμνξ = *regere potes.* G(s∞)Vϗλξοτ = *qui regi non potest.* p = *quid quo haec oratio.* V — *quod.* r = *quid ergo oratio haec.* T = *haec ratio.*

mentibus adhibetur. Arg.b = *vulneribus adhibetur.* w + *et descendere in nos.* G = *discere in nos.*

nisi inmorantur = PpPr.bTE antiquiores ρρ 𝔄. Rell. = *n. immorentur.*

inanitatis et vani. T = *inanitatis et iam.* Col. = *in. et vacui.* 𝔄 = *vanitatis et inani.*

r + *etiam plus sonat.* V = *quae nos exterrent.* Pr.a = *quae me terrent.*

conpescenda. A = *concupiscenda.*

6. w = *in transitu aegrum.*

sine delectu. Pr.abTAw aliquot Gr. 𝔄 = *sine dilectu*, quod Grut. verum vocat. p = *sine delictu.* Col. = *sine distinctu.*

p = *reentium strepitus.* Pr.b = *sed ut plerique.*

crederes. P = *crederis* cr. = *credideris* = rλν. 𝔓 = *cogitasse satis est.* B = *cognovisse satius est.*

ita istos = mss. 𝔄𝔑—𝔅𝔖. 𝔊1. 𝔐a = *sic istos.* w + *ita ista istos.* vo = *verba exercent.*

Quid enim quis discere. w = *Quid eum inquisd.*

discere. PpPr.abTGwrBEρρ(exc. ξοπρσ)𝔄𝔑—𝔊1. = *dicere.* R = *diceret.*

inmissa est. m𝔊2. 𝔑 — 𝔅1. = *admissa est* ex ci. Erm. ζ = *insulsa est.*

7. 𝔑 — 𝔅 = *incitatio corporis.*

se rapit. PAGwTPr.bRrBEArg.b ρρ (exc. ξ, qui utrumque habet) 𝔄𝔑 — 𝔅 = *serpit.* p = *serpitur.* Pr.a = *scripsit.* De V nihil proditur.

ponere debet. ν = *ponderare debet.* APr.ab = *pedetemptim.*

salva dignitate. Pr.a (cr. ∞) = *falsa dignitate.*

quam violenta ista et nimia. 𝔑 = *Quem violenta* etc. 𝔑 — 𝔅 = *quam violentia ista.* Εηξτ aliquot Mod. = *et inimica.* Lips. ci. = *et mimica.* G(s∞) P1. 3. 4. — *et nimia.* P2. = *et nimia vix.* Col. = *et nimia vis eximit.*

8 Habeat uires magnas, moderatas tamen: perennis sit unda, non torrens. Uix oratori permiserim talem dicendi uelocitatem inreuocabilem ac sine lege uadentem. Quemadmodum enim iudex subsequi poterit, aliquando etiam inperitus et rudis? Tum quoque, cum illum aut ostentatio abstulerit aut adfectus inpetus sui,
9 tantum festinet atque ingerat quantum aures pati possunt. Recte ergo facies, si non uideris istos qui quantum dicant, non quemadmodum quaerunt, et ipse malueris, si necesse est, uel P. Uinicium dicere. Qui itaque? Cum quaereretur *quomodo P. Uinicius diceret*, Asellius ait: *Tractim. nam Geminus Uarius*

8. p = *Habet vires.* V — *Vix oratori — aestimandum* §. 11.

Quemadmodum enim. ℜ — 𝔚 — *enim.*

et rudis. 𝔊1. — 𝔅1.𝔐a = *ac rudis.* p = *et crudis.* Pr.b = *ecrudis.*

Tum quoque, cum. w = *Tunc* etc. 𝔄 = *Tunc ergo, cum.* p — *cum.* r = *illud aut ostentatio.*

abstulerit. π = *extulerit.* 𝔇στ = *obtulerit.*

adfectus inpetus sui. Pr.abT (s. m.) AGwrBEρρ(exc. αιλπυ, qui ∞) Sb P1. 4. Col. Ops. = *effectus imp. sui.* 𝔐 — 𝔅1. = *affectus impotens sui.* Grut. ci. = *affectus impetus vi.* GP1. 3. = *festinet aut ingerat.*

pati possunt. Gγζ𝔇ιμσΘτ P1. 2. 4. Col. + *pati non possunt.*

9. ℜ — 𝔚 = *Recta ergo.*

si non videris. RβλπmP3. mP2. = *si non audieris.*

maluerit. 𝔊1. — 𝔐a + *aliquando,* quod in meorum codd. nullo legitur.

vel P. Vinicium dicere. G = *vel Vinicium P. dicere.* ζ𝔇κπσP1. 4. = *vel per Mucium P. dicere.* τ = *vel per Mutium P. discere.* Cod. Gron. = *vel vicinium publicum dicere.* Gron. ci. = *velut Vinicius Publius dicere* et docet ab inferioris aetatis scriptoribus saepe postpositum esse praenomen. T = *vel P. vicinum dicere.* r = *vel P. Vinicum dicere.* ECol. = *vel P. Vicinium dicere.* υ = *vel poetam Vinicium discere.* o = *vel P. Minutium dicere.* π = *vel P. Iunicium dicere.* ℜ — 𝔚 = *vel P. Vicinium discere.* Etiam Pr.a quidam Erm. P3. = *discere.* 𝔈2. — 𝔅1. + *vel iuxta P. Vinicium dicere* ex ci. Erm. ℜu𝔐a = *velut P. Vinicius dicere* ex ci Lips. 𝔖 = *et ipse malueris — si necesse est vel P. Vinicium dicere.* Sw. explicat: „si necesse est, ut vel P. Vinicium tibi nominem, quem potius sequaris," et putat „consulto quodammodo interruptam esse orationem, quae deinde post istam parenthesin commode sic resumatur et cum superioribus connectatur, *Quidni malis tu sic dicere, quomodo Vinicius?*" Retinui scripturam librorum PpPr.bRABγδεηιλνΘSb Ops. P2. 𝔄𝔊1., quam quodammodo confirmant etiam ii, quos iam laudavi, et opinor *P. Vinicium dicere* insolentius quidem, sed ad morem Graecorum dictum esse pro *in modum P. Vinicii dicere*, de qua structura iam Erm. cogitaverat laudato illo Virgil. Aen. 1, 328. *nec vox hominem sonat.*

Qui itaque? = mss. (exc. GRαβλπτ)𝔄𝔊1.𝔖. αβπτP3.(s.m.)ℜ — 𝔚 = *Quid itaque?* G = *quod itaque.* R = *qui ita quod.* λ = *Quid ita? quia cum quaereretur.* 𝔈2. — 𝔐a — *itaque?*

cum quaereretur. υ = *conquereretur.*

quomodo P. Vinicius diceret. Pr. b + *quomodo publicum. p. vinitius discere t* 𝔐 — 𝔐a — *P. Vinicius.* Reliqui libri servant nomen, sed variant in eo scribendo sicuti supra indicavimus.

Asellius. Pr.aT = *Asellus.*

G(m ∞) — *Tractim — ait.*

Geminus Varius. β = *Geminus Varus.*

ait: Quomodo istum disertum dicatis nescio: tria uerba non potest iungere. Quidni malis tu sic dicere quomodo Uinicius? Aliquis tam insulsus interuenerit quam qui illi singula uerba uellenti, tamquam dictaret, non diceret, ait: *Dic. numquam dicas?* Nam Q. Haterii cursum, suis temporibus oratoris celeberrimi, longe abesse ab homine sano uolo. Numquam dubitauit, numquam intermisit: semel incipiebat, semel desinebat. Quaedam tamen et nationibus puto magis aut minus conuenire. In Graecis hanc licentiam tuleris. nos etiam cum scribimus interpungere adsueuimus. Cicero quoque noster a quo Romana eloquentia exsiluit gradarius fuit. Romanus sermo magis se circumspicit et aestimat praebetque aestimandum. Fabianus uir

Quomodo istum. w = *Q. illum.* *disertum.* pG(s∞) = *desertum.* *dicatis.* A = *dicitis.* E = *non potes iungere.*

10. π + *Et aliquis tam insulsus.* E = *Al. t. insultus.* Pr.a = *Al. tum ins.* T = *Al. inconsultus.* *quam qui illi.* P + *quam qui illis illi.* Pr.bwδεvo + *quam qui illi si illi.* ζ — *qui.* πℭ1. — 𝔐 — *quam.* 𝔄 = *quam illi qui.* *vellenti.* P = *vellem.* *tamquam dict.* ℭ𝔊 = *quamquam dict.* *dictaret, non diceret.* wαβιλξπρτ + *dict. et non dic.* PpPr.bTrGEArg.bδηϑκνσσ = *dicta et non diceret.* *Dic. numquam dicas?* = PpPr.b TrAwGBEArg.b δηνξ: sed aliter distinguunt verba. Pr.a RG (s.m.) w (s.m.) (aliquot ρρ) 𝔄𝔐—𝔖 + *Dic vel numquam dicas.* β = *velim umquam dicas.* μ = *dicit numq. dicas.* Grut. scribere voluit: *Aut dic, vel numquam dicas.*

Nam Q. Haterii = γξ — 𝔖. Ita emendandam corruptam codicum scripturam primus censuit Lips. ad Tac. Ann. IV, 61. 𝔐 = *Namque Haterii.* mℭ2. = *Aterii.* PpAPr.aE = *Namque Heteri.* r = *Namque Hāteri.* P2. = *Namque Hacteri.* Pr.bGP1. Col. 𝔄 = *Namque hereri.* mG = *Namque theri vel huetheri.* T = *Numquam etheri.* Bαβζωλπ = *Namque etheri.* w = *Namque baatheri.* Rell. ρρ = *Namque hereri* vel *hereri.* P3. = *Namque theri.* P4. = *Namque Herennii.* 𝔑 — 𝔅 = *Namque teri.* ℭ1. — 𝔊 = *Namque Echeri.* Edideram *Namque Hateri*, nisi in γ integra legeretur Lipsii scriptura.

PPr.abArg.b𝔄 + *et longe abesse.* Pr.a — *volo.* ε = *Num quid dubitavit? Num quid intermisit.* *Quaedam tamen.* w — *tamen.* 𝔄 — *et nationibus.* Arg.b = *et rationibus.* r = *ac minus convenire.* p = *ut minus convenire.* T = *nisi Graecis hanc litteram tuleris.* *interpungere.* GRζϑκπσ = *interpingere.* Po = *interpugnare.* *adsuevimus (ass.)* = mss. (exc. A Rλ) 𝔄𝔐 — 𝔅𝔖. ARλℭ1. — 𝔐α = *consuevimus.*

11. p + *Cicero quoque noster est.* *exsiluit (exiluit)* = PpPr.bRrBE quidam Pinc. 𝔑 — 𝔅𝔑u𝔐α. AwPr. aTSc 𝔄ℭ1. 𝔖 = *exsilivit (exil.)* GρρSb(?) omnes fere Gr. = *exiliit (exs.)* Arg.b = *exiit.* Quidam Pinc. = *exivit.* 𝔐 — 𝔅1. = *exstitit.* Gϑκλσ + *qui gradibus scene preerat, gradarius.* B eadem addit post *gradarius.* Pr.a = *gradiarius.* mξ + *gradatim loquens.* *se circumspicit.* Arg.b = *se circumscripsit.* *praebetque* = Pp Pr.ab TGwRrB 𝔑—𝔅𝔖. A𝔄ℭ1.—𝔐α = *et praebet.* Rell. n. l. G = *existimandum.* *Fabianus.* ARArg.b = *Faviа-*

egregius et uita et scientia et, quod post ista est, eloquentia quoque disputabat expedite magis quam concitate: ut posses
12 dicere facilitatem esse illam, non celeritatem. Hanc ego in uiro sapiente recipio: non exigo ut oratio eius sine inpedimento exeat. proferatur tamen malo quam profluat. Eo autem magis te deterreo ab isto morbo, quod non potest tibi res ista contingere aliter quam si te pudere desierit. Perfrices frontem oportet et te ipse non audias: multa enim inobseruatus ille cursus fe-
13 ret quae reprehendere uelis. Non potest, inquam, tibi contingere res ista salua uerecundia. Praeterea exercitatione opus est cotidiana et a rebus studium transferendum est ad uerba. Haec autem etiam si aderunt et poterunt sine ullo tuo labore decurrere, tamen temperanda sunt, nam quemadmodum sapienti uiro incessus modestior conuenit ita oratio pressa, non audax. Summa ergo summarum haec erit: tardiloquum esse te iubeo. Uale.

EPISTULA XII. (41.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Facis rem optimam et tibi salutarem si, ut scribis, perseueras ire ad bonam mentem quam stultum est optare, cum possis a te inpetrare. Non sunt ad coelum eleuandae manus nec exorandus aedituus ut nos ad aurem simulacri, quasi magis exaudiri possimus, admittat: prope est a te deus, tecum est,

nus. V = *Famianus.* Pr.a ΥΜ — Ϲ1. = *Fabius.* p + *et expedite.*

quam concitate. GP1. = *quam cogitate.*

facilitatem esse. V — *esse.* G (s∞) γϽ = *felicitatem esse.* ε = *facultatem esse.*

12. *Hanc ego.* P1. 3. ϒ = *Hanc ergo.*

recipio. p = *praecipio.* V = *malo non profluat.* E = *quam effluat.* G(s∞) = *superfluat.* r + *non potest tibi aliter.* ϒ = *quam tibi te pudere.* p = *quam o sit te pudere.*

te ipse. Pr.b = *te ipso.* pwεγοσ = *te ipsum.* ΥϹ1. — ϑα = *ipse te.* G(s∞)ϑξυ = *non audies.*

13. *multa.* P(s.m.) = *multus.* *inobservatus.* Pp = *observatus.* νξοσ = *Non potest unquam.* *transferendum est.* r — *est.*

si aderunt. G = *si ad hoc erit et poterit.*

sine ullo tuo labore. T — *tuo.* B = *labore tuo.* Pr.a = *temperenda est s sunt.*

modestior convenit. r = *mod. venit.* V = *Summa vero summarum.* prw = *tardilocum.*

Lib. IV. Ep. 12. (41.)

w(s∞) = *Facies.* w = *perseveres.* Pr.brwBVArg.b δεημνθου ϒ + *et quam stultum.* G = *Quoniam stultum est.* r = *nec exhortandus aedituus.*

ad aurem = mss. etiam Ss. (exc. EV) ϑ — ϑϽ. ΥϹ1. — ϑα = *ad aures.* VB Gr. n. l.

Pr.b — *simulacri* — *prope est a te.* p = *possimus admitatur.* *a te deus.* rArg.b ητ = *ad te*

intus est. Ita dico, Lucili: sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum obseruator et custos. hic prout a nobis tractatus est, ita nos ipse tractat. Bonus uero uir sine deo 2 nemo est. An potest aliquis supra fortunam nisi ab illo adiutus exsurgere? Ille dat consilia magnifica et erecta. In unoquoque uirorum bonorum

quis deus incertum est, habitat deus.

Si tibi occurrit uetustis arboribus et solitam altitudinem egressis frequens lucus et conspectum coeli densitate ramorum aliorum alios protegentium submouens: illa proceritas siluae et secretum loci et admiratio umbrae in aperto tam densae atque continuae fidem tibi numinis facit. Et si quis specus saxis penitus exesis 3 montem suspenderit, non manu factus, sed naturalibus causis in tantam laxitatem excauatus, animum tuum quadam religionis suspicione percutiet. Magnorum fluminum capita ueneramur. subita ex abdito uasti amnis eruptio aras habet. eoluntur aqua-

deus. p = *an te deus.* R = *abs te deus.*

intus est. Pr.a αβιπ = *in te est.*

intra nos. R = *inter nos.*

spiritus sedet. Pr.b = *spiritus s&&.* νϽ = *sp. est, sed et.*

observator et custos. p — *et.*

bonorumque. Pr. a = *bonorum quoque.*

tractatus est. G(s∞)Pr.a = *tractus est.* αγο = *tractatur.* T = *tractandus est.*

ipse tractat. p = *ipse tractatur.*

2. *Bonus vero vir* = mss. etiam Gr. (exc. G P1. 4. qui = *B. enim vir.*) ℜ — 𝔅. 𝔄𝔊1. — 𝔖 — *vero.*

An potest. p — *An.*

et erecta. PpRrArg.b 𝔊1.—𝔊 = *et recta.* quod ut reciperem, non multum aberam. Sed cf. Ep. 74, 28. *magni spiritus est et erecti.* et ad Ep. 9, 11. Rell. mss. 𝔄ℜ—𝔖∞.

quis deus. P2. Col. — *deus.*

habitat deus. AsGR P3. 4. = *habitet.* V𝔊1. + *habitat tamen.* Pr.aATGRrB P1.3.4. Sc𝔄ℜu — *deus.*

occurrit. pRεοπ = *occurrerit.*

vetustis. P + *ut vetustis.* r + *in vetustis.*

egressis. p𝔄 = *egressus.*

frequens lucus. Pr.a — *frequens.* p = *conspectu coeli.*

densitate ramorum = G (aliquot ρρArg.bB)𝔄ℜ — 𝔖. rt = *umbra ramorum.* quam vocem A ponit ante *submovens,* Rεου post idem verbum. PpPr.abTEεμνξΘο — *densitate.* quod vocabulum, cum absit a libris optimis, vix potest sanum esse. V = *ramis aliis alios protegentibus.*

aliorum alios. A = *altorum alios.* Pr.b = *alienorum alios.*

submovens. p = *submovent ur.* ℜ = *submovere.*

G(s∞)γ𝔉κοπτ = *secretum luci.* A = *in operto.*

tam densae. Pr.a = *tam dempsae.* Pr.b = *tandensae.* 𝔄 + *silvae condensae.* B = *et continuae.* Pr.b = *fidem tibi nominis.* R = *numinis faciet.*

3. p = *laxitantem et cavatus.* B = *altitudinem excavatus.* P = *religionis suspicionem.*

Magnorum flununum. Pr.a haec collocat inter *eruptio* et *aras.*

veneramur. E = *veremur.* 𝔄 = *venerantur.*

subita ex abdito. GsR Pall. (BEV ρρ) ℜ — 𝔅2 — 𝔅1. 𝔐a + *subita et ex abdito.* G + *vasti maris vel amnis.* P = *aquarum caelentium.*

rum calentium fontes et stagna quaedam uel opacitas uel inmensa
4 altitudo sacrauit. Si hominem uideris interritum periculis, intactum cupiditatibus, inter aduersa felicem, in mediis tempestatibus placidum, ex superiore loco homines uidentem, ex aequo deos: non subibit te eius ueneratio? non dices: Ista res maior est altiorque quam ut credi similis huic in quo est corpusculo possit? Uis istuc diuina descendit. Animum excellentem, moderatum, omnia tamquam minora transeuntem, quicquid ti-
5 memus optamusque ridentem, coelestis potentia agitat. Non potest res tanta sine adminiculo numinis stare: itaque maiore sui parte illic est unde descendit. Quemadmodum radii solis contingunt quidem terram, sed ibi sunt unde mittuntur: sic animus magnus ac sacer et in hoc demissus ut propius diuina nossemus conuersatur quidem nobiscum, sed haeret origini suae: illinc pendet, illuc spectat ac nititur, nostris tamquam melior interest.
6 Quis est ergo hic animus? qui nullo bono nisi suo nitet. Quid enim est stultius quam in homine aliena laudare? quid eo dementius qui ea miratur quae ad alium transferri protinus possunt?

stagna quaedam. GƧκπστ P1. 3. 4. Col. ℜ — 𝔅 = *stagna quae.* quod probat Grut. γζ + *st. quaedam quae.*

4. *intactum.* Arg.b = *intectum.* T = *intentum.* mT + *non.* w — *inter adversa — tempestatibus.* Pr. b = *inter diversa.*

tempestatibus. Sb (tac. Oberl.) = *temptationibus.*

placidum. Arg.b = *quietum.*

subibit te. Pr.a = *subiit te.* ℜ — 𝔅 = *subit te.* BV — *te.* Pr.b = *obtamusque.*

5. P = *numini stari.* A = *numinis ministrari.*

animus magnus. w = *an. sanctus.*

ac sacer = PpPr.abATGwℜ—𝔅. RrΧ€1. — 𝔖 = *et sacer.* Rell. n. l.

ut propius. p = *propitius.* Pp Pr.abTRGwBEVΧℜ — 𝔊 + *quidem.* quod ex proximo versu videtur temere huc translatum.

nossemus. Gγζƨικστ = *noscemus.* ℜ — 𝔅 = *noscamus.*

haeret origini suae. Pr.b = *h. originis s.* Gγƨικζπστ = *adhaeret or. s.*

Illinc pendet. Pr.a = *Illuc splendet.*

ac nititur. p = *hanc nititur.*

Quis est ergo hic animus? p = *Quis est ergo hinc?* A = *Quo ergo hic?*

nisi suo nitet = mss. (exc. GB P1. 3.) Χℜ — ℜ. B = *nitetur.* nisi forte = *nitet?* GP1. 3. ℭ — 𝔖 = *nititur.* quod videtur librariorum esse ad praecedens *nititur* hoc quoque vb. emendantium. mCol. = *utitur.*

6. *Quid enim est* = mss. Χℜ — GroS. 𝔅1. — 𝔐a — *enim.*

quam in homine. P = *quamquam in h.* p = *q. in hominem.*

quae ad alium = PpPr.bTAwRr γδεηιλμξΘℜ — 𝔅𝔖. νο = *quae ad aliud.* Βαβπ = *quae ad alienum.* Pr.a = *quae in alienum.* G(Arg.b BEV rell. ρρ) €1. — 𝔐a = *quae in alium.*

protinus possunt = mss. ℜ—𝔅. Χ€1. — 𝔖 = *p. possint.*

Non faciunt meliorem equum aurei freni. Aliter leo aurata iuba mittitur, dum contractatur et ad patientiam recipiendi ornamenti cogitur fatigatus, aliter incultus, integri spiritus. Hic scilicet inpetu acer, qualem illum natura esse uoluit, speciosus ex horrido, cuius hic decor est non sine timore adspici, praefertur illi languido et bracteato. Nemo gloriari nisi suo debet. Uitem 7
laudamus, si fructu palmites onerat, si ipsa pondera ad terram eorumque adminicula deducit. Num quis huic illam praeferet uitem cui aureae uuae, aurea folia dependent? Propria uirtus est in uite fertilitas: in homine quoque id laudandum est quod ipsius est. Familiam formosam habet et domum pulchram, multum serit, multum fenerat: nihil horum in ipso est, sed circa ipsum. Lauda in illo quod nec eripi potest nec dari, quod pro- 8
prium hominis est. Quaeris quid sit? Animus et ratio in animo perfecta. Rationale enim animal est homo: consummatur

aurei freni. Pr.b (cr. ∞) = *aurei frena.* νσ = *aurea frena.*

aurata iuba mittitur = PpPr. bΓAB (s.m.) EeVβδηινοσυ Sb P2. Ops. Mod. 𝔖. i. e. ad spectaculum. cf. Ep. 70, 20. *ad matutinum spectaculum missus.* Pr.aG (aliquot ρρ) P1. 3. 4. 𝔑 — 𝔚ℭ — 𝔐α = *de mittitur.* B (p.m.) Col. = *aur. iuba nititur.* Rrαπ Sc quidam Erm. 𝔄 = *aurata* (𝔄 = *aurea*) *iuba dimittitur.* quod praefert P. Faber Sem. II, 7. τ = *aur. i. inmittitur.* Quidam Erm. 𝔊1. = *aur. i. innititur.* w = *a. i. inicit.* 𝔊2. — 𝔐 = *a. i. nitet* ex ci. Erm.

contractatur. Pr.bArg.b (Sb∞) = *cum tractatur.* Pr.a αγΘπ Sc = *contrahitur.* r = *tractatur.* Awλ ξομπ 𝔄 = *contrectatur.*

ornamenti = PpPr.bGwRrEρρ. APr.aT(BV Arg.b) 𝔄𝔐 — 𝔖 = *ornamenta.* 𝔄 = *integer spiritus.* E + *Et hic scilicet.*

inpetu acer. P — *inpetu.*

illi languido. Pr.abβδμυ = *illo languido.* Arg.b = *ille lang.* 𝔊 = *illi languitudo*, unde P. Faber ci. = *illi languidulo.*

Pp Pr.b = *bratteato.* APr.a = *brateato.*

7. *nisi suo.* Gαγεζϑxλπτυ P1. 3. 4. Col. + *nisi de suo.* 𝔄 + *nisi in suo.*

si ipsa pondera ad terram eorumque adminicula deducit = ν. Rell. mss. 𝔄𝔑 — 𝔊1. = *si ipsa pondera ad terram eorum quae* [*que*] *tulit* [𝔄 = *tulerit*] *adminiculo* [r∞] *deducit.* Haec scriptura inde videtur orta esse, quod librarius quidam *que* Pron. esse putabat atque ad uitem respiciens addidit *tulit.* Idem vel alius deinde *adminicula* mutavit in *adminiculo*, sive Instrumenti Ablativum volebat esse, sive referebat ad *deducit*, ut esset *de adminiculo.* 𝔊1. — 𝔖 = *si ipsa ad terram, ponderе eorum quae tulit, adminicula deducit.*

Num quis. Sb (tac. Oberl.) 𝔖 = *Nam quis.* γ = *Num quid.*

praeferet. Ap Arg.bυ 𝔊1. — 𝔊 = *praeferret.* GEν nonnulli ρρ = *praefert.*

uitem. Pr.a = *vitam.*

Familiam formosam. 𝔊2. — 𝔐 = *F. pulchram.* A = *multum faenerat.*

8. *Lauda in illo* = PAGw(w + *et lauda*) Pr.abTBρρ (exc. γχ) 𝔑 — 𝔚𝔖. r = *Laudo in illo.* μR (EV) 𝔄𝔊 1. — 𝔐α = *Lauda in ipso.*

nec eripi potest. Pr.a 𝔑 — 𝔚 = *nec eripi possit.*

in animo perfecta. αβδεμνΘπ𝔄𝔐 — 𝔚 = *in animo perfecto.* V = *in animu perfecta.*

itaque bonum eius, si id inpleuit cui nascitur. Quid est autem quod ab illo ratio haec exigat? Rem facillimam: secundum naturam suam uiuere. Sed hanc difficilem facit communis insania: in uitia alter alterum trudimus. quomodo autem reuocari ad salutem possunt quos nemo retinet, populus inpellit? Uale.

L. ANNAEI SENECAE
AD LUCILIUM
EPISTULARUM MORALIUM
LIBER V.

EPISTULA I. (42.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Iam tibi iste persuasit uirum se bonum esse? Atqui uir bonus tam cito nec fieri potest nec intellegi. Scis quem nunc uirum bonum dicam? huius secundae notae. nam ille alter fortasse tamquam phoenix semel anno quingentesimo nascitur. nec est mirum ex interuallo magna generari. Mediocria et in turbam nascentia saepe fortuna producit: eximia uero ipsa raritate com-
2 mendat. Sed iste multum adhuc abest ad eo quod profitetur. et si sciret quid esset uir bonus, nondum esse se crederet, fortasse etiam fieri posse desperaret. At male existimat de malis. Hoc etiam mali faciunt: nec ulla maior poena nequitiae est quam quod sibi ac suis displicet. At odit eos qui subita et magna poten-

si id inplevit. T = *sed id implevit.* Arg.b = *si id impletur.* G B = *si ad implevit.* P3. = *si id implet.* ϧσσ (E) P1. ϰ𝔈1. = *si id ad implevit.* απ = *si id ad impletur.* P4. = *si id adimplet.* Rell. ∞.

exigat = mss. ℜ — 𝔅. ϰ𝔈1. — 𝔖 = *exigit.*

trudimus. πϰ = *tradimus.*

quomodo autem. π = *quom. ergo.*

Lib. V. Ep. 1. (42.)

A = *Quam tibi iste pers.* 𝔄t = *Nam tibi iste.* ν = *An tibi iste.*

r = *cito fieri non potest.*

V — *Scis quem — notae. nam.*

huius sec. notae. Sw. malebat *hunc*, cui opponeretur *ille alter.*

p = *anno quintesimo.* Pr.b = *intervallo magno genera.*

G = *in turba nasc.* AR mP3. = *ipsa raritas comm.* Quidam Erm. = *commendant.* quod ipsum voluit legere aut *commendantur.*

2. *fortasse etiam.* G = *f. enim.*

sibi ac suis. Rℜ — 𝔅 = *s. et s.*

At odit eos. sP = *Et od. eos.* ϰ = *ac od. eos.*

tia inpotenter utuntur. Idem faciet, cum idem potuerit. Mul- 3
torum, quia inbecilla sunt, latent uitia non minus ausura, cum illis uires suae placuerint, quam illa quae iam felicitas aperuit. Instrumenta illis explicandae nequitiae desunt. Sic tuto serpens etiam pestifera tractatur, dum riget frigore: non desunt tunc illi uenena, sed torpent. Multorum crudelitas et ambitio et luxuria ut paria pessimis audeat fortunae fauore deficitur. Eadem uelle 4
cognosces: da posse quantum uolunt. Meministi, cum quemdam adfirmares esse in tua potestate, dixisse me uolaticum esse ac leuem et te non pedem eius tenere, sed pennam? Mentitus sum: pluma tenebatur, quam remisit et fugit. Scis quos postea tibi exhibuerit ludos, quam multa in caput suum casura temptauerit? Non uidebat se per aliorum pericula in suum ruere: 5
non cogitabat quam onerosa essent quae petebat, etiamsi superuacua non essent. Hoc itaque in his quae adfectamus, ad quae labore magno contendimus, inspicere debemus aut nihil in illis commodi esse aut plus incommodi. Quaedam superuacua sunt, quaedam tanti non sunt. Sed hoc non prouidemus et gratuita nobis uidentur quae carissime constant. Ex eo licet stupor no- 6

inpotenter. V𝔊1. — 𝔐 = *insolenter.*

3. *faciet — potuerit.* PPr.brevσσ Arg.b = *facient — potuerint* (Pr. b = *potuerunt.*) 𝔄𝔊1. — 𝔖 = *poterit.* contra mss.

inbecilla. 𝔐 = *imbecilli.* R pars Gr. Arg.b (s.m.) 𝔄𝔊1. — 𝔖 = *imbecillia.* Sed 𝔓4. ∞. vid. Ind.

tuto serpens. Pr.b𝔄 = *tutus s.* Pr.a + *tuto desunt serp.* μν + *tutus etiam serp.* η = *puto serp.* νο = *pestifer attrectatur.*

dum riget = mss. 𝔄𝔐 — GroS. 𝔅1. — 𝔐α = *cum rig.*

R𝔐 — 𝔗 = *Nec desunt tunc.* BV — *tunc.*

g = *et luxuriae.*

𝔐 = *ne paria pess.* Pr.b = *paria pessimus.* 𝔄 = *ubi parta pessimis* om. *audeat.* R = *audeant.*

deficitur. g = *deficit.* Aw = *efficitur.* Sb (tac. Oberl.) = *decipitur.* 𝔄 = *desunt.*

4. *velle cognosces* = gV(Sb?) 𝔐 — 𝔅. Pp Pr.abTrBEArg.b + *velle subaudis cognosces.* w + *velle si subaudis cognosces.* A + *velle si auderent cognosces.* α δημνξΘου + *velle subinde cogn.* R𝔄𝔊1. — S + *velle eos cogn.* G — *cognosces.* quod num sanum sit vide.

volunt. g = *volent.* cr. ∞.

quemdam adfirm. p = *quando adf.* g = *quondam adf.* T = *at volat. esse et lev.*

pennam. Pr.b = *pinnam.* Pr.a = *puta.* w antiquiores ρρ = *ac fugit.* B = *sibi exh. ludos.* V — *tibi.*

5. *Non videbat.* A = *Non vi. etiamsi superv.* V — *etiam.*

Hoc itaque. T = *Hoc utique.* G = *in ipsis quae adf.*

ad quae. P = *at quae.* ATGgRr BEArg.b𝔄𝔐 = *atque.*

Sed hoc non = PPr.abTgBEαγδ εζηϑκμνξΘπστυSb. pAGwRr𝔄𝔐 — 𝔖 = *Sed haec non.* Ita mutatum propter Plur., quae antecedunt et subsequuntur. Rell. n. l.

providemus. APr.b TEγδεζημνξΘ οσSb 𝔊2. — 𝔊 = *pervidemus.* Pr.a 𝔐 = *praevid.*

carissime. P = *carissimae.* Pr.

ster adpareat quod ea sola putamus emi pro quibus pecuniam soluimus: ea gratuita uocamus pro quibus nos ipsos inpendimus. Quae emere nollemus, si domus nobis nostra pro illis esset danda, si amoenum aliquod fructuosumue praedium: ad ea paratissimi sumus peruenire cum sollicitudine, cum periculo, cum ia-
7 ctura pudoris et libertatis et temporis. Adeo nihil est cuique se uilius. Idem itaque in omnibus consiliis rebusque faciamus quod solemus facere, quotiens ad institorem alicuius mercis accessimus: uideamus hoc quod concupiscimus quanti deferatur. Saepe maximum pretium est pro quo nullum datur. Multa possum tibi ostendere quae adquisita acceptaque libertatem nobis extorserint:
8 nostri essemus, si ista nostra non essent. Haec ergo tecum ipse uersa, non solum ubi de incremento agetur, sed etiam ubi de iactura. Hoc periturum est? nempe aduenticium fuit: tam facile sine isto uiues quam uixisti. Si diu illud habuisti, perdis postquam satiatus es: si non diu, perdis antequam adsuescas. Pecuniam minorem habebis? nempe et molestiam: gratiam minorem? nempe et inuidiam. Circumspice ista quae nos agunt in insaniam, quae cum plurimis lacrimis amittimus: scies non damnum in his molestum esse, sed opinionem damni. Nemo illa perisse sentit, sed cogitat. Qui se habet nihil perdidit: sed quoto cuique habere se contigit? Uale.

bgδμ𝔄 = *carissima.* voσ = *carissimo.*

6. *ea gratuita* = PpPr.abTRrw BVArg.b 𝔄𝔑 — 𝔑. Agℓ — 𝔖 = *et gr.* G = *etiam* gr. Rell. n. l. P= *vocemus.* Pr.b 𝔑 = *emere nolemus.*

paratissimi. Tv𝔄𝔊1. — 𝔑 = *parati.*

7. *se vilius.* Arg.b = *servilius.*

quotiens. BV = *cum.*

institorem. p = *institienstitorem.*

deferatur. A = *differatur.*

r = *magnum pretium.* P2. = *maximi est* (p.m. *esse*) *pretii.* quod ci. Steph. Prood. II, 4. Grut. ci. = *maximum pretio.*

pro quo. p — *quo.*

extorserint = Pp Pr.abATgrδζ𝔉t μνξoσ. Rw(BEVArg.b rell.pp)𝔄𝔑—𝔖 = *extorserunt.*

8. εΘoσ = *Hoc ergo.*

tecum ipse versa. 𝔄 — *tecum.* R — *ipse.*

ubi de incr. w(s.m)𝔊1. = *ibi de incr.*

sed etiam ubi de iactura. gB𝔊1. 2. — *ubi.* GP1. 4. — *etiam.* P2. = ∞ *deiectatur.* E — *vives.* 𝔄 = *vive.*

B = *sicut vixisti.* Pr.b = *quam iussisti.*

Si diu illud. A — *illud.*

perdis postq. 𝔊1. — 𝔊 = *perdidisti p.*

perdis anteq. A = *perdes a.* 𝔄 = *perideris a.* Pr.a = *Nemo illa perire.*

nihil perdidit. εo = *n. perdit.*

T + *sed e quoto.* G(m∞)P1.𝔉πτ = *sed opto cuique* ∞ *contingat.* g = *sed quod cuique.* P2. = *sed quanto cuique.* Arg.b = *sed id quo cuique.*

Pr.bgVP2. 3. Col. 𝔄𝔑 — 𝔖 = *contingit.*

EPISTULA II. (43.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Quomodo hoc ad me peruenerit quaeris, quis mihi id te cogitare narrauerit quod tu nulli narraueras? Is qui scit plurimum, rumor. Quid ergo? inquis, tantus sum ut possim excitare rumorem? Non est quod te ad hunc locum respiciens metiaris: ad istum respice in quo moraris. Quicquid inter uicina eminet magnum est illic ubi eminet. Nam magnitudo habet modum certum: conparatio illam aut tollit aut deprimit. Nauis quae in flu- 2
mine magna est in mari paruula est: gubernaculum quod alteri naui magnum est alteri exiguum est. Tu nunc in prouincia, licet contemnas ipse te, magnus es: quid agas, quemadmodum coenes, quemadmodum dormias quaeritur, scitur. Eo tibi diligentius uiuendum est. Tunc autem felicem esse te iudica, cum poteris in publico uiuere, cum te parietes tui tegent, non abscondent, quos plerumque circumdatos nobis iudicamus non ut 3
tutius uiuamus, sed ut peccemus occultius. Rem dicam ex qua mores aestimes nostros: uix quemquam inuenies qui possit aperto ostio uiuere. Ianitores conscientia nostra, non superbia obposuit. Sic uiuimus ut deprehendi sit subito adspici. Quid au- 4
tem prodest recondere se et oculos hominum auresque uitare?

Lib. V. Ep. 2. (43.)

id te cog. P — *id.* G = *narraveris.*

Quid ergo. P1. 4. Col. = *Quis ergo.* r = *non est quo te.*

habet modum certum. sRsλ cod. quidam Erm. 𝔐 — 𝔐a + *non habet.* Pr.aβ = *h. locum c.* γ = *h. m. incertum.* P3. = *h.* (s *non*) *modicum c.* Rell. etiam Gr. Ops. Ss. ∞. sed aliquot codd. recentiores et edd. = *certum modum.*

illam aut tollit. P — *illam.* Gro — 𝔐a = *illum.* w = *i. a. extollit.* E = *i. a. attollit.*

2. *parvula.* V = *parva.*

T vbb. *gubernaculum — exiguum est.* collocat post *magnus est.*

P4. — *navi.*

magnum est. pPr.abAw 𝔄𝔊 2. — 𝔅1. — *est.*

Eo tibi diligentius. PPr.abBEP1. 2.ρρ (exc. ζχσ) 𝔄𝔑 — 𝔊1. + *Eo tibi die dil.* aut *Eo die tibi dil.* σ + *Eo tibi hodie dil.* Lips. ci. = *tibi dein dil.* aut *tibi, dico, dil.* Cod. Franc. Pinc. = *Quanto diligentius vita tua, pro honoris fastigio quaeritur, tanto tibi diligentius vivendum est.*

Tunc autem. 𝔄𝔊1. — ℭ — *autem. fel. esse te.* R — *esse.*

parietes. E = *parent es.*

3. *iudicamus.* G𝔄𝔑 — 𝔅 = *vendicamus.* βδεζϑχλμνΘοπρσ = *vindicamus.*

Rem dicam. g — *dicam.*

mores aestimes. recentiores ρρ Sb (tac. Oberl.) c 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖 = *m. existimes.*

sup. obposuit. RαβCol. P3. (s.m.) = *sup. composuit.* swη = *sup. apposuit.*

4. p = *Sic vivamus ut.*

Quid autem prodest. BV — *autem.* 𝔅1. — 𝔐a = *Q. a. potest.* 𝔑 = *Q. a. prodere.*

Bona conscientia turbam aduocat, mala etiam in solitudine anxia atque sollicita est. Si honesta sunt quae facis, omnes sciant, si turpia, quid refert neminem scire cum tu scias? O te miserum, si comtemnis hunc testem! Uale.

EPISTULA III. (44.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Iterum tu mihi te pusillum facis et dicis malignius tecum egisse naturam prius, deinde fortunam: cum possis eximere te uolgo et ad felicitatem hominum maximam emergere. Si quid est aliud in philosophia boni, hoc est quod stemma non inspicit. Omnes, si ad originem primam reuocantur, a dis sunt. Eques Romanus es et ad hunc ordinem tua te perduxit industria: at
2 mehercules multis quatuordecim clausi sunt. Non omnes curia admittit: castra quoque quos ad laborem et periculum recipiant fastidiose legunt. Bona mens omnibus patet, omnes ad hoc sumus nobiles. Nec reicit quemquam philosophia nec eligit: omnibus lucet. Patricius Socrates non fuit. Cleanthes aquam traxit et rigando horto locauit manus. Platonem non accepit no-
3 bilem philosophia, sed fecit. Quid est quare desperes his te posse fieri parem? Omnes hi maiores tui sunt, si te illis geris dignum: geres autem, si hoc protinus tibi persuaseris a nullo te nobili-

Lib. V. Ep 3. (44.)

Iterum tu. TX — *tu.*

te pusillum. Pr.b = *tempus illum.* X + *cum non possis.*

felicitatem hominum = mss. etiam Gr. (exc. P4.?) Ss. XR — G. MR — S = *fel. omnium.* Pr.a+ *si quid non est aliud.*

reuocantur = mss. (exc. Pr.a) XR — BS. G1. — Ma = *reuocentur.* Pr.a = *reuocamur.*

ad hunc ordinem. p — *ordinem.* v = *ad hoc.* Pr.aR = *te produxit.*

industria. mG1. = *cura.* Pr.a TRr = *mehercule.* BR = *mehercle.* V — *at meh.*

P2. — *quatuordecim.*

clausi sunt. swβδετλοπρσ P2.3. Col. XR — R + *gradus cl. s.* p Pr.abTAG = *clausa sunt.* Arg.b= *clusa sunt.* S = *clusi sunt.* E= *inclusa sunt.*

2. G = *non omnis.* R = *castraque.* Pr.a = *claustra quoque.* R — B = *pericula.*

recipiant = PpPr.b AGRE fere omnes et qnidem antiquiores ρρ Sb R — BS. TwrPr.aXG1. — Ma = *recipiunt.* Rell. n. l. Pr.a= *huc sumus nob.* G1. — G = *Nec r. quempiam.* A = *nec elegit.* V = *nec eliget.*

omnibus lucet. Pr.a = *o. licet.* X = *o. libet.* w = *patet o.* r = *o. patet.*

traxit. p = *traduxit.*

horto = PpAPr.aBVρρB. RTSbR — T = *orto.* X = *hortos.* GSc = *ortos.* Pr.br(E) G1. — S = *hortulo.*

3. P2. + *Omnes hi parem* (n.) G(n.) P1.3. Col. + *mai. tui non sunt.*

site illis. X = *sed te illis.* R = *geres dignum.*

protinus tibi. AGw Pr.abTER —

Ita longius ab effectu eius quod petunt semper abscedunt et quo plus operae inpenderunt hoc se magis inpediunt et feruntur retro. Quod euenit in labyrintho properantibus: ipsa illos uelocitas inplicat. Uale.

EPISTULA IV. (45.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Librorum istic inopiam esse quereris. Non refert quam multos, sed quam bonos habeas: lectio certa prodest, uaria delectat. Qui quo destinauit peruenire uult unam sequatur uiam, non per multas uagetur: non ire istuc, sed errare est. Uellem, inquis, magis libros mihi quam consilium dares. Ego uero quoscumque habeo mittere paratus sum et totum horreum excu-
2 tere. me quoque isto, si possem, transferrem, et nisi mature te finem officii sperarem inpetraturum, hanc senilem expeditionem indixissem mihi nec me Charybdis et Scylla et fabulosum istud fretum deterrere potuissent. Tranassem ista, non solum traiecissem, dummodo te conplecti possem et praesens aestimare
3 quantum animo creuisses. Ceterum quod libros meos tibi mitti

effectu. 𝔅1.𝔑u = *affectu.*

abscedunt. Pr.a= *ascendunt.* Pr.aV = *plus operis.*

inpenderunt = Pp Pr.ab ATRw sGBEαβδϑζηιλμνξΘοπ P2. Ops. 𝔑—𝔅 𝔖. Rell.=*impendunt.* p—*hoc se magis inpediunt.*

et feruntur. 𝔐 — *et.* Pr.abAT wGR = *labe rintho* vel *laberinto.* Asw = *ipsa nos velocitas.* p = *inplicatur.*

Lib. V. Ep. 4. (45.)

non ire istuc = PpPr.aTB. Rell. = *n. i. istud.* Sed ρρ Arg.bEV n. l.

libros — consilium = Rλ P3. ci. Pinc. 𝔑 — 𝔅𝔊 — 𝔖. Rell. = *consilium — libros.* εν = *Velle me inquis magis consilium tibi quam libros dare.* quam scripturam veram esse mihi persuasi, sed in contextum recipere non sum ausus, cum *inquam* non nisi cum recta oratione soleat coniungi. (vid. I. M. Heusing. Obss. Antib. cap. 5. p. 472. I. F. Heus. ad Cic. Off. III, 11, 11. Drkb. ad Liv. XXIII, 45, 6. Interprett. ad Curt. IV, 6, 12.) Facile *e* in *me* poterat absorberi ab sequenti *inquis:* iam vero cum legeretur *Vellem, mihi* erat mutandum in *tibi* et *dare* in *dares.* Haec emendatio cum facilis videretur, facta est a plerisque librariorum: at *libros* et *consilium* suis locis reliquerunt omnes praeter Rλ (P3.). Accedit quod *mihi,* quoniam erat illi *tibi* impositum, apud alios alio loco legitur: plerique ponunt post *libros,* sed 𝔑 — 𝔅 Pp post magis. et p integrum servat *dare,* Pr.a autem scribit *darem.*

2. p = *maturem te.* m𝔊 2. 𝔐 = *sperarem impleturum.* w B = *illud fretum.*

potuissent. Rηπ(BV)𝔊1. — 𝔐a = *potuisset.* Rell. etiam Arg.bc ∞.

tranassem. Recentiores ρρ = *transnassem.* G = *transneassem* (*e* n.) 𝔇 = *transmeasses.* rζτ (BEV) 𝔄𝔊 1. — 𝔖 = *transnatassem.* Rell. ∞. Col. = *complecti potuissem.* G=*praesens existimare.*

desideras, non magis ideo me disertum puto quam formosum putarem, si imaginem meam peteres. Indulgentiae scio istud esse, non iudicii. et si modo iudicii est, indulgentia tibi inposuit. Sed qualescumque sunt, tu illos sic lege tamquam uerum quaeram adhuc, non sciam, et contumaciter quaeram. Non enim me cuiquam emancipaui, nullius nomen fero: multum magnorum uirorum iudicio credo, aliquid et meo uindico. Nam illi quo- 4
que non inuenta, sed quaerenda nobis reliquerunt: et inuenissent forsitan necessaria, nisi et superuacua quaesissent. Multum illis temporis uerborum cauillatio eripuit et captiosae disputationes quae acumen inritum exercent. Nectimus nodos et ambiguam significationem uerbis inligamus ac deinde dissoluimus. Tantum nobis uacat? Iam uiuere, iam mori scimus? Tota illo mente pergendum est ubi prouideri debet ne res nos, non uerba, decipiant. Quid mihi uocum similitudines distinguis, quibus ne- 5
mo umquam nisi dum disputat captus est? Res fallunt: illas discerne. Pro bonis mala amplectimur: optamus contra id quod optauimus. pugnant uota nostra cum uotis, consilia cum consiliis. Adulatio quam similis est amicitiae: non imitatur tantum illam, sed uincit et praeterit. apertis ac propitiis auribus recipitur et in praecordia ima descendit, eo ipso gratiosa quo laedit.

3. *disertum.* pPr.a = *de sertum.* p = *indulgentiam.* Pr.a = *scio illud esse.*

bGP1. 3. 4. = *et si modo iudicium est.* P3. = *tu illos sic leges.*

emancipavi = mss. etiam Gr. Gron. Arg.bc all. exc. P4. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔑u—𝔖. P4. 𝔊1. — 𝔅1. = *mancipavi.*

aliquid et meo vindico. P1. (3. p.m.) 4. Col. = *al. ex meo vend.* Col. (s.m.) = *al. ex in eo vend.* T = *al. et meo iudicio.*

4. b = *Nam illa quoque.* R = *forte necessaria.*

supervacua = mss. (exc. Sc?) 𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔄𝔊 1. — 𝔐a = *superflua.* quod vocabulum apud Senecam antiquiores et meliores libri mss. nusquam ferunt, impressi frequentius exhibent. w𝔑 — 𝔅 = *illis temporibus.*

cavillatio. GRPr.aαβζιχλπτ P1. 3. 4. Col. 𝔑 — 𝔅 + *et deceptio.*

et captiosae. Pr.bAGwrArg.bE𝔄𝔑 — 𝔅𝔖 — *et.*

inligamus. P4. 𝔄 = *alligamus.* RoG 1. — 𝔐a = *alligamus.* Rell. etiam Ops. Gr. ∞.

ac deinde. P1. 2. 3. 4. 𝔄𝔊1. — 𝔐a — *ac.* Pr.a = *ad deinde.*

dissolvimus. Pr.a = *solvimus.* G(s∞)R + *et iam mori.* V — *iam mori — scimus.* G = *mente per agendum est.*

5. γο = *vocum dissimilitudines.* b = *nisi cum disputat.* 𝔄 𝔊1. 2. 𝔊 = *nisi qui disp.* 𝔊 = *nisi quid disp.*

Res fallunt. Pr.bμ = *Res stillant.* ν = *restillant.*

ac propitiis = PpAPr.bTB 𝔄𝔑 — 𝔊. RrGw𝔑 — 𝔖 = *et prop.* Rell. n. l. p = *eo ipsa gratiosa.* A = *eo ipso generosa.*

quo laedit. Col. = *quod l.* Palat. (?) + *quo de laedit.* R = *quo decipit.*

6 Doce quemadmodum hanc similitudinem possim dinoscere: uenit ad me pro amico blandus inimicus. uitia nobis sub uirtutum nomine obrepunt. temeritas sub titulo fortitudinis latet. moderatio uocatur ignauia. pro cauto timidus accipitur. In his ma-
7 gno periculo erramus. his certas notas inprime. Ceterum qui interrogatur an cornua habeat non est tam stultus ut frontem suam temptet, nec rursus tam ineptus aut hebes ut nesciat, si tu illi subtilissima collectione persuaseris. Sic ista sine noxa decipiunt quomodo praestigiatorum acetabula et calculi in quibus me fallacia ipsa delectat. effice ut quomodo fiat intellegam:
8 perdidi usum. Idem de istis captionibus dico: quo enim nomine potius *sophismata* adpellem? nec ignoranti nocent nec scientem iuuant. Si utique uis uerborum ambiguitates diducere, hoc nos doce beatum non eum esse quem uolgus adpellat, ad quem pecunia magna confluxit: sed illum cui bonum omne in animo est,
9 erectum et excelsum et mirabilia calcantem, qui neminem uidet cum quo se conmutatum uelit, qui hominem ea sola parte aestimat qua homo est, qui natura magistra utitur, ad illius leges conponitur, sic uiuit quomodo illa praescripsit, cui bona sua nulla uis excutit, qui mala in bonum uertit, certus iudicii, inconcussus, intrepidus, quem aliqua uis mouet, nulla perturbat, quem fortuna cum quod habuit telum nocentissimum ui maxima intorsit

6. *hanc similitudinem.* A = *istam sim.* π = *hanc dissimil.* VCol. = *virtutum specie.* *obrepunt.* p = *obrepuit.* Pr.b (cr. ∞) *obripuit.* αβελπ𝔄 = *subrepunt.* AR = *surrepunt.* p = *lateat.* *erramus* = mss. 𝔄𝔑 — 𝔙𝔖. 𝔊1. — 𝔐a = *erratur.*

7. Pr.a = *interrogatus.* R = *an cornua habet.* *ut nesciat.* 𝔊1. — 𝔐a + *ut non habere se nesciat.* ex ci. Erm. w — *nesciat.* *si tu illi* = PpER (R + *tu tamen*) rl'2. Col. 𝔑𝔐𝔖. 𝔗 — 𝔙 — *illi.* A Sc𝔄 = *an illi.* 𝔊1. — 𝔐a = *quod tu illi.* ex ci. Erm. T = *ut illi.* Rell. mss. — *si:* et plerique post *nesciat* Punctum habent. ε = *subt. colloctione.* *acetabula.* GR𝔑 = *acceptabula.* Pr.a = *accepta bilia.* *in quibus me* = PpAGwrBEArg.b ρρ𝔑 — 𝔊. Pr.abTR𝔐 — 𝔖 — *me.* *Effice.* Pr.a = *Ecce.* Sw. malebat *perdidisti usum.*

8. p = *Id de istis.* p + *sophismata enim.* PPr.b = *nescientem iuvant.* Pr.b = *Si itaque vis.* G = *ambiguitatem.* Pr.abRG 𝔄𝔑 — 𝔙 = *deducere.* V = *pecunia multa.* *excelsum.* PpPr.bAGwRrBEρρ 𝔄𝔑 — 𝔙 = *excisum.* Pr.a = *excissum.*

9. *conmutatum.* Gβεηϑσ = *comitatum.* *aestimat.* 𝔑 = *existimat.* Pr.a = *quia homo est.* G (m∞) — *praescripsit.* TV = *praescribit.* *in bonum vertit.* RP3. Col. 𝔑 — 𝔙 𝔖 = *convertit.* *cum quod habuit.* mη𝔑 — 𝔅1. + *cum in eum q. h.* Falso Sw. refert haec in 𝔐a quoque legi. 𝔑 + *cum in unum q. h.* w = *habuerit.* 𝔄 = *telum fortissimum.*

pungit, non uolnerat, et hoc raro. Nam cetera eius tela qui- 10
bus genus humanum debellatur grandinis more dissultant, quae
incussa tectis sine ullo habitatoris incommodo crepitat ac soluitur. Quid me detines in eo quem tu ipse ψευδόμενον adpellas, de quo tantum librorum compositum est? Ecce tota mihi uita mentitur: hanc coargue, hanc ad uerum, si acutus es, redige. Ne- 11
cessaria iudicat quorum magna pars superuacua est. etiam quae non est superuacua nihil in se momenti habet in hoc ut possit fortunatum beatumque praestare. Non enim statim bonum est, si quid uecessarium est: aut proicimus bonum, si hoc nomen pani et polentae damus et ceteris sine quibus uita non ducitur. Quod 12
bonum est utique necessarium est. quod necessarium est non utique bonum est: quoniam quidem necessaria sunt quaedam, eadem uilissima. Nemo usque eo dignitatem boni ignorat ut illud ad haec in diem utilia demittat. Quid ergo? non eo potius curam transferes ut ostendas omnibus magno temporis inpendio quaeri superuacua et multos transisse uitam, dum uitae instru-

T = *pupugit, non vulnera vit.* P = *et hoc rato.* Pr.b = *et hoc ratio.*

10. *genus humanum.* Pr.b — *humanum.* V — *quibus genus hum. debellatur.* et infra — *Quid me detines — compositum est.* Arg.b *crepitant ac solvuntur.*

ψευδόμενον = P 𝔊1. — 𝔖. sed Latine scribunt. pPr.bTAwrBE antiquiores ρρ P 2. 𝔑𝔑 = *eudomenon.* Pr.a = *eudomeon.* GP1. Col. = *eudemonem.* RP 3. = *eudemona.* P 4. 𝔄 = *endemonem.* recentiores ρρ promiscue = *eudemonem, eumedon* etc. 𝔗 = *eudaemenon.* 𝔅 = *eudaemona.*

adpellas, de quo. PPr.abTBE — *adp. de.* b — *adp.* GAG — *de.* P Pr.b = *quo argue.*

ad verum. rG𝔇νστ = *ad usum.* Pr.bBEArg.b = *adversum.* η = *si argutus es.*

11. p = *Necessaria iudica.* PV — *est. etiam — supervacua.* *fortunatum.* PPr.b = *fortunam.* *aut proicimus* = PpPr.bTAGwr BEVβγδεηϑκνξΘ Gr. 𝔖. Pr.a P 2. (s.m.) 𝔑 — 𝔊1.2 — 𝔐a = *ac pr.* μπυ Sc𝔄𝔊2. — 𝔐 = *at pr.* RλP3. = *ac protinus.* o = *aut* (m *haud*) *protinus.*

et polentae = mss. (BVρρ n. l.) 𝔄 𝔑 — 𝔅. 𝔊1. — 𝔖 = *aut pol.* p = *ponenti.* *quibus vita.* P — *vita.*

12. *Quod bonum est utique necessarium est. quod nec. est non utique bonum est.* P = ∞ *utique necessaria sunt* et — *quod necess.* — *quoniam.* R(m∞) — *quod nec.* — *bonum est.* Pr.ab — *quod nec. est.* A = ∞ *non quod nec. est utique bonum est.* r = ∞ *non siquid nec. utique bonum est.* Pr.a(s.m.) Arg.b = ∞ *non utique bonum est quod necessarium.* V + ∞ *non autem quod nec.* ∞. 𝔄𝔑 — 𝔐a + ∞ *quod autem nec.* ∞. et 𝔊1. — 𝔐a = *non statim bonum est.*

quoniam quidem. p = *quon. quid est.* R𝔄𝔊1. — 𝔐a = *quon. quaedam.* P — *necessaria sunt.*

quaedam, eadem. Rπ𝔊1. — 𝔐a — *quaedam.* sRλP 3. mP2. = *eademque.* o = *quae eadem.* 𝔑 — 𝔅 = *et eadem.* V = *eo usque.* Arg.b BΘ = *usque adeo.* pGB = *utilia dimittat.* T Col. = *multos transire.*

menta conquirunt? Recognosce singulos, considera uniuersos:
13 nullius non uita spectat in crastinum. Quid in hoc sit mali quaeris? Infinitum: non enim uiuunt, sed uicturi sunt. omnia differunt. Etiam si adtenderemus, tamen nos uita praecurreret: nunc uero cunctantes quasi aliena transcurrit et ultimo die finitur, omni perit. Sed ne epistulae modum excedam, quae non debet sinistram manum legentis inplere, in alium diem hanc litem cum dialecticis differam, nimium subtilibus et hoc solum curantibus, non et hoc. Uale.

EPISTULA V. (46.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Librum tuum quem mihi promiseras accepi et tamquam lecturus ex commodo adaperui ac tantum degustare uolui. Deinde blanditus est ipse ut procederem longius. qui quam disertus fuerit ex hoc intellegas licet: leuis mihi uisus est, cum esset nec mei nec tui corporis, sed qui primo adspectu aut T. Liuii aut Epicuri posset uideri. tanta autem dulcedine me tenuit et traxit ut illum sine ulla dilatione perlegerim. Sol me inuitabat, fames
2 admonebat, nubes minabantur: tamen exhausi totum. Non tantum delectatus, sed gauisus sum. Quid ingenii iste habuit, quid animi! dicerem, quid inpetus, si interquieuisset, si interuallo surrexisset. Nunc non fuit inpetus, sed tenor, conpositio uirilis et sancta. Nihilominus interueniebat dulce illud et loco lene. Grandis, erectus es: hoc te uolo tenere, sic ire. Fecit aliquid et materia: ideo eligenda est fertilis, quae capiat

13. Gζϑκστmmοπν = *non enim uixerunt.* A = *omnino perit.* εο + *omni die perit.* P4. = *non et hic solum curantibus.*

Lib. V. Ep. 5. (46.)

adaperui. p = *apperui.* Bζκϑου = *aperui.*

leuis mihi uisus est = mss. (Rr quidam ρρ = *lenis*) etiam Gr. Arg.b c. ϒℜ — ℌ. intellige de voluminis pondere et cf. infra *corporis.* ℜ — ℭ = *brevis m. v. e.* ex ci. Mur.

corporis. Rγξλυ = *operis.* εν — *corporis.* quam scripturam Sanct. vocat elegantiorem. ℭ2.—ℬ1. = *temporis.* Rell. ∞. T + *Titi Liviique.* w = *possit videri.* p = *tenuit et extraxit.* B = *sine dilatione aliqua.* V — *ulla.*

perlegerim = PpPr.abTwREϒ. AGrℜ — ℭ = *perlegerem.* Rell. n. l.

2. γεηϑικξϑστ = *iste habuerit.*

dicerem. p = *dicerent.* Rβλο = *dicebam.*

si interuallo. p — *si.* T = *Nec non fuit impetus.*

est sancta. G(s∞)ϑ = *et scientia.* Lips. ci. = *et sana.* Pr.a + *et dulce illud.* Pr.b = *duce.*

Grandis, erectus = mss. etiam Gr. ϒℜ — ℌℭ. ℜ — ℜa = *grandis et rectus.*

ingenium, quae incitet. De libro plura scribam cum illum re- 3
tractauero: nunc parum mihi sedet iudicium, tamquam audierim illa, non legerim. Sine me et inquirere. Non est quod uerearis: uerum audies. O te hominem felicem, quod nihil habes propter quod quisquam tibi tam longe mentiatur! nisi quod iam etiam ubi causa sublata est mentimur consuetudinis causa. Uale.

EPISTULA VI. (47.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Libenter ex his qui a te ueniunt cognoui familiariter te cum seruis tuis uiuere: hoc prudentiam tuam, hoc eruditionem decet. Serui sunt? immo homines. Serui sunt? immo contubernales. Serui sunt? immo humiles amici. Serui sunt? immo conserui: si cogitaueris tantumdem in utrosque licere fortunae. Itaque rideo istos qui turpe existimant cum seruo suo coenare: quare? nisi quia superbissima consuetudo coenanti domino stantium seruorum turbam circumdedit. Est ille plus quam capit et ingenti 2
auiditate onerat distentum uentrem ac desuetum iam uentris officio, ut maiore opera omnia egerat quam ingessit: at infelicibus seruis mouere labra ne in hoc quidem ut loquantur licet. Uirga murmur omne conpescitur, et ne fortuita quidem uerberibus excepta sunt, tussis, sternumenta, singultus. magno malo ulla

incitet = mss. etiam Gr. ϒℜ — ℭ1.𝔖. ε + *te.* ℭ2. — 𝔐a = *excitet.*

3. *De libro.* PpPr.abTAArg.bBEV8 εμνθυ — *De.* et plerique iunguut *libro* cum praecedenti *incites.* ϒℭ1. — 𝔖 + *tuo.* quod mss. non habent. *nunc parum.* sλℭ1. — (exc. ℭ4.) 𝔐a + *nunc vero parum.* Pr.b = *s&&.* Arg.b = *sed et iudicium.* G nonnulli ex recentioribus ρρ = *qui nihil habes.* Pr.b + *mihi non tibi tam longe.* Pr.a — *tam.*

quod iam etiam = mss. etiam Gr. Ops. ℜ — 𝔅𝔖, ϒℭ1. — 𝔐a — *iam.* *ubi causa.* w — *ubi.* r = *ablata est.* π + *tamen consuet. causa.* ℭ2. — 𝔐a + *et cons. causa.*

Lib. V. Ep. 6. (47.)

P = *ex iis qui.* rP1. 3. 4. = *ex his quae.* pRℭ1. = *qui ad te.* V = *veniunt comperi.* TrBVv + *eruditionem tuam.* T — *decet.* Gϑxξστ + *servi tui sunt? immo homines.*

in utrosque. Gϑmπ = *in viros.* Pr.a + *homines contubernales.* G(mω) 𝔐a — *servi sunt: immo humiles amici.* Restituit tamen ea Matth. in marg. ex. sui. gBCol. = *quod superb. consuet.* TRϒℭ1. — ℜ = *coenantem dominum — turba.* T — *stantium.* ν — *stantium servorum.*

2. *ac desuetum.* A = *desuetus* om. *ac.* g(lit.) = *ac desueto.* T — *iam.* R — *omnia* ante *egerat.* Vmℭ1. = *omnia digerat.* pg = *quam incessit.* G = *nec hoc quidem.*

conpescitur. αο = *compescit.* β = *componitur vel comprimitur.* *sternumenta* = PpAg. cf. Ep. 102, 9. ℜ = *sternumenta.* 𝔗 = *strenua menta.* Rell. mss. 𝔅 — 𝔊𝔖 =

uoce interpellatum silentium luitur. nocte tota ieiuni mutique
3 perstant. Sic fit ut isti de domino loquantur quibus coram domino loqui non licet. At illi quibus non tantum coram dominis, sed eum ipsis erat sermo, quorum os non consuebatur, parati erant pro domino porrigere ceruicem, periculum inminens in caput suum auertere. In conuiuiis loquebantur, sed in tormentis tacebant. Deinde eiusdem arrogantiae prouerbium iactatur: *to-*
4 *tidem hostes esse quot seruos.* Non habemus illos hostes, sed facimus. Alia interim crudelia, inhumana praetereo, quod ne tamquam hominibus quidem, sed tamquam iumentis abutimur: quod cum ad coenandum discubuimus, alius sputa deterget, alius reliquias temulentorum subditus colligit, alius pretiosas aues scindit: per pectus et clunes certis ductibus circumferens eruditam
5 manum frusta excutit. Infelix qui huic uni rei uiuit ut altilia decenter secet: nisi quod miserior est qui hoc uoluptatis causa docet quam qui necessitatis discit. Alius uini minister in muliebrem modum ornatus cum aetate luctatur: non potest effugere pueritiam: retrahitur, iamque militaris habitus glaber retritis

sternuta menta. 𝔐 — 𝔐a = *sternutamentum.* waζv=*una uoce.* Bϴ = *interpellantium.* P3.=*interpellantum.* ζvCol. quidam Mod. et Ops. = *interpolatum.* α = *interpretatum.*

mutique. Pr.aδμo = *utique.* Pr. b𝔑 — 𝔗 = *praestant.* 𝔅 = *stant.*

3. *Sic fit, ut isti.* GP1. 4. — *isti. consuebatur.* ν = *confutabatur.* αεvo + *et periculum.* Pr.aTG δηϴo = *in caput suum advertere.* V = *adducere.*

sed in tormentis. A = *et in torm.* w(s∞) — *sed.*

iactatur. G(*ab* n.) ϑxπσ = *iactabatur.*

4. Pr.b — *quot servos — hostes.*

inhumana = PpPr.abgTw Arg.bB 𝔑 — 𝔅. V + *atque inh.* RrAG 𝔄𝔊1. — 𝔖 + *et inh.*

quod ne tamquam. G𝔊1. — 𝔐a = *q. nec t.* ηπ = *q. non t.* et η = *solum* pro *quidem.* 𝔊1. — 𝔐 = *qui cum ad coenandum.* Pr.a (e.) T = *ad coenandum discumbimus.* G= *concubuimus.* A=*sedemus.*

deterget = PpPr.aBE tres codd. Leidd. (Oudend. ad Appul. M. IV, 86. p. 313. b) 𝔄. Pr.b = *detergeret.* Rell. 𝔑 — 𝔖 = *detergit.* nec tamen de omnibus mihi constat.

per pectus = PpPr.aR(rs.m.) Gwg VρρSc 𝔄𝔊1. — 𝔊. P1. 3. 4. Col. 𝔑 — 𝔅 + *et per pectus.* APr.b =*perfectus.* TB= *perfectius.* Arg.b= *persectus.* P2. = *et pectus.* r (p.m.) 𝔐 — 𝔐a — *per.* P1. = *circumferentes.*

frusta excutit. GR recentiores ρρ P1. 3. 4. 𝔄𝔑 — 𝔖 + *in frusta* (*frustra*) *exc.* Arg.b =*frustra mittit.* Quidam Pinc. = *in frusta excitat.* Rell. ∞ : sed scribunt quidam *frustra* vulgato vitio. Dousa ad Petron. p. 241. mavult *per pectus.* ∞ *certis que ductibus.*

5. T = *docte resecet.* V — *Alius vini minister* — §. 6. *in crastinum.* B = *vitii minister.*

Non potest effugere pueritiam. 𝔐 = *Effugit pueritia.*

retrahitur. G quidam recc. ρρ Gr. (in P2. del.) 𝔄𝔊1. — 𝔅1. + *sed ret.* T = *Ille* pro *iamque.*

militaris habitus = PpPr.abAw G(s.m.)Arg.b αβδειμνοπρσ 𝔑—𝔐. r𝔄 — *habitus.* Rell. = *militari habitu.*

retritis. Pr.b = *retristis.* T =

pilis aut penitus euulsis tota nocte peruigilat, quam inter ebrietatem domini ac libidinem diuidit et in cubiculo uir, in conuiuio puer est. Alius cui conuiuarum censura permissa est perstat 6 infelix et exspectat quos adulatio et intemperantia aut gulae aut linguae reuocet in crastinum. Adice obsonatores quibus dominici palati notitia subtilis est, qui sciunt cuius illum rei sapor excitet, cuius delectet adspectus, cuius nouitate nausiabundus erigi possit, quid iam ipsa satietate fastidiat, quid illo die esuriat. Cum his coenare non sustinet et maiestatis suae diminutionem 7 putat ad eamdem mensam cum seruo suo accedere. Di melius! quot ex istis dominos habent! Stare ante limen Callisti dominum suum uidi et eum qui illi inpegerat titulum, qui inter ridicula mancipia produxerat, aliis intrantibus excludi. Retulit illi gratiam seruus, ille in primam decuriam coniectus in qua uocem praeco experitur: et ipse illum inuicem apologauit et ipse non iudicauit domo sua dignum. Dominus Callistum uendidit: sed 8 domino quam multa Callistus! Uis tu cogitare istum quem seruum tuum uocas ex iisdem seminibus ortum, eodem frui coelo, aeque spirare, aeque uiuere, aeque mori? Tam tu illum uidere

t'ritis (i. e. *territis.*) P4. = *tritis.* GP1. = *glaberie tritis.* Sc = *restrictis vel retitis.* g = [pauca erasa] *levis* [p. m. *lenis*] *calvus* [pauca erasa] *tritis pilis.* ꝟG1.— G = *restrictis.* ℜ — ℜa = *destrictis* ex ci. Mur. Unde Ruhk. nactus sit illud *detritis*, quod refert in *Notis*, nescio. Rell. ∞. ℬ1. ℜa = *penitus avulsis.*

in convivio. RrG1. — ℜa + *et in conv.*

6. pℜ = *prestat infelix.*

et intemperantia. B = *aut int.* ℬ1. — ℜa — *et.*

obsonatores. G (m∞) ϶ττ = *observatores.*

notitia subtilis. V — *notitia.*

7. Pr.aw = *magestatis.* g = *deminutionem.*

quot ex istis. Gr. all. ꝟℬ — ℜa = *quod ex istis.* Pr.a (s.m.) ενο = *quod isti.* Matth. volebat *quos* ex ℜ.

Callisti. pPr.bg RAG = *Calisti.* Pr.aTrwBꝟℜ = *Calixti* atque itidem et infra. p = *inpelorat titulum.* G = *impeiierat* cr. *impetierat t.*

ridicula = mss. ꝟℜ — ℌℜu — ℭ. ℜ — ℬ 1. = *reicula* ex ci. Mur.

Gγζϖξ ꝟ = *perduxerat.* GP1. 3. 4. = *in primam curiam deiectus.*

apologavit. g = *adpoligavit.* Erm. ci. = *ablegavit.* Grut. ci. = *apolactizavit.* A = *et ipsum non iud.* P1. 3. 4. — *et.*

8. *sed domino.* T — *sed.*

Vis tu cogit. p = *Illis tu cogit.* T = *Insta cogit.* PpPr.ag GℜR = *ex hisdem seminibus.* A T = *hisdem s.* sine *ex.* APr.b ꝟ *aeque sperare.* Arg.b — *aeque vivere.*

Tam tu illum. gCol. = *tam quam t. i.* E = *Tum quam t. i.* Pr.b TArg.b. = *quam t. i.* P2. = *Tu illum tam vel sic.*

ingenuum potes quam ille te seruum. Uariana clade multos spleudidissime natos, senatorium per militiam auspicantes gradum, fortuna depressit: alium ex illis pastorem, alium custo-
9 dem casae fecit. Contemne nunc eius fortunae hominem in quam transire, dum contemnis, potes. Nolo in ingentem me locum inmittere et de usu seruorum disputare, in quos superbissimi, crudelissimi, contumeliosissimi sumus. Haec tamen praecepti mei summa est: Sic cum inferiore uiuas, quemadmodum tecum
10 superiorem uelis uiuere. Quotiens in mentem uenerit quantum tibi in seruum liceat, ueniat in mentem tantumdem in te domino tuo licere. At ego, inquis, nullum habeo dominum. Bona aetas est: forsitan habebis. Nescis qua aetate Hecuba seruire coeperit, qua Croesus, qua Darei mater, qua Platon, qua Dio-
11 genes? Uiue cum seruo clementer, comiter quoque, et in sermonem illum admitte et in consilium et in conuictum. Hoc loco adclamabit mihi tota manus delicatorum: Nihil hac re humilius, nihil turpius. Hos ego eosdem deprehendam alienorum seruorum osculantes manum. Ne illud quidem uidetis quam omnem inuidiam maiores nostri dominis, omnem contumeliam seruis de-
12 traxerint? Dominum *patrem familiae* adpellauerunt, seruos,

ingenuum potes. Inter haec vbb. p duo folia habet inserta, quibus continentur Ep. 121, 11. [*Praeter*] *ea ipsam constitutionem* — Ep. 122. ex. Pr.abT = *ingenium.*

servum vox Grutero suspecta.

Variana clade = ci. Lips. (ad Tac. Ann. I, 10.) 𝔑u — 𝔖. cf. Bentl. ad Hor. III, 5, 8. T = *Mariane cl.* Rell. = *Mariana cl.* quod ferri non potest.

multos. R𝔊1. — 𝔐a + *quam m.*

9. A = *Contempne numquam eius.* V — *Nolo in ingentem — sumus.*

crud., contumeliosissimi. = mss. 𝔑 — 𝔙. 𝔄𝔊1. — 𝔖 + *crud. et cont.* Ed. Tauchn. — *crudelissimi.*

p = *Et tamen praec. mei.* RP3. = *Haec tantum pr. m.* V Col. = *Haec ergo pr. m.* Rαγδζιλμθο *te cum superiore.* et R + *tuo.* p — *tecum.*

velis vivere = mss. etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *velles vivere.*

10. p = *Ad te ergo, inquis, nullum.*

servire coeperit. T = *servierit.* Pr.a + *Croesus vel Creusa.*

11. G + *cum servo tuo.*

clementer. Gξστ = *libenter.*

comiter quoque = PpAgwG Pr.a bTrδεν (BEV) unus Ops. unus Erm. 𝔐 — 𝔐a. Arg.b unus Ops. 𝔊2. — 𝔊 = *in iter quoque* propter seq. *in sermonem, in consilium, in convictum.* Hinc GRP1. 3. 4. Col. Sc 𝔄𝔑 — 𝔊1.𝔖 = *comite m quoque.* Duo Ops. = *co m m i tem quoque.* P2. = *committere quoque.* μθ = *communiter quoque.* Rell. ρρ = *comitem que* vel *comite m quoque.*

illum admitte. E = *eum adm.* 𝔊1. — 𝔐a — *illum.* w = *tota domus delic.* A + *hac re turpius.*

deprehendam. P = *deprehen d o.* 𝔑 — 𝔙𝔖 = *deprendam* contra mss. consensum. G = *obsculantes.* PG𝔄 = *Nec illud quidem videtis.*

12. γo = *patrem familias.*

quod etiam in mimis adhuc durat, *familiares*. Instituerunt diem festum, non quo solo cum seruis domini uescerentur, sed quo utique honores illis in domo gerere, ius dicere permiserunt et domum pusillam rempublicam esse iudicauerunt. Quid ergo? omnes seruos admouebo mensae meae? Non magis quam omnes 13
liberos. Erras, si existimas me quosdam quasi sordidioris operae reiecturum, ut puta illum mulionem et illum bubulcum: non ministeriis illos aestimabo, sed moribus. Sibi quisque dat mores: ministeria casus adsignat. Quidam coenent tecum quia digni sunt, quidam ut sint. Si quid enim in illis ex sordida conuersatione seruile est, honestiorum conuictus excutiet. Non 14
est, mi Lucili, quod amicum tantum in foro et in curia quaeras: si diligenter adtenderis, et domi inuenies. Saepe bona materia cessat sine artifice: tempta et experire. Quemadmodum stultus est qui equum empturus non ipsum inspicit, sed stratum eius ac frenos: sic stultissimus est qui hominem aut ex ueste aut ex condicione quae uestis modo nobis circumdata est aestimat. Seruus est: sed fortasse liber animo. Seruus est: hoc illi noce- 15
bit? ostende quis non sit. Alius libidini seruit, alius auaritiae, alius ambitioni: omnes timori. Dabo consularem aniculae seruientem, dabo ancillulae diuitem, ostendam nobilissimos inuenes mancipia pantomimorum. Nulla seruitus turpior est quam uoluntaria. Quare non est quod fastidiosi isti te deterreant quo

T—*in mimis.* Arg.b=*inmunis.* r Vρρ (exc. δμν) plerique Gr. 𝔄𝔑 = *in minimis.* P2. = *in numis.*

non quo solo = PpAw sG Pr.b rg ScCol. Ops. cod. vet. Lips. 𝔄𝔖. T = *n. q. solum modo* (*solu*^{o}). RGPr. aB antiquiores ρρ 𝔑 — 𝔊 = *non quo solum.* 𝔐 — 𝔐a = *quo non solum.*

sed quo utique. 𝔐 — *quo.*

remp. esse. Pr.a — *esse.* g = *iudicarunt.* π = *vendicaverunt.* p = *omnis liberos.*

13. AG = *sordidiores opere.* w = *proiectum.* Arg.b=*ut puto. illum mul. et illum bub.* G bis — *illum.* G𝔑 = *existimabo.* T — *sibi quisque dat mores.* GBE = *coenant.* T = *ex socordi convers.*

convictus. Pr.a = *coniunctus.* Col. = *convictio.*

14. G = *Non enim mi Lucili.* Gw + *quod amicum tuum.*

stratum eius. A cod. Vofs. (vid. Oudend. ad Caes. B. G. VII, 45, 2. p. 390.) = *stramentum eius.* Pr.b γ = *tractum eius.*

ex condicione. Arg.b — *ex.*

15. *nocebit?* GP1. 3. 4. 𝔄𝔊1. — 𝔊 + *non nocebit.* Cod. Erm. 𝔑 — 𝔅 + *aliis non nocebit.* 𝔐 + *hoc illi nocebit: aliis non nocebit.* GV + *quis non sit servus.* p = *Dabo consulare* et — *aniculae.* G — *mancipia.* Pr. a = *pantomimicorum.*

fastidiosi isti = 𝔊 ex ci. Mss. 𝔄𝔊1. = *f. ipsi.* V = *fastigiosi ipsi.* 𝔑—𝔅 = *ipsi f.* 𝔊2.—𝔐a—

minus seruis tuis hilarem te praestes et non superbe superio-
16 rem. Colant potius te quam timeant. Dicet aliquis nunc me uocare ad pileum seruos et dominos de fastigio suo deicere, quod dixi colant potius dominum quam timeant: ita, inquit, prorsus colant tamquam clientes, tamquam salutatores? Hoc qui dixerit obliuiscetur id dominis parum non esse quod deo sat est, qui co-
17 litur et amatur. Non potest amor cum timore misceri. Rectissime ergo facere te iudico, quod timeri a seruis tuis non uis, quod uerborum castigatione uteris. Uerberibus muta admonentur. Non quicquid nos offendit et laedit, sed ad rabiem nos cogunt peruenire deliciae, ut quicquid non ex uoluntate respondet iram euocet. Regum nobis induimus animos: nam illi quoque obliti et suarum uirium et inbecillitatis alienae sic excandescunt,
18 sic saeuiunt, quasi iniuriam acceperint. a cuius rei periculo illos fortunae suae magnitudo tutissimos praestat. Nec hoc ignorant, sed occasionem nocendi captant: quaerendo acceperunt iniuriam ut facerent. Diutius te morari nolo: non est enim tibi

isti. GP1. (3. p.m.) 4. Col. = *superbum superiorem.*

16. V — *Dicet nunc — obliviscetur.*

me vocare. T — *me.*

Ita = PpA Pr.ab G ρρ Pinc. Gr. Sc ΥΡ — ΒGGS. TwRr(E1. 2. = *Itaque.* Μ — Ma = *Itane.*

inquit = Pp Pr.b wr (BEV Arg.b aliquot ρρ) Sc ΥE1. — Ma. GRPr. a TGr. Pinc. Ρ — ΒS = *inquam.* A nonnulli ρρ = *inquis.* Arg.b= *et dominis.*

parum non esse = PpPr.ab sAw GTBEV Arg.b Gr.(P2. s.m.) Sc ΥΡ — E1. S. E2. — Ma — *non.* A — *deo.*

sat est = PpPr.abTAwrB Ρ — Β. GRΥE1. — S = *satis est.* Rell. n. l.

17. Ρ — T = *facere te video.* A = *verberum castigatione.*

muta admonentur = ci. Pinc. (Ops. Lips.) GroS. ατ = *mulcta admovеatur.* Pr.aδ = *mulcta admoveantur.* Pr.bTGΡ—Β = *multa admoveantur.* Rr = *multa admonеantur.* E = *multa admoventur.* Υ = *mulae* (sed litura erat in exemplo Gothano) *amoveantur.* Pinc. v. l. = *multa amoventur.* unde ci. Pinc. = *verberum mulcta amovetur.* Rell. (exc. ρρ, qui = *admoveantur* vel *admoventur* praeter ζ) = *multa admonentur.* Pro *mutus* non raro vel optimi mss. *multus* offerunt. cf. ad Ep. 90, 45. ubi BG all. = *multis animalibus.* Pr.bvo = *num quicquid.* rP3. + *nos cogunt.*

pervenire = PpPr.bTGwR Arg.b BVGr. Ρ — Β. A — *pervenire.* Pr. ar YE1. — S = *venire.* Rell. n. l.

respondet = PpTAw nonnulli ρρ Col. Y. Pr.abRrG (Pall.) Ρ — S = *respondit.* RP3. (s.m.) = *respondеrit.* Rell. n. l.

evocet. r = *revocet.* oɔE1. — B1. = *provocet.* Rell. ∞. p = *induimus animas.* Pr.a — *illi.* V — *nam illi quoque* — §. 18. *ignorant.*

18. Arg.b — *illos.* G = *tutissimos reddit.*

quaerendo acceperunt. ΥΜΡ = *querendo acc.* quod probat Ianus l. l. Sed APp ∞: et si in recentioribus legitur *querendo*, idem est atque illud. Male tamen recentiores *quaerendo* cum antecedentibus iunxerunt. E1. 2. + *te me morari.*

exhortatione opus. Hoc habent inter cetera boni mores, placent sibi, permanent: leuis est malitia, saepe mutatur, non in melius, sed in aliud. Uale.

EPISTULA VII. (48.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Ad epistulam quam mihi ex itinere misisti tam longam quam ipsum iter fuit postea rescribam. Seducere me debeo et quid suadeam circumspicere. Nam tu quoque qui consulis diu an consuleres cogitasti: quanto magis hoc mihi faciendum est, cum longiore mora opus sit ut soluas quaestionem quam ut proponas? utique cum aliud tibi expediat, aliud mihi. Iterum ego tamquam Epicureus loquor? Mihi uero id expedit quod tibi: aut non sum amicus, nisi quicquid agitur ad te pertinens meum est. Con- 2
sortium rerum omnium inter nos facit amicitia. nec secundi quicquam singulis est nec aduersi: in commune uiuitur. Nec potest quisquam beate degere qui se tantum intuetur, qui omnia ad utilitates suas conuertit: alteri uiuas oportet, si uis tibi uiuere. Haec societas diligenter et sancte obseruata quae nos omnes omnibus miscet et iudicat aliquod esse commune ius generis humani plurimum ad illam quoque de qua loquebar interiorem

boni mores. T = *homines.*

permanent. T + *nec permanent.* Gl. — Ma + *et perm.* Rell. etiam Pinc. Ops. Gr. ∞. B + *sed non in melius.*

Lib. V. Ep. 7. (48.)

pPr.b = *ipsum inter fuit.* B + *non debeo.* GP1.(3.p.m.) = *suadeam, rescribere.*

Nam tu. A — *tu.*

diu an cons. P = *dum a* [duae litterae erasae] *consuleres.* Arg.b — *diu.* R—*an.* sR sP3. = *ante quam.* GP1. 3. 4. = *diu ut cons.* T = *longiore via.*

Iterum ego. Rαβλπτμτ sP3. cod. Norimb. Iani = *interim ego.* quod probat Ianus l. l. t P1. = *Ideo ego.*

tamquam Epicureus = PpPr.ab RrBVβδημνθτ R — M. AGwGr. Y S — S = *tamq. Epicurus.* Rell. n. l. GSχτ P1. 3. 4. = *loquar.*

id expedit = mss. (exc. γεξ) YR — G. ξ = *hoc exp.* γε M — S = *idem exp.* Sc = *nisi quicquid agitur a te.* Nicot. = *n. quicq. agitur a te, protinus meum est.* quod probat Ops. Sw. ci. + ∞ *protinus meum est.*

2. p = *Consortio.* R = *Consortia.* T + *Consortium enim.* Arg.b = *quicquam singulare est.*

vivitur. GP1. = *utitur.* P3. = *vertitur.*

utilitates suas. w — *suas.* p = *aliter vivas oportet.*

observata = mss. mei (ρρ n. l.) R — BS. Sc YG 1. — Ma = *observanda est.*

omnes omnibus. pPr.ab A Arg.bE B αβδεημξΘσυ Sc YGl. — G = *omnes hominibus.* GζSχττ R — B = *homines hominibus.* γ = *omnibus hominibus.* Bene laudat Sw. Sen. B.V. 20, 3. αβγδεζSχξοσ = *et indicat.*

3 societatem amicitiae colendam proficit. Omnia enim cum amico communia habebit qui multa cum homine. Hoc, Lucili uirorum optime, mihi ab istis subtilibus praecipi malo quid amico praestare debeam, quid homini, quam quot modis *amicus* dicatur et *homo* quam multa significet. In diuersum ecce sapientia et stultitia discedunt: cui accedo? in utram ire partem iubes? Illi homo pro amico est, huic amicus non est pro homine: ille amicum sibi parat, hic se amico. Tu mihi uerba distorques et syl-
4 labas digeris. Scilicet nisi interrogationes uaferrimas struxero et conclusione falsa a uero nascens mendacium adstrinxero, non potero a fugiendis petenda secernere. Pudet me: in re tam seria senes ludimus. Uale.

EPISTULA VIII. (48.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Mus syllaba est. mus autem caseum rodit: syllaba er-

3. p = *Omnia communia cum habebit* om. *amico.* A = *praestare debeo.*

amicus dicatur. αβγενοστ = *homo dicatur.* G2. = *sap. et stultitia dissident.* w = *sap. et stult. descendunt.* Gζϑκποστ = *cui accedam.* αγενξπσ Χ = *in utramque.* V — *partem.* quam vocem RB ponunt ante *ire.*

non est pro homine. Nicot. S — *non.* et multis Sw. hanc scripturam probare conatur. Sed reliqui libri omnes servant particulam ex sententia necessariam.

4. *Scilicet.* Sc ΧΩ — Β = *Sed.*

uaferrimas. τ = *vastissimas.* T = *interrogatione sua verum astruxero.*

adstrinxero. GTrγκνξοστ P 4. G1. — Ω = *adstruxero.* ϑ P 1. = *adstruero.*

secernere. Gεζϑκξπτ = *discernere.* mP3. G1. + *quod in re tam seria.*

Lib. V. Ep. 8. (48.)

Mus syllaba est. PpPr.abAbwRr TB Arg.be αβδζημνϑ Sc ΧΩ — ΤG1. — S ab his verbis incipiunt novam epistolam, et plerique omnes (exc. TRrΧ) post vb. *ludimus* adscriptum habent *Vale:* Pp etiam addunt salutationis formulam. In Ω — ΤG1. — S nova haec ep. habet numerum XLIX, in Sc L., in Χ caret numero. Ab hoc argumentum praefigunt: *Pueriles ineptias in disputationibus esse neglegendas*, alii alia. In T rubro scriptum est vocabulum *Continuatio.* ζ haec docet: *Dialectici de verbis non de rationibus disputant, et ideo puto sequentem epistolam fuisse vel esse partem istius et continuandam. Aliqui putant, et ego puto, quod haec sit pars praecedentis* 48. *epistolae quia de vanis sophismatibus contemnendis tractat.* etc. o addit: *Alibi est hic principium alterius epistolae. Sed secundum praecedentia continuat una cum ista: et sic puto melius.* G, meorum unus et deterrimus, pleraque Pinc. exempll. ΒΩ — S iungunt haec cum praecedentibus: de reliquis mss. nihil affirmaverim. Muretus in *Notis* „Hanc epistolam, inquit, lacerarant in duas: et posterioris principium fecerant ab illis *Mus syllaba est.* ego rursus membra divulsa coniunxi.“ Etiam Steph. Prood. II, 7., Grut., Erm. in unam coniungendas esse has epistolas existimant, nec posteriorum quisquam aliter sen-

go caseum rodit. Puta nunc me istuc non posse soluere. quod mihi ex ista sententia periculum inminet? quod incommodum? Sine dubio uerendum est ne quando in muscipula syllabas capiam aut ne quando, si neglegentior fuero, caseum liber comedat. Nisi forte illa acutior est collectio: *Mus syllaba est. syllaba autem caseum non rodit: mus ergo caseum non rodit.* O pueriles ineptias! in hoc supercilia subduximus? in hoc barbam demisimus? hoc est quod tristes docemus et pallidi? Uis scire quid 2
philosophia promittat generi humano? Consilium. Alium mors uocat. alium paupertas urit. alium diuitiae uel alienae torquent uel suae. ille malam fortunam horret. hic se felicitati suae subducere cupit. hunc homines male habent, illum di. Quid mihi lusoria ista conponis? non est iocandi locus: ad miseros aduocatus es. Opem laturum te naufragis, captis, aegris, egentibus, 3
intentae securi subiectum praestantibus caput, pollicitus es: quo diuerteris? quid agis? Hic cum quo ludis timet. Succurre quic-

sisse videtur. Quod vero Grut. „antiquioris notae codices" ait pro hac opinione facere, Pal. 2., quem ipse suorum mss. optimum esse recte dicit, cum Pal. 3. seiungit hanc epistolam a superiore. Ego quidem sequendos esse arbitratus mss. antiquissimos non commoveor argumenti similitudine aut novae epistolae initio, ut cum Mureto sentiam: hinc enim apparet causa, cur haec ad superiorem epistolam a quibusdam librariis annexa sit, non quo pacto, si eius pars fuisset posterior, divelli potuerit. Nam si quae sunt apud Senecam epistolae divisae a librariis, quod tantum in recentioribus mss. deprehendes, in causa non fuit sententiarum similitudo, sed dissimilitudo. Praeterea ex illo *Pudet me* superioris epistolae licet colligere eius finem fecisse Senecam, quia tum pudebat eum pluribus illum locum tractare: mox tamen idem argumentum longius persequendum esse videbatur, atque ita factum est, ut ab arguta illa collectione proximam epistolam inciperet. Neque ita dissimilia sunt principia Epp. 114. et 116.

Ge — *syllaba — rodit.* GR𝔑— 𝔅 = *Putas.* R — *nunc.*

istuc = Pp Pr.bAT. Pr.a GwRr 𝔛𝔑 — 𝔖 = *istud.*

sententia = PpRwr (plerique ρρ E) 𝔈1. — 𝔐a. atque idem in suis libris legisse videntur Grut., Ops., Pinc., cum nihil annotaverint. AG Pr.abT Arg.b BVSc cod. Lips. 𝔛𝔑 — 𝔅 = *scientia* facillimo errore: nam iisdem fere notis (*sia. scia*) haec nomina scribuntur, et solent quidam mss. litterae *s* ab initio vocis positae adiicere *c*. Iam cum respicerent ad vbb. *me istuc non posse solvere*, ζηλοτρϖ ex *scientia* fecerunt *inscitia*. Ci. Lips. 𝔖 = *in scientia.*

pArg.b = *muscipulo.* Col. = *syllabas colligam.* G = *an ne quando.* Pr.a — *mus ergo caseum non rodit.* R = *supercilia eduximus.* G=*tristes docemur.*

2. AGTrE = *quod philosophia ∞ consilium?* 𝔐 — *Alium mors vocat.* Pr a = *Alios mors vocat.* P3. = *Alium mors venit.* Col. = *Al. m. necat.* G = *alios paupertas.*

felicitati suae. Pr.a V — *suae.*

lusoria ista. Pr.b= *lusuria ista.* Pp = *luxuria* [in P al. m. + *ntia*] *ista.* r(s∞) = *luxuriantia ista.*

conponis = mss. 𝔛𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔈1. — 𝔐a = *proponis.* Pr.b = *iocundi locus* et = *admiseras.* v =*ad miserias.* AV=*vocatus es.*

3. *Succurre quicquid laqueati*

quid laqueati respondent in poenis: omnes undique ad te manus tendunt, perditae uitae perituraeque auxilium aliquod inplorant. 4 in te spes opesque sunt. rogant ut ex tanta illos uolutatione extrahas, ut disiectis et errantibus clarum ueritatis lumen ostendas. Dic quid natura necessarium fecerit, quid superuacuum, quam faciles leges posuerit, quam iucunda sit uita, quam expedita illam sequentibus, quam acerba et inplicita eorum qui opinioni plus quam naturae crediderunt: si prius docueris quae partem malorum leuatura sint. Quid istorum cupiditates demit?

in quo resistat nec per illud ad me ullum transire uolnus sino. 22 Quicquid in me potest iniuriam pati hoc est: in hoc obnoxio domicilio animus liber habitat. Numquam me caro ista conpellet ad metum, numquam ad indignam bono simulationem. numquam 23 in honorem huius corpusculi mentiar. Cum uisum erit, distraham cum illo societatem: et nunc tamen, dum haeremus, non erimus aequis partibus socii: animus ad se omne ius ducet. Contemptus corporis sui certa libertas est. Ut ad propositum reuertar: huic libertati multum conferet et illa de qua modo lo- 24 quebamur inspectio. Nempe uniuersa ex materia et ex deo constant: deus ista temperat quae circumfusa rectorem sequuntur et ducem. Potentius autem est ac pretiosius quod facit quod est deus, quam materia patiens dei. Quem in hoc mundo locum deus obtinet hunc in homine animus: quod est illic ma- 25 teria id in nobis corpus est. Seruiant ergo deteriora melioribus. fortes simus aduersus fortuita. non contremiscamus iniurias, non uolnera, non uincula, non egestatem. Mors quid est? aut finis aut transitus. Nec desinere timeo: idem est enim quod non coepisse. nec transire, quia nusquam tam anguste ero. Uale.

EPISTULA IV. (66,)

Seneca Lucilio suo salutem.

Claranum condiscipulum meum uidi post multos annos:

p = *in quo sistat.*

22. r = *domicilio noxio.* δε = *obnixo domicilio.* μ = *obnixum domicilio.* p = *cario ista.* w 𝔅1. — 𝔐a = *compellat ad metum.* V = *compellit.* Arg.b = *ad indigentiae boni simulationem.* V + *ad magnam indignam sim.*

23. *Cum visum erit* = mss. ℜ — 𝔅𝔖. 𝔛𝔊1. — 𝔐a = *Cum visum fuerit.* GP1. 3. 4. + *et nunc primum.* 𝔛 = *et nunc tamen cum haeremus.* 𝔊1. — 𝔊 = *et nunc cum haer.* om. *tamen.* Nonnulli ρρ = *dum habemus.* Pp = *omne ius dicet.* εου = *sibi omne ius vendicet.* ζK = *ad se omne ius pertinere dicet.* G(sω) ℜ — 𝔅𝔖 = *confert.*

24. V — *Potentius — patiens dei.* 𝔊1. — 𝔐a — *ac pretiosius.* G(sω) BP1. 3. 4. Col. = *qui est deus.* Col. — *dei* post *patiens.* P1. 3. 4. = *quod est illi materia.* *id in nobis* = mss. 𝔛ℜ — 𝔊𝔖. ℜ — 𝔐a — *in.*

25. Pp = *contremescamus.* vid. ad Ep. 71, 28. wE = *egestatem. Mors quid est? aut finis aut transitus.* = p𝔊1. — ℜ. 𝔈1. — 4. + *aut finis est aut transitus.* PRr = *Mors quidem aut f. aut t.* GwV ρρ SbGr. 𝔊ro = *Mors quidem est aut f. aut t.* BSc 𝔛ℜ — 𝔅𝔖 = *Mors quidem aut finis est aut transitus.* Primum *quid est* in *quidem* mutatum: deinde exstiterunt, qui *est* desiderarent et alii alibi adiicerent.

pE antiquiores et emendatiores ρρ = *id est enim.* V — *enim.* GP1. 3. + *vel quod non coepisse.* R = *non transire.* G = *vel transire.*

Lib. VII. Ep. 4. (66.)

Pp = *cum discipulum.* r = *discipulum.*

non, puto, exspectas ut adiciam senem, sed mehercules uiridem animo ac uigentem et cum corpusculo suo conluctantem. Inique enim se natura gessit et talem animum male conlocauit: aut fortasse uoluit hoc ipsum nobis ostendere posse ingenium fortissimum ac beatissimum sub qualibet cute latere. Uicit tamen omnia inpedimenta et ad cetera contemnenda a contemptu sui uenit. Errare mihi uisus est qui dixit: 2

Gratior et pulchro ueniens e corpore uirtus.

Non enim ullo honestamento eget: ipsa magnum sui decus est et corpus suum consecrauit. Certe Claranum nostrum coepi intueri: formosus mihi uidetur et tam rectus corpore quam est animo. Potest ex casa uir magnus exire: potest et ex deformi humilique corpusculo formosus animus ac magnus. Quosdam 3 itaque mihi uidetur in hoc tales natura generare ut adprobet uirtutem omni loco nasci. Si posset per se nudos edere animos, fecisset: nunc quod amplius est facit: quosdam enim edit corporibus inpeditos, sed nihilo minus perrumpentes obstantia. Claranus mihi uidetur in exemplar editus, ut scire possemus non deformitate corporis foedari animum, sed pulchritudine animi corpus ornari. Quamuis autem paucissimos una fecerimus 4 dies, tamen multi nobis sermones fuerunt quos subinde egeram

βεο = *nunc puto.*

wArg.b ΥΜ = *mehercule.* B = *mehercle*, ut solet fere ille liber.

R = *at fortasse.* P1. 3. = *ac fort.* P4. = *hac fort.* G(mω) — *ac beatissimum.* p = *Vincit tamen.* PpGw nonnulli ρρ Pall. = *ad contemptum.* Arg.b = *ad conceptum.* GR ρρ (exc. δεvK) Gr. (exc. P2.) ΥΜ — ℬ ℜu — ℭ + *sui corporis*, ex scholio nimirum.

2. *et pulchro* = PpE. et sic est apud Virg. A. V, 344. GwRrΥΜ — ℭ = *est pulchro.* Rell. n. l. w = *ex corpore.* ℬ1. — ℭ = *a corpore* contra mss. Virg. l. l. = *in corpore.*

Non enim ullo = PpRrGw Arg.b BV ρρ P2. Col. ℜ — ℬ. Rell. Gr. = *Non enim hon. ullo.* ΥG1. — ℳa = *nullo enim.* ℭ = *Nec enim ullo.* quod unde acceperit latet.

G1. + *ipsa ei magnum.* G2. — ℳa + *ipsa et magnum.*

consecravit = wArg.b. Ipsum hoc latet in scripturis Pp, quorum prior = *consecralitum*, alter = *consecraliter.* Insuper hinc elicienda esse videtur *tum* particula, ut sit: *Tum certe Claranum.* GRr Υ ℜ — ℭ = *consecrat.* Rell. n. l.

p = *et tamen rectus.* ΥΜ — ℬ — *est* ante *animo.* v + *ex casa humili* R(l.) υλ + *ex parva casa.* p + *formosus animus mihi videtur magnus ac magnus.*

3. p = *si possit.* R = *non minus perrump.* p = *perrumpentis.* p — *in* ante *exemplar.* G = *in exemplum deditus.* P1. 3. 4. = *in exemplum editus.* w = ∞ *redditus.* Antiquiores ρρ = *in exempla redditus.* R = *ut scire possimus.*

4. *una fecerimus* = mss. etiam Gr. Gron. Ss. ΥΜ — ℌℜu — ℭ. ℜ ex ing. = *una egerimus.* Dictionem illam multis illustrat Gron. ad h. l. R(l.)λ = *subinde digeram.*

et ad te permittam. Hoc primo die quaesitum est: *Quomodo possint paria bona esse, si triplex eorum condicio est.* Quaedam, ut nostris uidetur, prima bona sunt tamquam gaudium, pax, salus patriae. Quaedam secunda, in materia infelici expressa, tamquam tormentorum patientia et in morbo graui temperantia. Illa bona directo optabimus nobis, haec, si necesse erit. Sunt adhuc tertia tamquam modestus incessus et compositus ac probus uoltus et conueniens prudenti uiro gestus. Quomodo ista inter se paria esse possunt, cum alia optanda sint, alia auersanda? Si uolumus ista distinguere, ad primum bonum reuertamur et consideremus id quale sit. Animus intuens uera, peritus fugiendorum ac petendorum, non ex opinione, sed ex natura pretia rebus inponens, toti se inserens mundo et in omnes eius actus contemplationem suam mittens, cogitationibus actionibusque intentus, ex aequo magnus ac uehemens, asperis blandisque pariter inuictus, neutri se fortunae submittens, supra omnia quae contingunt acciduntque eminens, pulcherrimus cum decore, cum uiribus sanus ac siccus, inperturbatus, intrepidus, quem nulla uis frangat, quem nec adtollant fortuita nec deprimant: talis animus uirtus est: haec eius est facies, si sub unum ueniat adspectum et semel tota se ostendat.

𝔄 — 𝔅1. = *ad te mittam* contra mss. GP1. 3. = *Hoc primum quaesitum est.* V — *Quomodo possint — condicio est.* PpR GwE ρρ Gr. 𝔄 — 𝔊 = *tria bona esse* atque itidem infra. In P4. videbatur esse *quoniam* vel *quia* vel certe *quae ut nostris uidetur.* r — *pax.* πσ = *in morbo gravi tolerantia.*

5. VP3. = *directe.*

optabimus nobis = pG nonnulli ρρ Gr. (GP3. — *nobis*) 𝔅. PrArg.b fere omnes ρρ 𝔄 — 𝔗 = *optavimus nobis.* RV(E) 𝔄𝔈1. — 𝔖 = *optamus nobis.* V — *Sunt adhuc tertia — viro gestus.* P1. = *Quando ista inter se.* P4. = *Quomodo istic inter se.* Vmm 𝔈1. 2. 𝔊 = *Quomodo ista utraque bona esse possunt.*

ad primum bonum = mss. etiam Gr. Ops. Ss. 𝔄 — 𝔅𝔖. 𝔄𝔈1. — 𝔐a — *bonum.*

6. *se inserens* = PpRrwB βγδε ηϑμΘΚτ P2. 3. Col. Sbc Mod. Ops. 𝔄𝔖. GP1. 4. 𝔄 — 𝔐a = *se inferens.* Rell. n. l. p = *et in omnis.*

γδ 𝔄 — 𝔗 = *actionibusque intendens.* Pp = *summittens.* GΘ κσυ P1. 3. 4. codd. Rubeniani 𝔄u𝔐a + *pulcherrimus, ordinatissimus.* Sed hoc perspicue adiectum a librario quodam, ut illud explicaret. V — *cum decore.* o = *sanus ac sincerus.* 𝔄 — 𝔗 = *sanus ac fidus.* P3. 4. = *nulla attollant fort.*

7. (Col.) 𝔈1. — 𝔉2. 𝔍u = *Talis animi virtus est.* Mss. (exc. Col.) etiam Gr. Mod. Ops. ∞. Amicus quidam Gruteri ci. = *Talis avis virtus est* laudato Iuv. VI, 165. *Rara avis in terris nigroque simillima cygno.*

haec ejus est facies = PprArg.b V 𝔄 — 𝔅𝔖. GwR 𝔄𝔈1. — 𝔐a —

Ceterum multae eius species sunt quae pro uitae uarietate et pro actionibus explicantur: nec minor fit aut maior ipsa. Decrescere enim summum bonum non potest nec uirtuti ire retro licet: sed in alias atque alias qualitates conuertitur ad rerum quas actura est habitum figurata. Quicquid adtigit in similitudinem sui 8
adducit et tingit: actiones, amicitias, interdum domos totas quas intrauit disposuitque condecorat: quicquid tractauit id amabile, conspicuum, mirabile facit. Itaque uis eius et magnitudo ultra non potest surgere, quando incrementum maximo non est. Nihil inuenies rectius recto, non magis quam uerius uero, quam temperato temperatius. Omnis in modo est uirtus: modus certa mensura est. Constantia non habet quo procedat, non magis 9
quam fiducia aut ueritas aut fides. Quid accedere perfecto potest? nihil, aut perfectum non erat cui accessit: ergo ne uirtuti quidem, cui si quid adici potest, defuit. Honestum quoque nullam accessionem recipit: honestum est enim propter ista quae retuli. Quid porro decorum et iustum et legitimum? non eiusdem esse formae putas certis terminis conprehensum? Crescere posse inperfectae rei signum est: bonum omne in eas- 10
dem cadit leges: iuncta est priuata et publica utilitas, tam mehercules quam inseparabile est laudandum petendumque. Ergo uirtutes inter se pares sunt et opera uirtutis et omnes homines quibus illae contigere. Satorum uero animaliumque uirtutes,

est. Rell. n. l. p = *plus species sunt.* GwrBE — *quae.* Arg.b = *sed pro uitae var.* G = *implicantur nec minor sit ac maior ipsa.* V — *nec minor fit — ire retro licet.*

8. GwRE recc. nonnulli ρρ Pl. 3. 4. Col. ℜ—𝔊 = *Quicquid attingit.* 𝔄 — *adtigit.* PpℜΜ = *tinguit.* s GBΘmo = *iungit.* GP1. 3. = *tangit.* Col. ℜ.— 𝔊2. = *cingit.* Pinc. 𝔊𝔊 = *fingit.* w + *et amicitias.* Arg.b = *quicquid tractauerit.* p = *mirabilia facit.* P𝔄 = *mir. fecit.* V — *Itaque uis eius — ergo nec inter bona* §. 12.

quando incrementum = Ppwr vetustiores ρρ P2. 𝔄𝔊1. — 𝔖 (exc. 24.) G nonnulli ρρ P1. 3. 4. Col. 24. = *quia incrementum.* R nonnulli recc. ρρ ℜ — 𝔅 = *quoniam incr.* rGArg.b = *maxime non est.* rwB = *temperantius.* P = *modo de certa mensura est.* prEβγ δεημνΚοστυ = *modo certa m. est.*

9. p + *aut ueritas aut uirtus.* Arg.bE = *Quid accidere perf.* B = *accidere perf. nil potest.*

propter ista quae retuli = mss. etiam Gr. ℜ — 𝔅𝔖. Ops. (?) 𝔄𝔊1. — ΜΩ = *propter* [𝔊1. — ℜ + *quod*] *illa quae ret.* GwB = *esse fortunae putas.* p = *conprensum.*

10. GGr. = *invicta est et privata.*

opera uirtutis = wrE Sb Pr. d. Ita scribi sero voluit Sw. PpPr.b = *opera uirtutes.* GRSc 𝔄ℜ—𝔖 = *opera uirtutum.*

quibus illae contigere = PE ρρ (exc. γετλ) Ops. ℜ — 𝔅𝔖. pGP1. 4. 𝔄 = *illae contingere.* RrwγετλP2. 3. Col. 𝔊1.—ΜΩ = *illa contigere.*

cum mortales sint, fragiles quoque caducaeque sunt et incertae: exsiliunt residuntque et ideo non eodem pretio aestimantur. 11 Una inducitur humanis uirtutibus regula: una enim est ratio recta simplexque. Nihil est diuino diuinius, coelesti coelestius. Mortalia minuuntur, cadunt, deteruntur, crescunt, exhauriuntur, inplentur. Itaque illis in tam incerta sorte inaequalitas est: diuinorum una natura est. Ratio autem nihil aliud est 12 quam in corpus humanum pars diuini spiritus mersa. Si ratio diuina est, nullum autem bonum sine ratione est: bonum omne diuinum est. nullum porro inter diuina discrimen est: ergo nec inter bona. Paria itaque sunt et gaudium et fortis atque obstinata tormentorum perpessio: in utroque enim eadem est animi magnitudo, in altero remissa et laxa, in altero pugnax et intenta. Quid? tu non putas parem esse uirtutem eius qui fortiter hostium moenia expugnat et eius qui obsidionem patientis- 13 sime sustinet? Et magnus Scipio qui Numantiam cludit et conprimit cogitque inuictas manus in exitium ipsas suum uerti et magnus ille obsessorum animus qui scit non esse clusum cui mors aperta est et in conplexu libertatis exspirat. Aeque reli-

fragiles quoque caducaeque sunt = mss. 𝔄𝔊1.—𝔊𝔖. 𝔐—𝔅 — *quoque*. 𝔐—𝔐a — *quoque* et *sunt*. 𝔍u = *recidunque*.

11. Rαβλμ Κ Θπυ 𝔐—𝔅+ *Verum una inducitur*. 𝔄= *Una vero inducitur*. ν + *quae una ind*. 𝔊1. —𝔊 + *quia una ind*. r = *inducetur*.

𝔐—𝔅1. = *Mortalia eminent, cadunt* ex ci. Pinc. Mss. et rell. imprr. ∞. sed Sw. laudat mss. nescio quos, qui habeant *imminuuntur*: certe in Arg.b est *minuuntur*. Gron. ci. = *muniuntur*. P = *hauriuntur*. G = *itaque illis vita incerta*. P1. = *itaque vitam incerta illis sorte*. P4. = *itaque ita incerta*. p = *divino rerum una* om. *natura est*. w = *immersa*.

12. G plerique ρρ — *autem* ante *bonum*. Gζϑx + *Paria itaque inter se sunt*. P1. 3. 4. Col. + *Paria itaque sunt inter se*.

et gaudium = mss. 𝔄𝔐 — 𝔊𝔖. 𝔐—𝔐a— *et*. p — *atque* ante *obstinata*. r = *et obstinata*. Col. + *et in altero*. 𝔊1. — 𝔅1. + *sed in altero* contra mss. pwEVδτvKo = *remissa et leta* (*laeta*). GR rell. ρρ (exc. Θ qui solus ∞) 𝔐—𝔅 = *remissa et lenta*. υ = *rem. et lata*. Non dubitabam recipere *lenta*, quod respondet vocabulo *pugnax*, sicut *remissa* opponitur alteri *intenta*, nisi staret pro vulgata scriptura P cum r et aliis. rw = *intentata*. V — *Quid tu non putas — et nulli malo mixtum* §. 12. G = *moenium expugnat*.

13. Rλπυ Col. P3. (s. m.) = *Ut magnus Scipio*.

cludit = PpGR fere omnes ρρ 𝔄 𝔐 — 𝔅𝔖. rw 𝔊1. — 𝔐a = *claudit*. Infra in *clusum* eadem est discrepantia.

exitium suum = mss. 𝔐 — 𝔅𝔖. 𝔄𝔊1. — 𝔐a = *exitium sui*. ν = *magnus et ille*. PpGwr plerique ρρ Gr. 𝔄𝔐 — 𝔗 — *et*. Sed necessaria videbatur particula.

non esse clusum = mss. (exc. G recc. ρρ) etiam Gr. 𝔄(𝔊1. — 𝔊 = ∞ *clausum*) 𝔖. G recc. ρρ 𝔐—𝔅 + *se non esse clusum*. 𝔐 — 𝔐a

qua quoque inter se paria sunt, tranquillitas, simplicitas, liberalitas, constantia, aequanimitas, tolerantia: omnibus enim istis una uirtus subest quae animum rectum et indeclinabilem praestat. Quid ergo? nihil interest inter gaudium et dolorum 14
inflexibilem patientiam? Nihil, quantum ad ipsas uirtutes, plurimum inter illa in quibus uirtus utraque ostenditur: in altero enim naturalis est animi remissio ac laxitas, in altero contra naturam dolor. Itaque media sunt haec quae plurimum interualli recipiunt: uirtus in utroque par est. Uirtutem materia non mutat: nec peiorem facit dura ac difficilis nec meliorem hilaris et laeta: necesse est ergo aequalia sint bona utraque. 15
Nec hic potest se melius in hoc gaudio gerere nec ille melius in illis cruciatibus: duo autem quibus nihil fieri melius potest paria sunt. Nam si quae extra uirtutem posita sunt, aut minuere illam aut augere possunt: desinit unum bonum esse quod honestum. Si hoc concesseris, omne honestum periit. Quare? dicam: quia nihil honestum est quod ab inuito, quod a coacto fit. Omne honestum uoluntarium est: admisce illi pigritiam, 16

= *nihil esse clusum.* 𝔄𝔊1.—𝔐 = *libertas, constantia.*

14. Rελνσ = *et doloris.* Gwr rell. ρρ (exc. αΘ ∞) 𝔅. = *et dolorem et.* 𝔄𝔐—𝔗 = *et dolorem: inflexibilem.* 𝔊1. 2. = *et dolorem inflexibilemque.* p = *nihil quam tu ad ipsas.*

plurimum inter illa = mss. (exc. B) etiam Pinc. Gr. Ops. Ss. 𝔄𝔐—𝔅𝔖. B + *plurimum quantum inter illa.* 𝔊1.— 𝔐a = *plurimum quantum ad illa.*

In altero enim = mss. 𝔑—𝔅𝔖. 𝔄𝔊1.—𝔐a = *In altero namque.*

naturalis est = mss. 𝔑—𝔅𝔖. 𝔄𝔊1.—𝔐a — *est.* 𝔑—𝔗 = *recipiant.*

in utroque = PpGwR 𝔑—𝔅𝔖. r𝔄𝔊1. — 𝔐a = *in utraque.* In Arg.b dubie scriptam esse vocem tradit Sw. Rell. n. l. p = *pars est.*

dura ac difficilis = PpRrGw 𝔑—𝔅. 𝔄𝔊1.— 𝔖 = *dura et diff.* Rell. n. l.

15. Proximis pυ nonnulla addunt, ut sic legantur: *Necesse est ergo pars sit* [υ = *paria sint*] *in utramque* [υ = *in utraque enim re*] *quod fit aeque recte fit, haeque* [υ = *aeque*] *prudenter, aeque honeste, ergo aequalia sunt bona.*

bona utraque. Nec hic potest = 𝔖. Ita scribendum esse docent etiam perversae librorum scripturae. PpE = *bona literaque. Nec hic p.* RB λKΘυ 𝔄 = *bona integraque* [sR ∞]. *Itaque* [B — *Itaque.* 𝔄 = *quia*] *nec hic p.* Gw rell. ρρ = *bona* [sG = *l'libera l'utraque*] *itaque* [γι = *quia*] *nec hic p.* Etiam Gr. (exc. P2.) = *itaque nec hic p.* Grut. num in suis libris *utraque* legerit, non prodit. r = *bona, quia nec hic p.* Arg.b + *ut aequalia sint bona utraque: nec hic potest.* 𝔑 + *ut aequalia sint bona utraque: itaque nec hic p.* 𝔑 — 𝔅 + *ut aeq. s. b. utraque: Ita nec hic potest.* (P2.) 𝔊1. — 𝔐a + *bona utraque, quia nec hic p.*

duo autem = mss. etiam Gr. 𝔄 𝔑—𝔅𝔖. 𝔊1. — 𝔐a = *duo vero.*

quod honestum = Ppw Arg.b GRr. 𝔄𝔊1. — 𝔖 + *quod hon. est.* 𝔑 — 𝔅 + *quod est hon.* Rell. n. l.

16. R = *Adiice illi pigritiam.*

querelam, tergiuersationem, metum: quod habet in se optimum perdidit, sibi placere. Non potest honestum esse quod non est liberum: nam quod timet seruit. Honestum omne securum est, tranquillum est: si recusat aliquid, si conplorat, si malum iudicat: perturbationem recepit et in magna discordia uolutatur. Hinc enim species recti uocat, illinc suspicio mali retrabit. Itaque qui honeste aliquid facturus est quicquid obponitur id, etiam si incommodum putat, malum non putet, ue-
17 lit, libens faciat. Omne honestum iniussum incoactumque est, sincerum et nulli malo mixtum. Scio quid mihi responderi hoc loco possit: Hoc nobis persuadere conaris nihil interesse utrum aliquis in gaudio sit an in ceculeo iaceat ac tortorem suum lasset. Poteram respondere: Epicurus quoque ait *sapientem, si in Phalaridis tauro peruratur, exclamaturum: Dulce est et*
18 *ad me nil pertinet.* Quid miraris si ego paria bona dico unius in conuiuio iacentis, alterius inter tormenta fortissime stantis? cum quod incredibilius est dicat Epicurus dulce esse terroris.

w = *perdit.* G = *si male iudicat.*

recepit = PpS. GwRr ΥΜ — Ma = *recipit.* Rell. n. l.

malum non putet, velit, libens faciat. = PpwE ρρ (exc. ζλμΚΘυ) P2. Col. Sb [Oberl. = *velid*] Ops. S. Sed in S *faciet* remansit nolente Sw. Rr ζλμΚΘυ = ∞ *velut* ∞. GP1. 3. M — B = ∞ *vel* ∞.

P4. = *m. non putet et lib. faciat.* ΥG1. — GQ — Ma = *malum non putat, velut libens faciet* (Υ = *faciat.*) M — *malum non putet — faciat.*

17. *nulli malo mixtum* = PpGw RrBE ρρ (exc. ε) Sb Pr.bd M — BS. ε ΥG1. — Ma = *nullo malo m.*

Υ = *respondere poteris.* GΥ = *nihil interest.* M = *an in ceculeo iaceat.*

ac tortorem = Pprw ΥS. GB = *an tort.* M — B = *aut tort.* RG1. — Ma = *et tortorem.* G = *laxet.* p — *lasset.*

Epicurus quoque ait = mss. (exc. εϑτκλσ) M — BS. εϑτκλσ + *quod Epic. quoque ait.* ΥG1. — Ma = *quod Ep. ait.* Rr M — B = *nihil pertinet.*

18. *unius in convivio iacentis* = Pprmw ex. pervetus et correctum Pinc. P2. M—S. Arg.b = *alterius in conv. iac.* GRB αβϑκλμΚπστ P1. 3. 4. Col. ΥG1. — G = *alterius* [GΥ = *aterius*] *in gaudio positi.* M — Τ = *alterius positi gaudio.* B = *alterius positi in gaudio.* wEV rell. ρρ omnia haec omittunt: et licet observare veterum mstorum lectoribus saepe omissa esse ea, in quibus variet scriptura: sive vacui aliquid est relictum, sive continuata scriptio. Testis est praeter alios V.

dulce esse terroris = Pp. Hoc verum esse mihi facile persuasi: nam confirmatur etiam eorum librorum (wEtv Pr.b) scriptura, qui inter ceteros sunt optimi. Quae autem a recentioribus offeruntur, ab explicantibus librariis aut ab emendantibus sunt profecta. De sententia cf. Ep. 99, 22. *quod ait Metrod. esse aliquam cognatam tristitiae voluptatem.* wE ητν Sb (?) Pr. bd P2. M — B = *dulces esse terrores.* r sRBαβζλμΚΘπυ Arg.b Sc (?) Pr.a Υ = *dulces esse dolores.* GR rell. ρρ P1. 3. 4. Col. S = *dulces esse tortores.* G1. — Ma = *dulce esse torqueri.*

Et hoc respondeo plurimum interesse inter gaudium et dolorem. Si quaeratur electio, alterum petam, alterum uitabo: illud secundum naturam est, hoc contra. Quamdiu sic aestimantur, 19
magno inter se dissident spatio: cum ad uirtutem uentum est, utraque par est et quae per laeta procedit et quae per tristia. Nullum habet momentum uexatio et dolor et quicquid aliud incommodi est: uirtute enim obruitur. Quemadmodum minuta lumina claritas solis obscurat, sic dolores, molestias, iniurias uirtus magnitudine sua elidit atque obprimit et quocumque adfulsit ibi quicquid sine illa adparet exstinguitur: nec magis ul- 20
lam portionem habent incommoda, cum in uirtutem inciderunt, quam in mari nimbus. Hoc ut scias ita esse, ad omne pulchrum uir bonus sine ulla cunctatione procurret: stet illic licet carnifex, stet tortor atque ignis, perseuerabit nec quid passurus, sed quid facturus sit adspiciet et se honestae rei tamquam bono uiro credet: utilem illam sibi iudicabit, tutam, prosperam. Eumdem locum habebit apud illum honesta res, sed tri- 21
stis atque aspera, quem uir bonus pauper aut exul ac pallidus. Agedum pone ex alia parte uirum bonum diuitiis abundantem, ex altera nihil habentem, sed in se omnia: uterque aeque uir bonus erit, etiam si fortuna dispari utetur. Idem, ut dixi, in rebus iudicium est quod in hominibus: aeque laudabilis uirtus 22
est in corpore ualido ac libero posita quam in morbido ac uincto.

Et hoc respondeo = mss. (exc. r aliquot ρρ B) ℜ — ℭ. r aliquot ρρ ϒℭ — *Et.* 𝔐—𝔐a = *Et hic resp.* B = *respondebo.*

19. V — *Quamdiu — spatio.* (Col.) ℭ1. — 𝔐a (exc. ℭ4. ∞) + *Cum vero ad virtutem.* prwArg.b = *per lata procedit.* wrmGArg.b = *et quae per stricta.* ℭ1. — 𝔐a = *Nullum habent momentum.* R = *incommodum est.* B = *obruuntur.* o (m ∞) mm ℭ1. — ℭ 𝔐 — 𝔅1. (exc. ℭ4.) = *minora lumina.* w = *virtus magnanimitate sua.* B = *ac opprimit.* p + *et exstinguitur.*

20. o = *proportionem habens.* *inciderunt* = PpRr maior pars ρρ ϒ. Gwℜ — ℭ = *inciderint.* Rell. n. l. *Hoc ut scias.* ϒℭ1. — ℭ — *ut.* RG(s ∞) B maior pars ρρ (P1. 3. 4.) ϒℜ — 𝔐 = *percurret.* P2. CoL = *procuret.* 𝔗u = *procurreret.* V — *licet.* p = *perseveravit.*

V — *et se honestae rei — tria genera bonorum in aequo sunt* §. 28. p — *sibi iudicabit — habebit apud illum* §. 21. γνα = *sibi vendicabit.*

21. ℭ1. — 𝔐a + *Eumdem ergo locum* contra mss. E — *atque aspera.* G (s ∞) = *tristis atque prospera.* G = *quam vir bonus.* ε = *ac pavidus.* GwRr (cr. ∞) maior pars ρρ ℜ—𝔅 = *aut pallidus.* pGwr Arg.b ϒℜ — 𝔗 = *Agendum pone.* p = *ex altare nihil habentem.* Arg.b = *dispari nitetur.* Arg.b — *in rebus* et = *indicium est.*

22. In P *posita* erasum. λ = *morbido ac uncto.* ϒ — *ac.*

Ergo tuam quoque uirtutem non magis laudabis, si corpus illibatum, integrum fortuna praestiterit quam si ex aliqua parte mulcatum: alioquin hoc erit ex seruorum habitu dominum aesti-
23 mare. Omnia enim ista in quae dominium casus exercet seruа sunt, pecunia et corpus et honores, inbecilla, fluida, mortalia, possessiones incertae. Illa rursus libera et inuicta opera uirtutis: quae non ideo magis adpeteuda sunt, si benignius a fortuna tractantur, nec minus, si aliqua iniquitate rerum premuntur. Quod amicitia in hominibus est hoc in rebus
24 adpetitio. Non, puto, magis amares uirum bonum locupletem quam pauperem nec robustum et lacertosum quam gracilem et languidi corporis: ergo ne rem quidem magis adpetes aut amabis hilarem ac pacatam quam distractam et operosam. Et si

Pinc. v. l. ℜ — 𝔅 𝔊 — 𝔅1. = *Ergo tua quoque virtus non magis laudabilis* (ℜ — 𝔅 + *est*) contra mss. etiam Gr. Gron. Ops. (P2. — *quoque*. P3. = *laudabilis*.)

corpus illibatum, integrum = unus Ops. Erf. Heins. 𝔑u 𝔐a. Vox *illibatum* etiam in p videtur antiquitus fuisse, atque latet etiam in *illi tuum, illi tamen, illiticum* all.: *illaesum*, quod in aliis legitur, nihil est nisi scholion: *integrum* vero ab omnibus libris servatur, quam ob rem non debebat omitti a Swo. Pp(s. m.) E alter Ops. P2. Sb Pr.b = *corp. illi tuum, integrum.* w = *corp. illi tamen integrum.* Tertius Ops. = *corpus illiticum, integrum.* G = *corp. illi cibis integrum.* P3. = *corp. illesum tibis et integrum.* RmGBαβγζηϑικλμKΘπστ P1. 4. Col. ℜ—𝔅1. = *corp. illaesum tibi et* [ℜ — 𝔗 — *tibi*, RmG — *tibi et*, B— *et*] *integrum.* 𝔄 = *corp. illesum tibi et integrum hoc fort.*

mulcatum. pwmG = *multatum.* PBE Ops. Erf. Heins. Sb Pr. ad 𝔑u 𝔐a = *mutilatum multatum.* α βδεηϑικλμνKΘπτ P1. 4. = *mutilatum ac* [nonnulli ρρ P1. 4. = *vel*] *mulctatum.* GRr rell.ρρ (P2. 3. Col.) 𝔄ℜ—𝔅1.𝔖 = *mutilatum. Mulcare* et *multare* sive *mulctare* a librariis saepe confusa esse docent Drkb. cum aliis ad Liv. VIII, 24, 15. (*corpore regio utcumque mulcato*) Ruhnk. ad Ter. Eun. IV, 7, 4. *mutilatum* autem hic non minus est scholion quam apud Liv. l. l. G = *a seruorum habitu.*

23. *serva sunt* = mss. (exc. R GP1. 3. 4. Col.) etiam tres Ops. P2. 𝔑u — 𝔖. BG P1. 3. 4. Col. 𝔄ℜ — 𝔅1. = *servilia sunt.* Gℜ = *imbecillia sunt.* ℜ = *imbecilia.*

possessiones incertae = mss. (exc. p) 𝔄ℜ — 𝔊. p = *possessionis incerta.* quod est magis ex consuetudine Taciti quam Senecae. 𝔐 — 𝔖 = *possessionis incertae.*

p = *liber at invincta.* Gℜ — 𝔅 = *tractentur.* 𝔄𝔊1. — 𝔐a + *adpetitio est.* Rell. etiam Ops. Gr. ∞.

24. Arg.b — *et* ante *lacertosum.*

aut amabis = mss. etiam Gr. [Col. = *non amabis*] Ss. 𝔄ℜ — 𝔅. 𝔊1. 𝔖 — *aut amabis.* 𝔄𝔊1. — 𝔐 = *aut pacatam.* Col. 𝔖 = *et pacatam.* Rell. etiam Ops. Gr. ∞. wℜ — 𝔅 = *districtam.* ℜ = *districtam.* B = *distinctam.*

Et si hoc est = mss. (exc. wRrSc) ℜ—𝔐a. Hoc ineptum vocat Sw. et ipse scribit *At si hodie magis* propter sequentia *deinde* et *paulatim.* Sed *Et* hic habet eam significationem, ex qua pro adversativa particula posita esse videtur (vid. Ind.): unde factum est, ut RrSc𝔄 scripserint *At si hoc est.* w — *Et. Deinde* autem saepe ponitur, ut non

hoc est, magis diliges ex duobus aeque bonis uiris nitidum et unctum quam puluerulentum et horrentem. deinde huc usque peruenies, ut magis diligas integrum omnibus membris et inlaesum quam debilem aut luscum. paulatim fastidium tuum illo us- 25
que procedet, ut ex duobus aeque iustis ac prudentibus comatum et crispulum malis. Ubi par in utroque uirtus, non conparet aliarum rerum inaequalitas: omnia enim alia non partes, sed accessiones sunt. Num quis tam iniquam censuram inter suos agit, ut filium sanum quam aegrum magis diligat? procerumue et excelsum quam breuem aut modicum? Fetus suos non 26
distinguunt ferae et se in alimentum pariter omnium sternunt. aues ex aequo partiuntur cibos. Ulixes ad Itbacae suae saxa sic properat quemadmodum Agamemnon ad Mycenarum nobiles muros. Nemo enim patriam quia magna est amat, sed quia sua. Quorsus haec pertinent? Ut scias uirtutem omnia opera uelut fetus suos iisdem oculis intueri, aeque indulgere omnibus et quidem inpensius laborantibus: quoniam quidem etiam parentum 27
amor magis in ea quorum miseretur inclinat. Uirtus quoque opera sua quae uidet adfici et premi non magis amat, sed parentum bonorum more magis conplectitur ac fouet. Quare non est ullum bonum altero maius? Quia non est quicquam apto aptius,

praecedat *primum* vel *hodie* vel simile aliquid.

RG𝔊xλK = *aeque iustis nitidum et unctum.* Pp nonnulli ρρ = *hoc usque.* R = *eo usque.* r = *et luscum.*

25. p = *illo usque cedet.* G = *ac crispulum.* w = *ac crispum.* 𝔑 — 𝔚 = *aut crispulum.*

Rraβτοπσ (P2. Col.) Sc𝔄𝔚—𝔐a + *quam recalvastrum.* Θ𝔑𝔑 + *quam recalvum.* 𝔗 + *quam recalvă.* PpGwE rell. ρρ SbPr.abd P4. haec non agnoscunt: et profecto sunt spuria adiectaque ab iis, qui hanc sententiam superioribus magis accommodare studuerunt.

ubi par in utroque virtus = Pw Arg.b 𝔑—𝔚. GR𝔄𝔊1. — 𝔖 + *ubi par est.* pr + *virtus est.* Rell. n. l.

𝔄 = *non comparat alienum: omnia.* Arg.b = *alia erit rerum inaequalitas.* E desinit in verba *aliarum rerum inaequalitas* et addit *Vale.*

Num quis = PpRrGwB ρρ P1. 3. 4. 𝔑—𝔊1. 𝔔4. Col. 𝔄 = *Num quid.* 𝔊2. — 𝔖 (exc. 𝔔4.) = *Nam quis.*

Col. = *procerum vel excelsum.* P1. = *procerum vero et excelsum.* *aut modicum* = PpGRBP2. Col. 𝔄𝔊1. 2. — 𝔖. rP1. 3. 4. 𝔑 — 𝔚 = *ac modicum.* Pinc. 𝔊 — 𝔐a = *et modicum.*

26. p = *Ulixis athicaec suae.* G— *sic.* RB + *Mycenarum suarum.* G = *nobiles viros.*

Quorsus = Ppr𝔄𝔊1. 2. 𝔖. Gw R𝔑 — 𝔐a = *Quorsum.* Rell. n. l. 𝔊1. — 𝔐a + *omnia opera sua* contra mss.

27. 𝔑—𝔚— *etiam* ante *parentum.* *inclinat* = Ppw(Arg.b) 𝔊1.—𝔅1. GRrB Gr.𝔄𝔑 — 𝔚𝔑u — 𝔖 = *inclinatur.* quod defendit Gron. vid. Ind. p = *parentium.* w = *amplectitur.*

quia plano nihil est planius. Non potes dicere hoc magis par esse alicui quam illud: ergo nec honesto honestius quicquam
28 est. Quod si par omnium uirtutum natura est, tria genera bonorum in aequo sunt. Ita dico: in aequo est moderate gaudere et moderate dolere: laetitia illa non uincit hanc animi firmitatem sub tortore gemitus deuorantem. Illa bona optabilia, haec mirabilia sunt: utraque nihilo minus paria, quia quicquid incommodi est ui tanto maioris boni tegitur. Quisquis haec inparia iudicat ab ipsis uirtutibus auertit oculos et exteriora circumspi-
29 cit. Bona uera idem pendunt, idem patent. illa falsa multum habent uani. Itaque speciosa et magna contra uisentibus, cum ad pondus reuocata sunt, fallunt. Ita est, mi Lucili, quicquid uera ratio commendat solidum et aeternum est, firmat animum adtollitque semper futurum in excelso: illa quae temere laudantur et uolgi sententia bona sunt inflant inanibus laetos. Rursus ea quae timentur tamquam mala iniciunt formidinem mentibus
30 et illas non aliter quam animalia species periculi agitant. Utraque ergo res sine causa animum et diffundit et mordet: nec illa gaudio nec haec metu digna est. Sola ratio inmutabilis et iudicii tenax est: non enim seruit, sed imperat sensibus. Ratio rationi par est sicut rectum recto: ergo et [uirtus uirtuti]: uirtus non aliud quam recta ratio est. Omnes uirtutes rationes sunt:

PpB nonnulli ρρ ℜ—𝔊1. 𝔗u = *Non potest dicere.* Hoc defendere potueris eo, quod Seneca adversarium intelligens solet fere scribere *inquit*, ubi ad certum quendam hominem ex orationis nexu referri nequit: id multis locis temere mutarunt in *inquis.*

par esse = mss. etiam Gr. fere omnes 𝔄ℜ — 𝔅𝔖. 𝔊1. — 𝔐a = *par est.* PR + *quam illi illud.* wsG + *quam illud illi.* ℜ—𝔗 + *quam illud: illud ergo.*

28. P = *incommodia est.*

vi tanto maioris = Pp aliquot ρρ. Arg.bw alii ρρ P 1. 3. 4. Col. ℜ — 𝔗 = *in tanto maioris.* Alii ρρ B = *vi tanta maioris.* G = *ninitãta maioris.* Rrγt P2. 𝔄𝔅 — 𝔖 = *velamento maioris.* quod assigna librario emendanti vel explicanti. p = *avert et oculos.* ℜ = *advertit oc.* w = *evertit oc.*

29. prB fere omnes ρρ ℜ — 𝔅 = *idem pendent.*

illa falsa = mss. etiam Gr, Pinc. 𝔄ℜ—𝔅𝔖. 𝔊1.—𝔐a — *illa.* p = *aeternum et infirmat animum.* p = *et illam non aliter.*

30. G(m∞)— *inmutabilis — Ratio rationi.* p = *imperat sensibus ratio. Ratio pars est.*

ergo et virtus virtuti: virtus non aliud quam ratio est = 𝔖. *virtus virtuti* uncis inclusi, cum essent tantum ab ingenio Swi profecta, Mss. (exc. p) etiam plerique Gr. 𝔄 ℜ — 𝔊 = *ergo et virtus non aliud* [P2. = *aliter*] *quam ratio est* (𝔄 𝔊1. — 𝔊 — *est.*) p = *ergo et virtus rationes sunt. rationes sunt, si rectae sunt et pares sunt* reliquis omissis. ℜ — 𝔐a = *ergo et virtus, quae non aliud est quam recta ratio.*

Omnes virtutes rationes sunt:

rationes sunt rectae: si rectae sunt, et pares sunt. Qualis ratio est tales et actiones sunt: ergo omnes pares sunt: nam 31
cum similes rationi sint, similes et inter se sunt. Pares autem actiones inter se esse dico, quia honestae sunt rectae: ceterum magna habebunt discrimina uariante materia quae modo latior est, modo angustior, modo inlustris, modo ignobilis, modo ad multos pertinens, modo ad paucos. In omnibus tamen istis id 32
quod optimum est par est. Tamquam uiri boni omnes pares sunt, quia boni sunt. sed habent differentias aetatis: alius senior est, alius iunior. habent corporis: alius formosus, alius deformis est. habent fortunae: ille diues, hic pauper est, ille gratiosus, potens, urbibus notus et populis, ignotus hic plerisque et obscurus. Sed per illud quod boni sunt pares sunt. De bonis ac malis sensus non iudicat: quid utile sit, quid inu- 33
tile ignorat. Non potest ferre sententiam, nisi in rem praesentem perductus est. nec futuri prouidus est nec praeteriti memor: quid sit consequens nescit. Ex hoc autem rerum ordo

rationes sunt rectae: si rectae sunt, et pares sunt = Pr. RmP3. = *Omnes virtutes rationes rectae sunt* [mP3. — rectae]: *si rationes sunt, et rectae sunt: si rectae sunt, et pares sunt.* GwA = *Omnes virtutes rationes sunt, si rectae sunt: si rectae sunt,* [wA — *si rectae sunt*] *et pares sunt.* ρρS = *Omnes virtutes rationes sunt: si rationes sunt, rectae sunt: si rectae sunt, et pares sunt.* Arg.b P1. 3. 4. Col. R — TE1. — E = *Omnes virt. rat. sunt. Rationes sunt, si rectae sunt: si rectae sunt et p. s.* P2. = *Omnes virtutes rationes sunt. Rationes sunt, rectae sunt.* Hoc probavit Grut. et interrogationis notam posuit post *Rationes sunt.* B n. l. B = *O. virt. rat. sunt. sed rationes rectae sunt: si rectae sunt, et pares sunt.* M — Ma = *Omnes virtutes rationes rectae sunt: si rectae sunt, et pares sunt.*

31. p = *rationes sint.* Nonnulli ρρ = *pares autem rationes inter se.*

quia honestae rectae sunt = Pp RrGw Bρρ R — B (Gw Bρρ R — B + *rectaeque.* unde possis coniicere *rectae quoque*). E1. — GS = *quia rectae sunt et honestae.* M — Ma = *qua rectae sunt et honestae* ex ci. Erm. p = *modo angusta.* A = *modo illustrior.*

32. A — *id* ante *quod optimum.* P + *Honestes tamquam.* p = *Honestes umquam.* ιγινυ P2. E1. + *Honesta sunt tamquam.* Col. + *Honesta tamquam.* RG w rell. ρρ P1. 3. 4. AR — BS. + *honestae sunt. Tamquam.* Solus ζ caret hoc additamento, quod ex ora irrepsisse vel temere repetitum esse mihi satis constat.

quia boni sunt = mss. AR — B E2. — GS. E1. = *qui boni sunt.* M — Ma = *qua boni sunt* ex ci. Erm.

senior est = mss. R — BS. A E1. — Ma — *est.* p = *alius iuvenior.* p — *hic* post *ignotus.* p = *Sed illud quo boni sunt* om. *per.*

33. *quid utile sit* = mss. AR — RS. ζ — Ma = *quod utile scit.* quod originem ducit potius a librarii negligentia quam a Lipsii ingenio. At Olshausenius ex ingenio mutavit in *nescit.*

seriesque contexitur et unitas uitae per rectum itura. Ratio ergo arbitra est bonorum ac malorum: aliena et externa pro uilibus habet et ea quae neque bona sunt neque mala accessiones minimas ac leuissimas iudicat: omne enim illi bonum in animo
31 est. Ceterum bona quaedam prima existimat ad quae ex proposito uenit, tamquam uictoriam, bonos liberos, salutem patriae. quaedam secunda quae non adpareut nisi in rebus aduersis, tamquam aequo animo pati morbum magnum, exilium. quaedam media quae nihilo magis secundum naturam sunt quam contra naturam, tamquam prudenter ambulare, conposite sedere. Non enim minus secundum naturam est sedere quam aut stare aut
35 ambulare. Duo illa bona superiora diuersa sunt: prima enim secundum naturam sunt gaudere liberorum pietate, patriae incolumitate. secunda contra naturam sunt fortiter obstare tormentis et sitim perpeti morbo urente praecordia. Quid ergo? aliquid contra naturam bonum est? Minime: sed id aliquando
36 contra naturam est in quo bonum illud exsistit: uolnerari enim et subiecto igne tabescere et aduersa ualitudine adfligi contra naturam est: sed inter ista seruare animum infatigabilem secundum naturam est. Et ut quod uolo exprimam breuiter, materia boni aliquando contra naturam et bonum numquam, quoniam bonum sine ratione nullum est: sequitur autem ratio naturam. Quid est ergo ratio? Naturae imitatio. Quod est summum

𝔎u et ed. Tauchn. = *ut unitas vitae.*

per rectum itura = PpRBαβ δεἰμKΘπυ Nicot. Sicul. Pr.a 𝔎—𝔚𝔖. Pr.bδ aliquot ρρ = *perfectum itura.* ργι P2. Sc 𝔄𝔊1. — 𝔐a = *in perfectum* [𝔄 = *imperfectum*] *itura.* ζ + *per rectum et inperfectum itura.* Gw rell.ρρ P1. 3. 4. Col. 8b = *ad perfectum.* Sw. exspectaverat *iturae*, nec ego aliter.

G(ꝫ∞) = *Ratio arbiter est.*

𝔎 — 𝔗 = *et caetera quae nec bona sunt.* wP1. 3. — *ac levissimas.*

omne enim = PpRrGw Arg.b B 𝔎 — 𝔚. 𝔄𝔊1. — 𝔖 — *enim.* ρρ n. l.

34. *bona quaedam* = mss. etiam Gr. Ss. 𝔄𝔑—𝔊𝔖. 𝔐—𝔐a — *bona.* Pp= *at quae.* G = *atque.*

G= *bonos viros.* p = *quam prudenter ambulare.* Gron. ci. = *pudenter ambulare.* Gwr Arg.b B antiquiores et emendatiores ρρ 𝔄𝔑 — 𝔚 — *aut* ante *stare.* w = *et ambulare.* R = *quam ambulare.*

35. *Duo illa bona* = mss. etiam Gr. Ss. 𝔄𝔑—𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a — *bona.* 𝔎u ed. Tauchn. = *libr orum pietate.* ita plerumque ed. Tauchn. imitatur 𝔎u.

Pp = *optare tormentis.* r = *optare tormenta.* w𝔄= *obstare tormenta.* sw= *vel aptare tormentis.* ενοσ= *aptare se tormentis.*

sed id aliquando = mss. 𝔎 — 𝔚 𝔖. 𝔄𝔊1. — 𝔐a = *sed illud aliquando.* r= *in quo bonum istud.*

RGw P1. 3. Sicul. = *consistit.*

36. 𝔎—𝔚 = *observare animum.* pRG 𝔎 — 𝔚𝔖 + *contra naturam est.*

et bonum = mss. 𝔄𝔑—𝔊1. 𝔊2. — 𝔐a = *at bonum.* 𝔖 — *et.*

r + *Quod est summum hominis*

hominis bonum? Ex naturae uoluntate se gerere. Non est, 37
inquit, dubium quin felicior pax sit numquam lacessita quam multo reparata sanguine. Non est dubium, inquit, quin felicior res sit inconcussa ualitudo quam ex grauibus morbis et extrema minitantibus in tutum ui quadam et patientia educta. Eodem modo non erit dubium quin maius bonum sit gaudium quam obnixus animus ad perpetiendos cruciatus uolnerum aut ignium. Minime: illa enim quae fortuita sunt plurimum discri- 38
minis recipiunt: aestimantur enim utilitate sumentium. Bonorum unum propositum est consentire naturae: hoc contingere omnibus par est. Cum alicuius in senatu sententiam sequimur, non potest dici: Ille magis adsentitur quam ille: ab omnibus in eamdem sententiam itur. Idem de uirtutibus dico: omnes naturae adsentiuntur. idem de bonis dico: omnia naturae adsentiuntur. Alter adulescens decessit, alter senex, aliquis praeter hos in- 39
fans cui nihil amplius contigit quam prospicere uitam: omnes hi aeque fuere mortales, etiam si mors aliorum longius uitam passa est procedere, aliorum in medio flore praecidit, aliorum interrupit ipsa principia. Alius inter coenandum solutus est. alterius continuata mors somno est. aliquem concubitus exstinxit. His obpone ferro transfossos aut exanimatos serpentum 40

bonum segregare. P = *ex natura uoluntatem segregare.*

37. p = *quin felicior pascit numquam.* Pinc. ci. = *quam multorum parta sanguine.*

quin felicior res sit = PpR antiquiores et probatiores ρρ Pr.abd ℵ ℜ — ℬ𝔖. Gwr (reec. ρρ Arg.b B) 𝔊1. — 𝔐a — *res.* p = *valitudine tam quam.* Relvσ = *ui quadam patientiae ducta.* Etiam G(s∞) rell. ρρ P1. 3. 4. = *ducta.* Unus Pinc. = *ui quadam patientiae inducta.* ν = *num erit dubium.* α πℜ — ℬ = *numquid erit dubium.* p = *non erat dubium.*

quam obnixus animus = pP2. 𝔖. Rell. = *quam obnoxius animus.* Rℜ — ℬ = *ad perpetiendum.* p = *ad percipiendos.*

38. ν nonnulli alii ρρ ℜ — ℬ = *aestimantur autem.*

hoc contingere = PRrGwρρ Gr, Ss. ℵℜ — 𝔊. B𝔖 + *conting.*

in omnibus. p = *hoc contire omnibus.* 𝔐 — 𝔐a = *hoc in omnibus.*

Cum alicuius in senatu = Ppr w (Arg.b B ρρ Col.) ℵℜ — 𝔐a. G P1. 3. 4. = *Si alicuius* ∞. B — *senatu.* R Sicul. 𝔖 = *Cum alicuius senatus sent. sequitur* (etiam ℜ — 𝔗 = *sequitur*). P2. = *Cum alicuius senatus sent. sequimur.*

P2. 3. 4. Col. = *omnes naturae assentiuntur.*

39. G P1. 3. 4. = *nihil aliud contigit.* ℜ — ℬ 𝔅1. — 𝔐a ed. Tauchn. = *contingit.* Arg.b = *passa est producere.* p = *in medio flore procedit.* R (s ∞) P1. 3. — *in.* r = *procidit.*

ipsa principia = mss. etiam Ss. ℵℜ — ℬ𝔖. 𝔊1. — 𝔐a — *ipsa.* Arg.b = *concinnata mors est.*

40. P = *His oppono.* R recc. ρρ = *His appone.* pGwr = *serpen-*

morsu aut fractos ruina aut per longam neruorum contractionem extortos minutatim: aliquorum melior dici, aliquorum peior potest exitus: mors quidem omnium par est. Per quae uenit diuersa sunt: id in quod desinunt unum est. Mors nulla maior aut minor est: habet enim eumdem in omnibus modum finisse
41 uitam. Idem tibi de bonis dico: hoc bonum inter meras uoluptates est, hoc inter tristia et acerba. illud fortunae indulgentiam rexit, hoc uiolentiam domuit: utrumque aeque bonum est, quamuis illud plana emolliuerit, hoc aspera. Idem finis omnium est: bona sunt, laudanda sunt, uirtutem rationemque comitantur: uirtus aequat inter se quicquid agnoscit. Nec est quare
42 hoc inter nostra placita mireris. Apud Epicurum duo bona sunt ex quibus summum illud beatumque conponitur: *ut corpus sine dolore sit, animus sine perturbatione.* Haec bona non crescunt, si plena sunt: quo enim crescet quod plenum est? Dolore corpus caret: quid ad hanc accedere indolentiam potest? Animus constat sibi et placidus est: quid accedere ad hanc tranquillitatem potest? Quemadmodum serenitas coeli non recipit maiorem adhuc claritatem in sincerissimum nitorem repurgata:
43 sic hominis corpus animumque curantis et bonum suum ex utroque nectentis perfectus est status et summam uoti sui inuenit, si nec aestus animo est nec dolor corpori. Si qua extra blandimenta contingunt, non augent summum bonum, sed, ut ita dicam, condiunt et oblectant: absolutum enim illud humanae naturae bonum corporis et animi pace contentum est.

tium. PpArg.b = *fructus ruina.* r = *fluctos ruina.* w = *fluctus ruina.* p = *minutat in aliquorum.* (etiam in P litterae *im* sunt erasae). Arg.b = *minutim.*

p = *per quem veniunt.* Pr𝔄 = *per quae veniunt.* pArg.b P1. 3. 4. Col. = *in id quod desinunt.* P2. — *in.* w = *mors ulla peior aut minor.* G(s ∞) w (s. m.) B𝔄 = *fuisse vitam.* quod valde placet.

41. p = *voluptates hoc est inter.* PpG = *inter tristitiam.*

p = *plana et molliverit.* w = *emollierit.* G = *emollient.* 𝔑 — 𝔗 = *emoluerit.* p = *virtutes aequat.* pw Arg.b 𝔄 = *agnoscet.*

42. *Nec est quare* = PpRrG Arg.bB P1. 3. 4. Col. 𝔐 — 𝔅𝔖. w = *Non est quare.* P2. 𝔊1. — 𝔐a = *Nec est quod.* ρρ n. l.

α = *summum illud beatum bonum.* Gγ𝔇xK P1. 3. 4. = *summum illud bonum.* 𝔑 — 𝔅 + *summum illud beatumque bonum.* wo = *quomodo enim crescet.* G𝔑 — 𝔗 = *si plenum est.* w = *huic tranquillitati.* w = *adhuc serenitatem.* p = *sincerissimum nitorem repurgat.* G P1. 3. 4. = *in serenissimum nitorem.*

43. p = *vi hominis.* p = *nec dolor corporis.* r = *sic nec aestus.* r = *nec augent.* p = *sit ut ita dicam.*

Dabo apud Epicurum tibi etiamnunc simillimam huic nostrae diui- 44
sionem bonorum. *Alia* enim *sunt* apud illum *quae malit contingere sibi, ut corporis quietem ab omni incommodo liberam et animi remissionem bonorum suorum contemplatione gaudentis: alia sunt quae, quamuis nolit accidere, nihilo minus laudat et conprobat,* tamquam illam quam paulo ante dicebam malae ualitudinis et dolorum grauissimorum perpessionem in qua Epicurus fuit illo summo ac fortunatissimo die suo. 45
Ait enim *se uesicae et exulcerati uentris tormenta tolerare ulteriorem doloris accessionem non recipientia: esse nihilo minus sibi illum beatum diem.* Beatum autem agere nisi qui est in summo bono non potest. Ergo et apud Epicurum sunt haec bona quae malles non experiri, sed, quia ita res tulit, et amplexanda et laudanda et exaequanda summis sunt. Non 46
potest dici hoc non esse par maximis bonum quod beatae uitae clausulam inposuit, cui Epicurus extrema uoce gratias egit. Permitte mihi, Lucili uirorum optime, aliquid audacius dicere: si ulla bona maiora esse aliis possent, haec ego quae tristia uidentur mollibus illis et delicatis praetulissem. Maius est enim perfringere difficilia quam laeta moderari. Eadem ratione fit, scio, ut aliquis felicitatem bene et ut calamitatem fortiter ferat. Aeque esse fortis potest qui pro uallo securus excubuit nullis 47
hostibus castra temptantibus et qui succisis poplitibus in genua se excepit nec arma dimisit. *Macte uirtute esto* sanguinolen-

44. GP1. 3. 4. = *Dabo apud Epicuros tibi omnem etiamnunc sim.* Col. = ∞ *tibi nunc sim.* p = *mallit* et mox *nollit.* GP1. 3. 4. = *bonorum operum contempl.* ℜ — 𝔅 — *nolit* ante *accidere.* 𝔊1. — 𝔖 + *et laudat* contra mss. 𝔄 — *et conprobat.* G ℜ — 𝔅 = *et probat.*

45. GP1. 𝔄𝔊1. 2. = *ac fortissimo die.* r = *non qui est in summo.* G = *Ergo et apud Epicuros sunt haec omnia bona.* Etiam P1. 3. 4. Col. + *haec omnia bona.* w = *quia itaque res tulit.* Pp 𝔄𝔗 = *quia ita rettulit.* RrB ℜℜ = *quia ita retulit.* P1. 3. 4. + *summis bonis.*

46. p = *clausulam non posuit. Permitte mihi, Lucili* = PpRrw 𝔄𝔖. Gℜ — 𝔅 = *Permitte, mi L.* ρρ aut = *Permitte mihi, L.* aut = *Permitte, mi L.* 𝔊1. — 𝔐a + *Permitte mihi, mi L.* GP1. 3. Col. ℜ — 𝔊1. = *esse aliis possunt.* p = *quae tristitia.* p + *praetulissem. Haec maiora dixissem. Maius.* K = *difficilia pertingere.* RrGw rell. ρρ (exc. ησ ∞) ℜ = *d. perstringere.* ℜ — 𝔅 = *d. praestringere.* 𝔄 = *d. perstrixisse.* 𝔊1. — 𝔖 = *d. perstrinxisse.* p = *scio vi alicuius. et ut calamitatem* = mss. (p = *et vi cal.*) 𝔄ℜ — 𝔊1. 𝔖. 𝔊2. — 𝔐a — *ut.*

47. 𝔄 + *non potest.* r = *excubavit.* p = *succissis popl.* G(s ∞) = *ac arma dimisit.* p = *sanguinolentes et ex ac-*

tis et ex acie redeuntibus dicitur. Itaque haec magis laudauerim bona exercitata et fortia et cum fortuna rixata. Ego dubitem quin magis laudem truncam illam et retorridam manum Mucii quam cuiuslibet fortissimi saluam? Stetit hostium flammarumque contemptor et manum suam in hostili foculo distillantem perspectauit, donec Porsenna cuius poenae fauebat gloriae inuidit et ignem inuito eripi iussit. Hoc bonum quidni inter prima numerem tantoque maius putem quam illa secura et intemptata fortunae quanto rarius est hostem amissa manu uicisse quam armata? Quid ergo? inquis, hoc bonum tibi optabis? Quidni? hoc enim nisi qui potest et optare non potest facere. An potius optem ut malaxandos articulos exoletis meis porrigam? ut muliercula aut aliquis in mulierculam ex uiro uersus digitulos meos ducat? Quidni ego feliciorem putem Mucium qui sic tractauit ignem, quasi illam manum tractatori praestitisset? In integrum restituit quicquid errauerat: confecit bellum inermis ac mancus et illa manu trunca reges duos uicit. Uale.

EPISTULA V. (67.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Ut a communibus initium faciam, uer aperire se coepit: sed iam inclinatum in aestatem, quo tempore calere debebat intepuit nec adhuc illi fides est: saepe enim in hiemem reuolui-

cione. Sw. maluerat abesse copulam *et.* pP3. = *bona exercita.*

48. PGR Arg.b maior pars ρρ P1. 3. 4. ℜ — ℬ + *non dubitem.* rw P2. Col. ℵ𝔊1. — 𝔊 = *non dubito.* 𝔖 + *cur dubitem* ex ingenio, ut videtur: sed promptius erat scribere *Egone dubitem.* p cum aliquot ρρ 𝔐 — 𝔐a ∞. p = *in hostili facullo.* p = *Porsinna.* PpArg.b Col. = *quid inter prima.* ℵℜ — ℬ = *quidem inter prima.* GP1. 3. 4. ℜ — ℬ + *non numerem.* ℵ = *non minuerem.* p = *quam alia.* P = *intempta.* G(m∞) = *intenta.* p = *temptata.* p = *vicisse quam a marita.*

49. *malaxandos* = Pprw Arg.b B αγενθτ duo Put. Pr. bd quidam Pinc. ℜ𝔖. ℜ — 𝔊 = *male laxandos.* ꝛP2. = *manu laxandos.* δ = *malesandos.* GR rell. ρρ quidam Pinc. P1. 3. 4. Col. = *laxandos.* 𝔐 — 𝔐a = *malacissandos* ex ci. Rod. Agric. m𝔊. = *luxandos.* Psw = *exsoletis.* pℵ — *aut aliquis in mulierculam.* w = *digitos meos.* P = *quae sic tractavit.* p = *quod sictr.* pGwB𝔖 = *quam si illam.* P3. = *trāctatori.* P4. mCol. = *truncitatori.* Col. = *finctatori.* P — *In* ante *integrum.* p + *quicquid ergo.* ℜ — ℬ = *ista manu.*

Lib. VII. Ep. 5. (67.)

In hac quoque epistola V plurima omittit: sed ea omnia indicare iam supersedeo.

Gaב = *Ut actionibus initium faciam.* p = *capere debebat.* ℜu = *in hiemem resolvitur.* 𝔊 + *in hiemem revovem revolv.*

tur. Uis scire quam dubium adhuc sit? nondum me committo frigidae: adhuc rigorem eius infringo. Hoc est, inquis, nec calidum uec frigidum pati. Ita est, mi Lucili: iam aetas mea contenta est suo frigore. uix media regelatur aestate. Itaque 2 maior pars in uestimentis degitur. Ago gratias senectuti, quod me lectulo adfixit. Quidni gratias illi hoc nomine agam? quicquid debebam nolle non possum. Cum libellis mihi plurimus sermo est. Si quando interuenerunt epistulae tuae, tecum esse mihi uideor et sic adficior animo, tamquam tibi non rescribam, sed respondeam. Itaque et de hoc quod quaeris, quasi conloquar tecum, quale sit una scrutabimur. Quaeris *an omne bo-* 3 *num optabile sit:* si bonum est, inquis, fortiter torqueri et magno animo uri et patienter aegrotare, sequitur ut ista optabilia sint: nihil autem uideo ex istis uoto dignum. neminem certe adhuc scio eo nomine uotum soluisse, quod flagellis caesus esset aut podagra distortus aut eculeo longior factus. Di- 4 stingue, mi Lucili, ista et intelleges esse in his aliquid optandum. Tormenta abesse a me uelim: sed si sustinenda fuerint, ut me in illis fortiter, honeste, animose geram optabo. Quidni ego malim non incidere bellum? sed si inciderit, ut uolnera, ut famem et omnia quae bellorum necessitas adfert generose feram optabo. Non sum tam demens, ut aegrotare 5

frigidae = P𝔔 — 𝔐a: nec multum recedit unus Mod., qui = *frigido.* p + *frigidae vere.* Sb = *frigide vere.* VPr.b = *frigido vere.* voσ = *calido veri.* Gw RrB rell. ρρ Gr. Sc Pr.a 𝔛𝔑 — 𝔊 = *frigido veri.* Ex. Francisc. ap. Pinc. 𝔐 = *frigido aeri.* 𝔖 + *frigidae merae* ex ci.

ανοσ 𝔑—𝔅 = *adhuc rigorem eius timeo.* r = *rigorem eius instringo.* G(mω) βπP1. 3. Col. = *rigor est eius* [βπ — *eius*] *in frigore.* R = *rigor eius est in frigore.* Rell. ρρ (exc. ε ω) aut faciunt cum R aut cum G. P2. = *rigore eius instringor.* P4. + ω *infringo: rigor eius est in frigore.* B = *frigor eius est in frigore.* 𝔛𝔊1. — 𝔊 = *vigor est eius in frigore.* GP1. 3. 4. Col. = *nec frigus nec calorem.* p = *regelatur aestate.* 𝔛 = *vix tegebatur* βμΚΘ = *vix regebatur.*

2. 𝔊—𝔐 ex ci. Pinc. = *in stramentis degitur.* GrV ρρ 𝔛𝔑 — 𝔅 = *in vestimentis tegitur.* R = ω *degit.* Gr. partim = *regitur,* partim = *tegitur.* GR P1. 3. 4. = *quae* [R = *quod*] *me lecto affixit.* GB antiquiores ρρ = *quicquid debeam.* 𝔍u = *non posse.*

interveneruut = PpGwR fere omnes ρρ 𝔑 — 𝔅. r(Arg.bB) 𝔛𝔊1. — 𝔖 = *interveniunt.* P2. 𝔛𝔊1. 2. = *quasi colloquor.*

3. P = *Si bonum* om. *est.*

4. Col. + *fortiter honesteque ac animose.* Gw 𝔑 — 𝔅 + *animoseque.* r + *et animose.* 𝔛 = *nunc vulnera, nunc famem.*

necessitas adfert = mss. (exc. P) etiam Ss. 𝔛𝔑 — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *nec. fert.* P = *necessitas adfore.* 𝔑—𝔛—*feram.* P = *opto.*

cupiam: sed si aegrotandum fuerit, ut nihil intemperanter, nihil effeminate faciam optabo. Ita non incommoda optabilia sunt,
6 sed uirtus qua perferuntur incommoda. Quidam ex nostris existimant omnium istorum fortem tolerantiam non esse optabilem, sed ne abominaudam quidem: quia uoto purum bonum peti debet et tranquillum et extra molestiam positum. Ego dissentio. Quare? primum quia fieri non potest ut aliqua res bona quidem sit, sed optabilis non sit: deinde si uirtus optabilis est, nullum autem sine uirtute bonum, et omne bonum optabile
7 est. Deinde etiamsi tormentorum fortis patientia optabilis est, etiamnunc interrogo: Numne fortitudo optabilis est? Atqui pericula contemnit et prouocat: pulcherrima pars eius maximeque mirabilis illa est non cedere ignibus, obuiam ire uolneribus,
8 interdum tela ne uitare quidem, sed pectore excipere. Si fortitudo optabilis est, et tormenta patienter ferre optabile est: hoc enim fortitudinis pars est. Sed separa ista, ut dixi: nihil erit quod tibi faciat errorem. Non enim pati tormenta optabile est, sed pati fortiter. Illud opto *fortiter* quod est uirtus. Quis ta-

5. 𝔛 = *effeminate feram.* p = *eff. fiant.* p = *proferuntur incommoda.*

6. *omnium istorum* = pR. Quae ab aliis libris proferuntur, *tormentorum* aut *nostrorum*, non dubie sunt ex scholiis orta, cum, qui *istorum* activa, ut ita dicam, vel potius intransitiva significatione accipereut referrentque ad Stoicos, hoc adscripsissent, qui passiva, illud. γζσ Pinc. 𝔊𝔊 ℜu 𝔐a = *omnium tormentorum.* εη𝔖 = *tormentorum* om. *omnium.* PGwr Arg.bB rell. ρρ Gr. Sbc Pr.b 𝔛𝔑 — 𝔊2. = *omnium nostrorum.* m 𝔊2. = *omnium asperorum.* 𝔑 — 𝔅1. = *omnino asperorum.* Gron. ci. = *omnium durorum* vel *noxiorum.* Ex Pr. ad Sw. laudat *omnium virorum:* sed mihi quidem videtur in illis fuisse *omnium nostrorum* (*ōium n̄rorum*) et male lectum. Certe Sanctol. in Pr. d (ν) nihil aliud vidit.

𝔛𝔑 — 𝔐a = *nec abom. quidem* contra mss. RrGw ρρ Gr. 𝔛𝔑 — 𝔅 = *si optabilis non sit.* Sed Pp (Arg.bB) ∞.

et omne bonum optabile est = mss. (exc. p) ℜ — 𝔅𝔖. p = *est omne bonum optabile* om. *et.* 𝔛𝔊1. — 𝔐a — *est.*

7. G = *Deinde si etiam tormenta iam fortis pat.* P1. = *Deinde si et tormenta iam fortis pat.* P3. = *Deinde si etiam tormentorum iam fortis pat.* P4. = *Deinde et si tormentum iam fortis pat.*

optabilis est = PpwR Arg.bB P4. 𝔛𝔑 — 𝔊2. Gr P2. 𝔊 — 𝔖 + *opt. non est.* Rell. n. l.

Numne fortitudo = ℜ — 𝔅𝔖. Pp = *Neme fort.* w = *Nene fort.* G = *Necne fort.* ρρ = *Num fort.* R𝔊1. — 𝔐a = *Nonne fort.* r = *anne fort.* Sbc𝔛 = *ne fort.* Arg.b = *optabilis sit.*

p + *et tormenta atque periculo contemnit.*

8. pG = *fortitudinis pars.* om. *est.* BmP2. (P1. 4.) 𝔛𝔑 — 𝔑 + *nec tamen ideo solummodo ferre tormenta optabile est: sed separa ista.*

men umquam hoc sibi optabit? Quaedam uota aperta et professa sunt, cum particulatim fiunt: quaedam latent, cum uno uoto multa conprensa sunt. tamquam opto mihi uitam hone- 9
stam: uita autem honesta actionibus uariis constat: in hac est Reguli arca, Catonis scissum manu sua uolnus, Rutilii exilium, calix uenenatus qui Socratem transtulit e carcere in coelum. Ita, cum optaui mihi uitam honestam, et haec optaui sine quibus interdum honesta non potest esse.

O terque quaterque beati
Quis ante ora patrum Troiae sub moenibus altis
Contigit oppetere!

Quid interest optes hoc alicui an optabile fuisse fatearis? De- 10
cius se pro rēpublica deuouit et in medios hostes concitato equo mortem petens inruit. Alter post hunc paternae uirtutis aemulus conceptis sollemnibus ac iam familiaribus uerbis in aciem confertissimam incurrit de hoc sollicitus tantum ut litaret optabilem rem putans bonam mortem. Dubitas ergo an optimum sit memorabilem mori et in aliquo opere uirtutis? Cum aliquis tor- 11
menta fortiter patitur, omnibus uirtutibus utitur fortasse: una in promptu sit et maxime adpareat patientia. Ceterum illic est fortitudo cuius patientia et perpessio et tolerantia rami sunt. illic est prudentia sine qua nullum initur consilium, quae suadet quod effugere non possis quam fortissime ferre. illic est constantia quae deici loco non potest et propositum nulla ui extorquente dimittit. illic est indiuiduus ille comitatus uirtutum. Quicquid honeste fit una uirtus facit, sed ex consilii sententia: 12

optabit = PRrGw ϒℜ — ℌ𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *optavit.* p = *optat.* *conprensa* = pℜ — 𝔗. Pr = *conpressa.* G = *reprehensa.* RwϒB — 𝔖 = *comprehensa.* Rell. n. l.

9. ℜ — 𝔅 + *In hac enim est.* GP1. 4. P3. (s∞) = *Reguli ac Catonis.* p = *Rutuli exilium capia venantis qui Socr.* G = *canis venenatus.* Gℜ — 𝔗 = *hoc optavi.* p = *Uterque quaterque.* 𝔖 — 𝔐a = *Queis ante ora patrum* contra mss.

10. P = *opt est hoc alicui.* P = *De cuius se pro.* r + *Decius Cesar.* p — *republica.* GP1. 3. 4. = *se reipublicae devovit.*

𝔄 — *in* ante *medios hostes.* p (s. m.) = *incucurrit.* Ppr Arg.b P1. 3. 4. ϒℜ — 𝔗 = *optabilem rem putas.*

11. *utitur fortasse: una in promptu sit* = PprGw Gr. Sb Pr.bd. RsG sP3. ϒℜ — 𝔐a + *cum una in pr. s.* 𝔖 = *utitur. Fortasse una.* p = *Illi est prudentia* et infra = *Illi est constantia.* 𝔄 = *nullum inititur.* ℜ — 𝔅 = *nullum inititur.* r = *nec propositum ulla vi.*

12. R + *Quod quicquid honeste.* P = *Quod quid honeste.* *ex consilii sententia* = mss. (exc.

quod autem ab omnibus uirtutibus conprobatur, etiam si ab una fieri uidetur, optabile est. Quid? tu existimas ea tantum optabilia esse quae per uoluptatem et otium ueniunt? quae excipiuntur foribus ornatis? Sunt quaedam tristis uoltus bona. sunt quaedam uota quae non gratulantium coetu, sed adorantium ue-
13 nerantiumque celebrantur. Ita tu non putas Regulum optasse ut ad Poenos perueniret? Indue magni uiri animum et ab opinionibus uolgi secede paulisper. cape quantam debes uirtutis pulcherrimae ac magnificentissimae speciem quae nobis non thure nec sertis, sed sudore et sanguine colenda est. Adspice M. Catonem sacro illi pectori purissimas manus admouentem et uolnera parum demissa laxantem. Utrum tandem illi dicturus es:
14 *Uellem quae uelles.* et *Moleste fero.* an: *Feliciter quod agis?* Hoc loco mihi Demetrius noster occurrit qui uitam securam et sine ullis fortuuae occursionibus *mare mortuum* uocat. Nihil habere ad quod exciteris, ad quod te concites, cuius denuntiatione et incursu firmitatem animi tui temptes, sed in
15 otio inconcusso iacere non est tranquillitas: malacia est. At-

PP2.) etiam Gr. Ss. ϒℜ — ℭ. P= *e cons. sent.* P2. + *ex cons. ceterorum sent.*

Sunt quaedam tristis voltus bona = p. Hinc natae sunt ceterorum librorum scripturae *voluptatis, voluptates, voluptas*, cum praesertim antecedat *voluptatis* nomen. P℄. = *tristis voluptates bona.* RrGwαγζηϑκλπ P 1. 3. 4. Col. ϒ = *tristis voluptatis bona* (η + *Bona sunt*). ℜ—ℬ = *voluptatis tristis.* Arg.bB rell. ρρ (exc. δε) = *tristes voluptates bona.* δε Sb (?) ℭ = *Est quaedam tristis voluptas: bona sunt.* ℭ2. — 𝔐α = *tristes voluptates* om. *bona*, quod etiam in reliquis Swi libris legebatur.

GRαγζϑκλπ P1. 3. 4. Col. ϒℜ—ℬ inserunt inter *bona* et *sunt quaedam vota* haec: *Ceterum illius est fortitudo, eius* [G = *cuius*, ϒℜ — ℬ = *huius*] *patientia.*

13. swϒ = *ut ad poenas perv.* G = *ut ad poenas veniret.*

pRr nonnulli tam ex antiquis quam ex recentioribus ρρ = *quantum debes.*

non thure nec sertis = pγγητοσ Sbℬℭ. P = *intuere nec sertis.* mγℜ — 𝔗 = *non vere nec sertis.* Scϒ = *non sertis et floribus.* GwR℄. — 𝔐α — *thure nec.* p = *pubissimas manus.*

14. Codd. meliores Ermi ℭG = *Nollem quae velles.* Id tamen in meorum nullo est. Rιλο = *Moleste fero ac infeliciter.* P4. = *quicquid agis.* Pinc. = *feliciter quidem agis.* G(sω)P1. = *Feliciter quid agis.* V = *Democritus noster occurrit.*

fortunae occursionibus = mss. (exc. Col.) etiam Gr. Ss. ℜℭ. Col. = *fort. occasionibus.* 𝔗 — 𝔐α = *fort. incursionibus.* ϒ — *fortunae.* P = *in otio inconcussio.* p = *inconcusio.* Arg. b = *inconcussum.*

malacia est = ℭ2. — ℭ. Mss. ϒℜ — ℭ1. = *malitia* sive *malicia est.* r + *sed malicia est.* cf. Caes. B. G. III, 15. ubi plerique mss. et vett. edd. pro *malacia* itidem ferunt *malicia* sive *malitia.* Fortasse hic et illic rectius scribebatur μαλαχία, sicut apud Festum p. 67. ed. Lindem. *Flustra dicuntur, quum*

talus Stoicus dicere solebat: *Malo me fortuna in castris suis quam in deliciis habeat. Torqueor, sed fortiter: bene est. Occidor, sed fortiter: bene est.* Audi Epicurum, dicet: *Et dulce est.* Ego tam honestae rei ac seuerae numquam molle nomen inponam. Uror, sed inuictus. Quidni hoc optabile sit? non quod urit me ignis, sed quod non uincit. Nihil est uirtute praestantius, nihil pulchrius: et bonum est et optabile quicquid ex huius geritur imperio. Uale.

EPISTULA VI. (68.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Consilio tuo accedo: absconde te in otio, sed et ipsum otium absconde. Hoc te facturum Stoicorum, etiam si non praecepto, at exemplo licet scias: sed ex praecepto quoque facias: et tibi etiam, cum uoles, adprobabis. Nec ad omnem rempublicam mittimus nec semper nec sine ullo fine: praeterea, cum sapienti rempublicam ipso dignam dedimus, id est mundum, non est extra rempublicam, etiam si recesserit. Immo fortasse re- 2
licto uno angulo in maiora atque ampliora transit et coelo inpositus intellegit, cum sellam aut tribunal adscenderit, quam humili loco sederit. Depone hoc apud te numquam plus agere sa-

in mari fluctus non moventur, quam Graeci μαλαχίαν *vocant.*

15. *Occidor.* π = *Exercitor.* *Quidni hoc optabile sit?* = mss. (exc. P) ℜ — 𝔅. P = *ni hoc opt. sit.* om. *Quid.* 𝔄𝔈 1. — 𝔖 — *hoc.* p — *est* ante *virtute.*

Lib. VII. Ep. 6. (68.)

Col. = *accede.* *sed et ipsum otium absconde*=Pr Arg.b P2. Col. 𝔄𝔅. 𝔐𝔖. p=*sed in ipsum otium.* Rw=*sed ipsum otium.* ℜ — 𝔗 — *ipsum.* V + *sed et ipsum otium tuum.* P 3. = *sed etiam otium tuum* (s.m.=*ipsum.*) GP1.4. 𝔔—𝔐a=*sed et otium tuum.* Gα𝔇xπ Gr. ℜ—𝔅=*etiam sine praecepto.* P𝔄 = *at exemplum.* scilicet accepit *at* pro Praep. Rr ρρ (exc. ζο) Gr. ℜ. 𝔈1. = *ad exemplum.* ζ = *tamen exemplo.* pGwo unus Pinc. 𝔈2. — 𝔖∞. *quoque faciat* = mss. 𝔄ℜ — 𝔅. 𝔐—𝔖 = *quoque facies.* *et tibi etiam, cum voles, adprobabis* = RrλσP3. p = *et tibi con et cum voles adprobabis.* (Arg.b) ζιοP2. 𝔄ℜ — 𝔊𝔖 — *etiam.* Rell. mss. etiam Gr. (in eius Animadversionibus vitio excidit *et* ante *cum*) = *et tibi et cum voles approbabis.* 𝔐 — 𝔐a = *id tibi, cum voles, approbabo.* p — *rem* ante *publicam.* P — *mittimus* — *rempublicam* et pergit: *ipsam dignam dedimus* = r. p = *Propterea cum.* Arg.b = *ipsa dignam.* *recesserit* = mss. 𝔄ℜ — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 = *secesserit.*

2. *adscenderit* = PpRrGw aliquot ρρ 𝔄𝔈 1. — 𝔊. Arg.b. maior pars ρρ cum antiquioribus ℜ — 𝔅𝔖 = *adscenderet.* 𝔐 — 𝔐a = *adscenderat.* Arg.b = *sederet.* *Depone* = PpGr𝔇xξ quidam Pinc. fere omnes Gr. praeter P2. RwP2. 𝔄ℜ — 𝔖 = *Depono.* De reliquis non satis mihi constat. 𝔄 = *apud me.*

pientem, quam cum in conspectum eius diuina atque humana uenerunt. Nunc ad illud reuertor quod suadere tibi coeperam,
3 ut otium tuum ignotum sit. Non est quod inscribas tibi philosophiam atque otium: aliud proposito tuo nomen inpone, ualitudinem et inbecillitatem uocato et desidiam. Gloriari otio iners ambitio est. Animalia quaedam ne inueniri possint uestigia sua circa ipsum cubile confundunt: idem tibi faciendum est: alioquin non deerunt qui persequantur. Multi aperta transeunt, con-
4 dita et abstrusa rimantur: furem signata sollicitant. Uile uidetur quicquid patet: aperta effractarius praeterit. Hos mores habet populus, hos inperitissimus quisque: in secreta inrumpere cupit. Optimum itaque est non iactare otium suum: iactandi autem genus est nimis latere et a conspectu hominum secedere. Ille Tarentum se abdidit. ille Neapoli inclusus est.
5 ille multis annis non transiit domus suae limen. Conuocat turbam quisquis otio suo aliquam fabulam inposuit. Cum secesseris, non est agendum hoc ut de te homines loquantur, sed ut ipse loquaris tecum. Quid autem loqueris? quod homines de aliis libentissime faciunt, de te apud te male existima: adsuesces et dicere uerum et audire. Id autem maxime tracta quod
6 in te esse infirmissimum senties. Nota habet quisque [sui] corporis uitia: itaque alius uomitu leuat stomachum, alius

3. *atque otium* RP2.𝔖. βοπ Col. = *philosophiam et ethicam atque etiam aliud.* Pinc. v. l. = *atqui aliud propos.* Rell. = *atque etiam aliud.* GP1. 3. 4. Col. = *imbecillitatem vocitato.* p = *inbecillem eius voca.* Arg.b = *imbecillem vocato.* εμνξΚΘ = *imbecilem vocato.* p = *Gloriari optior iners amabitio est.* p = *deerunt qui semper sequantur.* p = *Multi a transeunt.*

abstrusa = PGwr plerique ρρ 𝔖. p = *aptrusa.* o = *obscura.* RΧ𝔑 — 𝔐a = *obstrusa.* R = *fures.*

4. GR = *effracturus praeterit.* G = *impertinacissimus quisque.* 𝔐 — *otium* post *iactare.* R nonnulli ρρ = *Tarenti se abdidit.* G = *Tar. se abscondit.* GP1. 3. 4. = *Neapoli m.* P = *Neapoli clusus.*

non transiit = PpRr nonnulli ρρ 𝔑 — 𝔅𝔖. GwΧ𝔊 1. — 𝔐a = *non transit.* Rell. n. l.

5. p = *fabulam posuit.* p — *loquantur* — *quod homines.*

Quid autem loqueris = PG Arg.b Bρρ (exc. αβ) Χ𝔖. Rrw αβ 𝔑 — 𝔐a + *Quid autem tecum loquaris.*

adsuesces = PpwBV antiquiores ρρ et reliquorum maior pars Sbc cod. Iureti Χ𝔖. GRr𝔑—𝔐a = *Assuesce.* GP1. (vitio P4. bis legitur) = *infirmum.* P4. = *firmum.* VCol. = *firmissimum.*

6. *quisque* [*sui*] *corporis* = PΧ𝔊1. — 𝔐a. GR𝔖 = *sui quisque corp.* w = *sui corp. quisque.* 𝔑 — 𝔅 = *quisque corp. sui.* p — *sui*, quod mihi suspectum esse uncis significavi. Rell. n. l. GP1. 3. Col. = *lavat stomachum.*

a frequenti cibo fulcit, alius interposito iciunio corpus exhaurit et purgat. quorum pedes dolor repetit aut uino aut balneo abstinent: in cetera neglegentes huic a quo saepe infestantur occurrunt. Sic in animo nostro sunt quasi causariae partes quibus adhibenda curatio est. Quid in otio facio? Ulcus meum curo. 7
Si ostenderem tibi pedem turgidum, liuidam manum aut contracti cruris aridos neruos, permitteres mihi uno loco iacere et fouere morbum meum: maius malum est hoc quod non possum tibi ostendere. In pectore collectio et uomica est. Nolo laudes, nolo dicas: O magnum uirum! contempsit omnia et damnatis humanae uitae furoribus fugit. Nihil damnaui nisi me. 8
Non est quod proficiendi causa uenire ad me uelis. Erras qui hinc aliquid auxilii speras: non medicus, sed aeger hic habitat. Malo illa, cum discesseris, dicas: Ego istum beatum hominem putabam et eruditum. erexeram aures: destitutus sum, nihil uidi, nihil audiui quod concupiscerem, ad quod reuerterer. Si hoc sentis, si hoc loqueris, aliquid profectum est. Malo ignoscas otio meo quam inuideas. Otium, inquis, 9
Seneca, commendas mihi? ad Epicureas uoces delaberis. Otium tibi commendo in quo maiora agas et pulchriora quam quae reliquisti. Pulsare superbas potentiorum fores, digerere in literam senes orbos, plurimum in foro posse inuidiosa potentia ac breuis est et, si uerum aestimes, sordida. Ille me gratia forensi longe antecedet, ille stipendiis militaribus et quaesita per haec

a frequenti cibo = PpwArg.b antiquiores ρρ vid. Ind. s. v. *A.* RrGℜ — ℭ — *a.* Rell. n. l.

quorum pedes = Pr. p + *ii quorum p.* GwRℑℜ — ℭ + *Hi quorum p.* Bγλξ Kϴ + *Duo quorum p.* rw nonnulli ρρ = *in ceteris negl.* oℜ—𝔅 = *in ceteris morbis negl.* ℭ]. = *in ceteris morbos negl.* ℜ — 𝔗 = *infestant.* p + *sunt quaedam causariae.*

7. p = *ulcus meum curiosi ost.* G = *si ostendam.* p + *in pectore ipso.* GwRArg.b BV ρρ ℑℜ — ℭ + *in pectore tuo.* r + *in pectore meo.* Recte Mur. Pron. abiecit, quo caret P. Sw. mutavit in *tumor.* p ρρ (exc. ζ3ux) + *Nolo, nolo laudes.*

8. G(mω) = *auribus speras.* p — *illa* post *malo*, et recte, ut videtur. G = *nil vidi, nil audivi.* p = *nihil laudi quod concup.* P = *reverteres.* rℜ—𝔅 = *aliquid perfectum est.*

9. 𝔄—*Otium, inquis — delaberis.* *delaberis* = Pp. GwRrℑℜ—ℭ = *dilaberis.* B = *super has potentiorum.* Gℜ—𝔅 = *superbas potentium.*

digerere in literam. Col. = *digere in lit.* w = *derigere in lit.* Nonnulli ρρ ℜ — 𝔅 = *dirigere in lit.* Grut. ci. = *in literas.* ℜ — 𝔗 = *in litteris.* G = *in literam orbes* om. *senes.* Col. + *senes pascendos orbos.*

antecedet = PpwrArg.b Bℜ—𝔗. GR ℑ𝔅 — ℭ = *antecedit.* Rell. n. l. p = *sita per hoc dign.*

dignitate, ille clientum turba. Cuius turbae par esse non pos-
10 sum plus habet gratiae. Est tanti ab hominibus uinci, dum a me fortuna uincatur? Utinam quidem hoc propositum sequi olim fuisset animus tibi! utinam de uita beata non in conspectu mortis ageremus! Sed nunc quoque non moramur? Multa enim quae superuacua esse et inimica crediturі fuimus rationi
11 nunc experientiae credimus. Quod facere solent qui serius exierunt et uolunt tempus celeritate reparare, calcar addamus. Haec aetas optime facit ad haec studia: iam despumauit. iam uitia primo feruore adulescentiae indomita lassauit: non multum superest ut exstinguat. Et quando, inquis, tibi proderit istud quod in exitu discis aut in quam rem? In hanc ut exeam me-
12 lior. Non est tamen quod existimes ullam aetatem aptiorem esse ad bonam mentem quam quae se multis experimentis, longa ac frequenti rerum patientia domuit, quae ad salutaria mitigatis adfectibus uenit. Hoc est huius boni tempus: quisquis senex ad sapientiam peruenit annis praeuenitur. Uale.

Gr = *clientium.*

Cuius turbae — habet gratiae. Haec mss. omnes ΥΡ—ϑΡuΜa collocaut post *vincatur:* sed huc pertinere primus docuit Pinc., obsecutae sunt Μ — Β 1. verbis in hunc modum mutatis: *huius turbae par esse non possum, huius gratiae.* Sw. ea eodem quo nos loco exhibet, sed uncis clausit. p = *Cui in turba.* GrArg.b γειvΚοP2. Ε 1. 2. = *habeo gratiae.*

10. pRr nonnulli Pinc. = *ab omnibus vinci.*

non moramur = Ppr Gw B ρρ (exc. ζϑτ) SbcΥΡ—Τ. RP2. Col.ϑ — *non.* swζϑτ P1. 3. Β = *non moriamur.* P4. Ε 1. — Μa = *non moremur.* Μ — Β 1. Μa = *esse et mimica* contra mss. RrsP3. + *crediturі non fuimus.* BΥ = *crediturі sumus.*

11. *serius exierunt* = pR fere omnes ρρ ci. Sw. PGwrSb(?) = *serius exerunt.* ΥΡ — ϑ = *serius exeunt.* Arg.b = *serius exsurgunt.* V = *serius imminent.*

despumavit = Arg.bΘ ci. Pinc. Ε — Β 1. ΜaS. (Arg.b ci. Pinc. ϑϑ = *dispumavit.*) Miror, quod Swum fugit scriptura Arg.b. Rell. mss. etiam Gr. ΥΡ — Ε2. Ρu = *disputavit.*

P2. 3. Col. ΥΡ—Β = *exstinguatur.* w = *illud quod in exitu.*

PRwBVρρ ΥΡ — Ε 1. = *in exitu dicis.* p — *ut* ante *exeam.*

12. p = *penitentiae domuit.* ρρ (exc. αβλο) Gr. fere omnes praeter P 4. = *poenitentia domuit.*

w + *brevius huius boni.* G + *huius boni brevis.* P1. = *Hoc est boni brevis t.* P 3. = *Hoc est breve boni temp.* αβεϽξοΡ — Ε 2. Μ + *brevis huius boni.* π + *breve huius boni.*

praevenitur = αβδεϽλμνξΚοσ Col. ci. Swi. mmΕ 1. 2. Ε. GP 1. 3. SbPr.d Ρ — Τ = *pervenitur.* P4. — *annis praevenitur.* Rell. = *pervenit.*

EPISTULA VII. (69.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Mutare te loca et in alium de alio transsilire nolo. Primum quia tam frequens migratio instabilis animi est: coalescere otio non potest, nisi desiit circumspicere et errare. Ut animum possis continere, primum corporis tui fugam siste: deinde plurimum remedia continuata proficiunt. interrumpenda non est quies et uitae prioris obliuio. Sine dediscere oculos tuos. sine aures adsuescere sanioribus uerbis. Quotiens processeris, in ipso transitu aliqua quae renouent cupiditates tuas tibi occurrent. Quemadmodum ei qui amorem exuere conatur eui- 2
tanda est omnis admonitio dilecti corporis: (nihil enim facilius quam amor recrudescit:) ita qui deponere uult desideria rerum omnium quarum cupiditate flagrauit et oculos et aures ab iis quae reliquit auertat. Cito rebellat adfectus: quocumque se uerterit pretium aliquod praesens occupationis suae adspiciet. Nul- 3
lum sine auctoramento malum est. Auaritia pecuniam promittit, luxuria multas ac uarias uoluptates, ambitio purpuram et plausum et ex hoc potentiam et quicquid potentia potest. Mercede te uitia sollicitant: hic tibi gratis uiuendum est. Uix effici toto seculo potest, ut uitia tam longa licentia tumida subigantur et iugum accipiant, nedum, si tam breue temporis interuallum

Lib. VII. Ep. 7. (69.)

Recc. ρρ cod. Lips. P 1. 3. 4. Ju = *transire nolo.* A — *Primum.* R + *indicium instabilis.* r = *instabilitas.* w = *quoalescere otio.* pArg.b mw = *calescere otio.*

non potest nisi desiit = PGr P 2. 3. R — BRuS. P 1. 3. = ∞ *nec desiit.* pwArg.bA = ∞ *nisi desit.* vid. Ind. s. v. *Desino.* RBG1. — G = ∞ *nisi desinat.* ρρ = *non potest nisi desinit, desit, desiit.* P 4. M — B1. Ru = *non potes nisi desinas.* GZP1. 3. = *ut animi ratio possit contineri* (P 3. = *continere.*) P 4. = *animum possit continere.*

primum corporis tui = PpRrGw BρρAR — BS. G1. — Ra = *prius corp. tui.* GV antiquiores et meliores ρρ = *proficient.* r(s∞) = *tibi occurrunt.*

2. p = *et quia amorem exuere.* Etiam GwBAR — G1. = *et qui amorem.* Q(exc. Q4.) Gro B1. = *amorem exurere.* swμΘR — T = *omnis admotio dilecti corp.*

ab iis quae rel. = Pp. Rell. = *ab his q. r.* Rr = *reliquid.* mγR — T = *Cito rebellavit.* PArg.b — *quocumque — praesens.* R — T = *quousque se vertit.* R = *se vertit.* αβπ = *occup. suae accipiet.*

3. P = *Avarinam pecuniam.* Pp — *potest* post *potentia.* r — *te* post *Mercede.* P3. + *effici vel toto seculo.*

si tam breve temporis intervallum = ex. antiquum Pinc. Pp pars Ops. = *si tam breve tempus intervallum.* voσ = *si tam brevis temporis intervallum.* Arg.bxP4. = *si tam brevi tempuris intervallum.* r = *si tam breve tempori inter-*

4 discidimus. Unamquamlibet rem uix ad perfectum perducit adsidua uigilia et intentio. Si me quidem uelis audire, hoc meditare: exerce te ut mortem et excipias et, si ita res suadebit, accersas. Interest nihil illa ad nos ueniat an ad illam nos. Illud inperitissimi cuiusque uerbum falsum esse tibi ipse persuade: Bella res est mori sua morte. Illud praeterea tecum licet cogites: Nemo nisi suo die moritur. nihil perdis ex tuo tempore: nam quod relinquis alienum est. Uale.

L. ANNAEI SENECAE
AD LUCILIUM
EPISTULARUM MORALIUM
LIBER VIII.

EPISTULA I. (70.)
SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Post longum interuallum Pompeios tuos uidi: in conspectum adulescentiae meae reductus sum. Quicquid illic iuuenis feceram uidebar mihi facere adhuc posse et paulo ante fecisse. Praenauigauimus, Lucili, uitam et quemadmodum in mari,

vallum. Rwβζηϑτ P1. 3. Col. ℜ—ℬ = *si tam breve tempus ex intervallo.* P 2. = *si tam breve tempus discidimus intervallo.* G. pars Ops. ℓ—ℬ1.𝔖 = *si tam breve tempus intervallo.* ξ = *si tam breve tempus intervallis.* V = *si tam breve tempus et intervallum.* BδλμKΘυ𝔄𝔊1. = *si tam breve tempus per intervallum.* 𝔊2.—𝔐𝔐u 𝔐a = *si tam breve tempus per intervalla.*

discidimus = PRwBVP1. 2. 3. Col. pars Ops. 𝔄ℜ—ℬ𝔖. pArg.b = *discedimus.* GP4. pars Ops. Pinc. ex. antiq. 𝔊1. — 𝔐a = *discindimus.* r pars Ops. = *discimus.*

4. o = *ad effectum.*

perducit = PpArg.b ρρ (exc. tΘ) ℜ—ℬ𝔖. R=*perduxit.* A=*producit.* GwrtΘ𝔊1. — 𝔐a = *adducit.* w = *assidua vigilantia.* p — *te* post *exerce.* Br multi ρρ — *et* ante *excipias.* r = *accipias.* rP2. Col. = *accersias.* Nullus mstorum = *arcessas.*

illa ad nos veniat = mss. 𝔄𝔖. ℜ — 𝔐a + *an illa ad nos veniat.* vid. Ind. s. v. *An.* w = *Illum imperitissimi.* δμνKΘυ = *Illinc imperitissimi.* p = *tibi ipsus persuade.* Nonnulli recc. ρρ = *tibi ipsi.* p + *sua morte. Nemo moritur nisi sua morte.*

Lib. VIII. Ep. 1. (70.)

G𝔉xξτ = *Post longum tempus.* Gρρ (exc. tυ) ℜ—𝔊1. = *in conspectu.* Arg.b — *illic.*

praenaviga vimus, Lucili=PpG fere omnes ρρ SbP2. Col. 𝔄ℜ—𝔊𝔖. RrwP4. 𝔐 — 𝔐a = *praenavigavimus.*

ut ait Uergilius noster,

terraeque urbesque recedunt,

sic in hoc cursu rapidissimi temporis primum pueritiam abscon- 2
dimus, deinde adulescentiam, deinde quicquid est illud inter iuuenem et senem medium, in utriusque confinio positum, deinde ipsius senectutis optimos annos: nouissime incipit ostendi publicus finis generis humani. Scopulum esse illum putamus dementissimi: portus est, aliquando petendus, numquam recusandus, in quem si quis intra primos annos delatus est, non magis queri debet quam qui cito nauigauit. Alium enim, ut 3
scis, uenti segnes ludunt ac detinent et tranquillitatis lentissimae taedio lassant, alium pertinax flatus celerrime perfert. Idem euenire nobis puta: alios uita uelocissime adduxit quo ueniendum erat etiam cunctantibus, alios macerauit et coxit. quae, ut scis, non semper retinenda est: non enim uiuere bonum est, sed bene uiuere. Itaque sapiens uiuit quantum debet, non quantum potest. Uidebit ubi uicturus sit, cum qui- 4
bus, quomodo, quid acturus. cogitat semper qualis uita, non quanta sit. Si multa occurrunt molesta et tranquillitatem turbantia, emittit se. nec hoc tantum in necessitate ultima facit, sed, cum primum illi coepit suspecta esse fortuna, diligenter circumspicit numquid illo die desinendum sit. Nihil existimat

mus, Lucili (𝔐 — 𝔐a + *mi L.*) P1. = *praenauigavi mi L.* P3. = *per navigavimus, L.* Quidam codd. Mur. = *praeter navigamus.*

2. PwrB antiquiores nonnulli ρρ 𝔄𝔐—𝔅 = *in occursu rapid.* 𝔊1. — 𝔊 — *in hoc.* R + *deinde iuventutem, deinde quicquid.*

pGP 1. = *quicquid est aliud.* Col. — *illud.* P = *deinde ipsius senectus.* P = *incipit ostende.* r = *se incipit ostendere.* R = *ostendere se.* P = *finis generalis humani.* P = *dementissime.* 𝔄𝔊 1. — 𝔊 = *Clementissimus portus est.* pw = *dilatus est.* vo = *non plus queri debet.*

3. p = *hac detinente tranq. lentissime.* Etiam r = *lentissime.*

G = *celerime profert.* R = *idem venire.* R. + *illis cunctantibus.* p — *ut* ante *scis.* P1. = *quae ut sit non semper.* Grut. ci. = *quae utut sit, non semper.*

R = *sapiens vivet.*

4. *Si multa occurrunt* = RυM — 𝔖. PwrArg.b Bρρ (exc. υ) 𝔐 — 𝔗 = *Si simulata occurrunt.* p = *Sit simulata occurrunt.* G = *Sed simulata occurrunt.* 𝔅𝔊2. — 𝔊 + *Sed si multa occurrunt.* 𝔊1. = *Sed si simulata occurrunt.* p — *in* ante *necessitate.* w = *in tranquillitate ultima.*

coepit = PpSbPr.bd. GwRr𝔄𝔐 — 𝔖 = *coeperit.* Rell. n. l. βπ+ *molesta suspecta esse.* A + *molesta et suspecta esse.*

Mss. etiam Gr. 𝔄𝔐—𝔊 — *die* ante *desinendum.* qua voce Grut. putavit non esse opus. Sed recte monet Sw. eam facile excidere potuisse propter similem syllabam *de*, quae sequitur. ιP2. = *illi desinendum.* 𝔐 = *definiendum.* 𝔐𝔗 = *diffiniendum.*

sua referre faciat finem an accipiat, tardius fiat an citius: non tamquam de magno detrimento timet. Nemo multum ex stillicidio potest perdere. Citius mori aut tardius ad rem non pertinet: bene mori aut male ad rem pertinet. Bene autem mori est effugere male uiuendi periculum. Itaque effeminatissimam uocem illius Rhodii existimo qui, cum in caueam coniectus esset a tyranno et tamquam ferum aliquod animal aleretur, suadenti cuidam ut abstineret cibo: *Omnia*, inquit, *homini, dum ui-*
6 *uit, speranda sunt.* Ut sit hoc uerum, non omni pretio uita emenda est. Quaedam licet magna, licet certa sint, tamen ad illa turpi infirmitatis confessione non ueniam. Ego cogitem in eo qui uiuit omnia posse fortunam, potius quam cogitem in eo qui scit mori nihil posse fortunam? Aliquando tamen, etiam si certa mors instabit et destinatum sibi supplicium sciet, non commodabit poenae suae manum. Stultitia est timore mortis
7 mori. Uenit qui occidat: exspecta. quid occupas? quare suscipis alienae crudelitatis procurationem? utrum inuides car-

$\mathfrak{R} - \mathfrak{B}$ = *finem aut recipiat.*

5. $\mathfrak{R} - \mathfrak{B}$ = *Non multum ex stillic.*

Citius mori aut tardius — bene mori aut male = PpRrGwBP 2. 3. Col. Norimb. Herbipol. Iani $\mathfrak{R} - \mathfrak{B}$. $\mathfrak{AC}$ 1. — $\mathfrak{Ma}$ = *Citius mori vel tardius* ∞. P 1. 4. Erl. Iani = *Citius mori an tardius* ∞. $\mathfrak{S}$ = *Citius mori an tardius — bene mori an male.* male, ut docet Ianus l. l. p. 12. P2. = *in caveam iniectus.* w = *obiectus* (scribere debebat *abiectus.*) G$\mathfrak{R} - \mathfrak{B}$ + *a cibo.* P + *et speranda sunt.*

6. G = *infirmitate confessionis.*

PpR + *non commodabit poenae suae manum: sibi commodaret. Stultitia est.* r. Norimb. Iani = *non commendabit p. s. m. sibi commendaret. Stult. est.* G = *non commendabit p. s. m. sibi commodaret, stultitia esset.* $\mathfrak{Ba\beta\gamma\eta\Im ikl\mu\Theta\pi\sigma\tau u}$ Pinc. v. l. $\mathfrak{AR} - \mathfrak{B}$ = *non commodabit p. s. m. sibi commodaret, stultitia esset. Stultitia est.* P1. 3. 4. = *non commendabit p. s. m,* plerique Gr. = *si sibi commodaret, stult. est.* P2. = *non commodabit p. s. m. si is commodaret tibi. Stult. est.* Herbipol. Iani = *n. comm. p. s. m. si sibi commendaret. Stult. est.* ζ = *non comm. p. s. m. si commodaret, stultitia esset.* „Reliqui [ρρ] confusum locum exhibent. Nam vel verba *commodabit* et *commodaret* transvertunt in *commendabit* et *commendaret*, aut omittunt *stultitia esset.*“ Sanctol. Lud. Ianus v. d. censet adiicienda esse *sibi commodabit:* omissa enim esse ab eo, qui tantum ad proxima respexerit, non ad ea, quae leguntur §. 9. *manus sibi adtulit — an exspectanda.* Laudat propter simile oppositum Ep. 55, 5. *ille sibi non vivit, sed — ventri, somno, libidini.* Attamen mihi non persuasit, ut reciperem illa, quae aliunde ingesta esse vel docet scriptura ipsorum diversa.

Rr = *timere mortis moram.*

p = *venit qui hoccidit* et mox = *hoccupas*, sicut solet hic liber vocalibus ab initio verborum positis praefigere aspirationem.

7. r = *quare suspicis.*

nifici tuo an parcis? Socrates potuit abstinentia finire uitam et inedia potius quam ueneno mori: triginta tamen dies in carcere et in exspectatione mortis exegit, non hoc animo tamquam omnia fieri posseut, tamquam multas spes tam longum tempus reciperet: sed ut praeberet se legibus, ut fruendum amicis extremum Socratem daret. Quid erat stultius quam mortem con- 8
temnere, uenenum timere? Scribonia, grauis femina, amita Drusi Libonis fuit, adulescentis tam stolidi quam nobilis, maiora sperantis quam illo seculo quisquam sperare poterat aut ipse ullo. Cum aeger a senatu in lectica relatus esset non sane frequentibus exsequiis: (omnes enim necessarii deseruerant inpie iam non reum, sed funus:) habere coepit consilium utrum consciscceret mortem an exspectaret. Cui Scribonia: Quid te, 9
inquit, delectat alienum negotium agere? Non persuasit illi: manus sibi adtulit nec sine causa: nam post diem tertium aut quartum inimici moriturus arbitrio si uiuit, alienum negotium agit. Non possis itaque de re in uniuersum pronuntiare, cum mortem uis externa denuntiat, occupanda sit an exspectanda: multa enim sunt quae in utramque partem trahere possunt. Si altera mors cum tormento, altera simplex et facilis est, quidni huic inicienda sit manus? Quemadmodum nauem eligam naui- 10
gaturus et domum habitaturus sic mortem exiturus e uita.

P2+*non hoc odii* [del. m=*Rhodii*] *animo.* Grut. ci. = *non hoc Rhodii animo* et respicit ad §. 5. G nonnulli ρρ = *multa spes.* w + *legibus fidelibus.*

8. Mss. (exc. σ) ΥΜ — Ϭ = *adolescentis tam solidi.* σ = *adol. tam sordidi. stolidi* restituit Torrent. ad Suet. Tiber. c. 25. Col. + *maiora sperantis quam morantis quam.* Ϻ — Ϯ + *quam in illo seculo quisquam.* Ϻ — Ϯ + *quam aut illo seculo quisquam.* Sed *aut* in nullo msto conspicitur, ne in Pinc. quidem. Ϭ 1. 2. = *sperare poterat. At ipse* om. *ullo.* Nonnulli ρρ = *aut tempore ullo.* B alii ρρ = *at hic sine ullo.* p = *a senatum lectica relatum esset.* Pr = *ad senatum.* R = *in leticia relatus.* B = *in lectica furatus fuisset.* mπ Ϭ 1. — Ϭ = *frequentibus obsequiis.* quod defendit P. Faber Semestr. I, 20.

sw nonnulli ρρ = *iam non rei sed sani.* Alii ρρ = *iam non rei sed funeris.* Alii ρρ = *iam non rei sed finis.* Rmγ ΥΒ Ϭ 1. = *iam* [R = *tamen*] *non rerum sed funeris habere.* r = *iam non ut reum funus* om. *sed.*

conscisceret mortem = mss. ΥΜ — Ϭ 2. Pinc. v. l. Ϭ — Ϯ + *consc. sibi mortem.* Sed parum fidei apud me quidem habet Pincianus.

9. *Non persuasit illi* = mss. ΥΜ—ϬϮ. Grut. ci. = *Num persuasit ei?* Ϻu = *Num persuasit illi?* Ϻ — Ϯ 1. — *illi.* RrArg.b Ϻ — Ϫ = *vis aeterna.* Gπ = *vis extrema.* Ϻ — Ϯ — *denuntiat.* R — *trahere.* Pr = *quin huic inicienda.*

10. *navem* = Pprw. GRΥΜ — Ϭ = *navim.* Rell. n. l.

sic mortem exiturus e vita = pr. R = *ita mortis genus exiturus e vita.* PwArg.b = *habitaturus. e*

Praeterea quemadmodum non utique melior est longior uita, sic peior est utique mors longior. In nulla re magis quam in morte morem animo gerere debemus: exeat qua inpetum cepit: siue ferrum adpetit siue laqueum siue aliquam potionem uenas occu-
11 pantem, pergat et uincula seruitutis abrumpat. Uitam et aliis adprobare quisque debet, mortem sibi: optima quae placet. Stulte haec cogitantur: Aliquis dicet me parum fortiter fecisse, aliquis nimis temere, aliquis fuisse aliquod genus mortis animosius. Uis tu cogitare id in manibus esse consilium ad quod fama non pertinet? Hoc unum intuere ut te fortunae quam celerrime
12 eripias: alioquin aderunt qui de facto tuo male existiment. Inuenies etiam professos sapientiam qui uim adferendam uitae suae negent et nefas iudicent ipsum interemptorem sui fieri: exspectandum esse exitum quem natura decreuit. Hoc qui dicit

[Arg.b = *Et*] *vita praeterea* reliquis omissis. B= *habitaturus, ita morte utique mors longior. In nulla re magis* reliquis omissis. G Gr. = *ita mortem utique quasi* [Gr. = *qua sum*] *exiturus e vita.* De ρρ nihil proditur, nisi in quibusdam deesse *qua sum exiturus* et *e vita.* 𝔄 = *Ita mortem utique qua sum exiturus e vita meliorem: preterea longior vita sic peior est utique mors longior vita. sic peior utique mors longior vita: preterea quemadmodum utique melior est longior vita: sic peior utique mors longior.* Haec affero, ut intelligas, quam corrupta sit 𝔄 quibusdam locis. 𝔑 — 𝔅 = *ita mortis genus eligam quasi* [𝔅 = *qua sim*] *exiturus e vita.* 𝔊1. — 𝔐a = *ita mortem utique qua sum exiturus e vita meliorem* (𝔈 — 𝔅1. — *meliorem.* quod praeter Sc in nullo msto legitur.) 𝔖 = *ita mortis genus, qua sim exiturus e vita.* Satis apparet, qua ratione corruptus sit locus: primum ad *mortem* adscriptum est scholion *mortis genus:* deinde ad *exiturus* additum *quasi,* quod haberet vim Graeci ὡς: hinc autem factum *qua sim* vel *qua sum.* Denique in paucos libros ingesta sunt ex proximis illa *utique* et *meliorem.* Iam vero cum intellexissent codicum PwArg.b scriptores in aliis libris alia legi, totum locum omiserunt.

peior est utique = PprwmG (in contextu G haec cum aliis sunt omissa) 𝔄. 𝔑 — 𝔅 = *peior utique est.* 𝔊1. — 𝔖 — *est.* Rell. n. l. Rr = *quo impetu* [etiam P = *inpetu*] *cepit.* 𝔑 — 𝔅 = *qua impetum facit.* B = *impetum fecit.* G nonnulli ρρ = *appetit sive tangorem.*

11. *optima quae placet* = PpGw RrArg.b 𝔄𝔑 — 𝔖 + *optima est quae pl.* GRrArg.bB fere omnes ρρ 𝔄𝔑 — 𝔊1. = *Aliquis dicit.* Sed Ppw ∞. p = *nimis temere.*

G(s∞) = *Vis iustum cogitare.* δμνΚοσ = *iustum cogitare.* ξ = *Si vis iustum cogitare.* GP1.3.m Col. = *ad quod forma* [mP3. = *fortuna*] *non pertinet.* R + *fortuna vel fama.* B𝔑 — 𝔅 = *male existimant.*

12. w = *vim inferendam.* R= *quin inferendam.*

exspectandum esse = R(recc. ρρ) P4. 𝔊2. — 𝔖. PprG antiquiores ρρ rell. Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊1. = *exspecta novum esse.* wArg.b = *exspectet novum esse.* B= *exspecta: novi esse.* p + *esse consilium ad quod fama non pertinet. hoc unum intuer exitum.*

GP1. 3. 4. = *Hoc qui dicunt non vident.*

non uidet se libertatis uiam cludere. Nil melius aeterna lex fecit, quam quod unum introitum nobis ad uitam dedit, exitus multos. Ego exspectem uel morbi crudelitatem uel hominis, 13
cum possim per media exire tormenta et aduersa discutere? Hoc est unum cur de uita non possumus queri: neminem tenet. Bono loco res humanae sunt, quod nemo nisi uitio suo miser est. Placet? uiue. Non placet? licet eo reuerti unde uenisti. Ut dolorem capitis leuares, sanguinem saepe emisisti. ad extenuandum corpus uena percutitur: non opus est uasto uolnere diuidere praecordia: scalpello aperitur ad illam magnam liberta- 14
tem uia et puncto securitas constat. Quid ergo est quod nos facit pigros inertesque? Nemo nostrum cogitat quandoque sibi ex hoc domicilio exeundum. Sic ueteres inquilinos indulgentia loci et consuetudo etiam inter iniurias detinet. Uis aduersus hoc corpus liber esse? Tamquam migraturus habita. propone tibi quandoque hoc contubernio carendum: fortior eris ad ne-
cessitatem exeundi. Sed quemadmodum suus finis ueniet in 15
mentem omnia sine fine concupiscentibus? Nullius rei meditatio tam necessaria est: alia enim fortasse exercentur in superuacuum. Aduersus paupertatem praeparatus est animus? permansere diuitiae. Ad contemptum nos doloris armauimus? numquam a nobis exiget huius uirtutis experimentum integri ac sani felicitas corporis. Ut fortiter amissorum pateremur desideria praecepimus nobis? omnes quos amabamus superstites

libertatis viam = PpGwRrv nonnulli alii ρρ Gr. ΧΜ — ⅁Ⅎ. Μ — Μα = *libertati viam.* sGw recc. ρρ ΧΜ — Μα = *claudere.* GRr Χ Μ — Β = *Nihil melius aeterna.*

13. R = *Hoc est enim cur.* *non possumus queri* = PGwB antiquiores ρρ ΧΜ — ⅁1. Ⅎ. p = *non possemus queri.* ⅁2. — Μα = *non possimus queri.* G = *neminem temptat.* Rαβιπ Χ + *res humanae sitae sunt.* Μ — Β + *r. h. sunt sitae.* G2 = *vires humanae sunt.* GP1. ΧΜ — Β = *placet vivere.* wrP2. 3. Col. ⅁1. — ⅁ + *si non placet.* wr = *capitis relevares.*

saepe emisisti = mss. (exc. p Arg.b) ΧΜ—Μα. p = *saepe emisisti.* Hinc ortum *saepe misisti* = Arg.b⅁. Arg.b = *dividi praecordia.*

14. Gw = *scabello.* r = *capelo.* G⅄⅁1. = *aperiuntur.* Μ — Β = *Nemo nostrum cogitavit.* p = *veteres inquilienos.* P = *veteres inquitusnos.*

GP1. 3. 4. = *tamq. migraturus habitare v.* Χ = *migraturus e vita.* R — *quandoque* ante *hoc contubernio.*

15. P4. = *finis veniat.* probatur Grutero, Χ⅄⅁1. 2. = *exercent fortasse.* p = *dolores armavimus.* p cl. Pinc. = *numquam a nobis exegit.* Gw = *praecipimus.* ϙ = *imperavimus.* v + *praecepimus imperavimus.* p = *omnis quos.* Rw recc. ρρ

fortuna seruauit. Huius unius rei usum qui exigat dies ueniet.
16 Non est quod existimes magnis tantum uiris hoc robur fuisse quo seruitutis humanae claustra perrumperent. Non est quod iudices hoc fieri nisi a Catone non posse qui quam ferro non emiserat animam manu extraxit, cum uilissimae sortis homines ingenti inpetu in tutum euaserint. cumque commodo mori non licuisset nec ad arbitrium suum instrumenta mortis eligere, obuia quaeque rapuerunt et quae natura non erant noxia ui sua te-
17 la fecerunt. Nuper in ludo bestiariorum unus e Germanis, cum ad matutina spectacula pararetur, secessit ad exonerandum corpus: nullum aliud illi dabatur sine custode secretum: ibi lignum id quod ad emundanda obscoena adhaerente spongia positum est totum in gulam farsit et ui praeclusis faucibus spiritum elisit. Hoc fuit morti contumeliam facere. Ita prorsus: pa-
18 rum munde et parum decenter. Quid est stultius quam fastidiose mori? O uirum fortem! o dignum cui fati daretur electio! quam fortiter ille gladio usus esset! quam animose in profundam se altitudinem maris aut abscisae rupis inmisisset! Undique destitutus inuenit quemadmodum et mortem sibi deberet et telum, ut scias ad moriendum nihil aliud in mora esse quam
19 uelle. Existimetur de facto hominis acerrimi ut cuique uisum

= *excitet dies.* GB antiqq. ρρ quidam Gr. = *excitat dies.* Ex ρρ soli ειλ ∞.

16. w(s∞) = *bonis tantum viris.* P1. 3. 4. = *quod serv. hum. cl. perrumperet.* p = *quia quam ferro.* p = *extraxit utilissimae sortis hominis.* PG pauci ex recc. ρρ P1. 3. 4. Pinc. = *quomodo mori non lic.* Hinc P. Faber Semestr. I, 4. ci. = *suo modo mori.* Vulgatum defendit Gron. p = *incommodo mori.* βειΘ = *naturae non erant noxia.* G = *non essent noxia.*

17. Rλσ = *in ludo bestiario.* GγζξKυ = *in ludo bestiarum.* B = *in ludo bestimorum.* R = *ex Germanis.* ℜ—𝔅 + *nullum enim aliud ei dabatur.* p = *inperclusi faucibus.* PRr ρρ Gr. 𝔄ℜ—𝔊2. = *in praeclusis f.* Pinc. 𝔊𝔊 — *vi.* αβγKπmι 𝔄ℜ—𝔊1. = *spiritum emisit.* Rrγιλ + *Parum pulcre, parum decenter.*

18. p = *Quicquid est.* p — *o* ante *dignum.* αειλμξΘ + *cui fati si daretur.* 𝔄𝔊1. + *cui si fati d.* P = *cui fasti daretur.* Arg.b = *cui fastidiaretur.* G wr ℜ — 𝔅 = *cui fastidiretur.* x = *cui forsan si daretur.* ζο = *cui si daretur electio* om. *fati.* p = ∞ *daretur flecti.* Rw = *gaudio usus esset.*

abscisae = PpRrGw Sbc 𝔄𝔖. ℜ — 𝔐a = *abscissae.* p = *rumpis inmiset. Unque destitutus.*

mortem sibi deberet. Sw. exspectabat *daret* aut *pararet:* et profecto *daret* propter scripturae similitudinem poterat mutari in *deberet* (*d'eret* vel *dēret*).

19. wℜ — 𝔅 = *defectio hominis.* 𝔊1. = *de fato hominis.*

p = *acer rumi.* Arg.b = *acerrimum.*

erit, dum hoc constet praeferendam esse spurcissimam mortem seruituti mundissimae. Quoniam coepi sordidis uti exemplis, perseuerabo: plus enim a se quisque exiget, si uiderit hanc rem etiam a contemptissimis posse contemni. Catones Scipionesque et alios quos audire cum admiratione consueuimus supra imitationem positos putamus: iam ego istam uirtutem habere tam multa exemplа in ludo bestiario quam in ducibus belli ciuilis ostendam. Cum adueheretur nuper inter custodias quidam 20
ad matutinum spectaculum missus, tamquam somno premente nutaret, caput usque eo demisit donec radiis insereret, et tamdiu se in sedili suo tenu t donec ceruicem circumactu rotae frangeret: eodem uehiculo quo ad poenam ferebatur effugit. Nihil obstat erumpere et exire cupienti. In aperto nos natura custodit: cui permittit necessitas sua circumspiciat exitum mollem. 21
cui ad manum plura sunt per quae sese adserat is delectum agat et qua potissimum liberetur eonsideret. cui difficilis occasio est is proximam quamque pro optima adripiat, sit licet inaudita, sit noua. Non deerit ad mortem ingenium cui non defuerit animus. Uides quemadmodum extrema quoque mancipia, ubi illis stimulos adegit dolor, excitentur et intentissimas custodias fallant? Ille uir magnus est qui mortem sibi non tantum imperauit, sed 22
inuenit. Ex eodem tibi munere plura exempla promisi. Secundo naumachiae spectaculo unus e barbaris lanceam quam in aduersarios acceperat totam iugulo suo mersit. Quare, inquit, non omne tormentum, omne ludibrium iamdudum effugio? quare ego mortem armatus exspecto? Tanto hoc speciosius specta-

r = *Scipiones* om. *que.* P = *supra imitatione.* ℜ—𝔅 = *positos putavimus.* P1. 3. = *iam ergo istam virt.* ℜ—𝔗— *tam* ante *multa* et + *non tam in ludo.*

20. p = *spectaculum missas.* Lips. ci. = *spectaculum Mysus,* quod admodum placet Ruhkio.

w — *eo* ante *demisit.* p = *in sedile.* w = *circumactum.* sw BP1. 3. 4. = *circumactam.* 𝔅 = *circumactus.*

ferebatur effugit = mss. 𝔗. ℜ — 𝔅 + *fer. ipsam poenam effugit* (ℜ𝔗 = *effutit.*) 𝔈1. — 𝔖 + *fer. poenam effugit.*

21. ν nonnulli alii ρρ = *Cui permisit nec.* RℜR — 𝔗 = *quae sese afferat.* 𝔅 = *efferat.* RℜR — 𝔗 = *potissimum sit libenter consideret.* r + *consideret viam.*

P = *acuit diff. occasio.* p — *et* ante *intentissimas.*

22. R = *unus ex barbaris.*

p = *lancea. iugulo suo mersit* = mss. etiam Gr. 𝔑ℜ — 𝔚𝔖. 𝔈1. — 𝔑𝔞 = *immersit.* PRG = *Quare, inquis.* G + *Quare, inq., querit.* δμνθο + *Quare quare, inquit, non.* τ + *Quare, inquit, quare non.* RℜR — 𝔅 + *non omne ludibrium.* Rr = *effugit.*

PRrGP1. 3. = *quare ergo mortem.* Rr = *armatus exspectavit.*

culum fuit, quanto honestius mori discunt homines quam occi-
25 dere. Quid ergo? quod animi perditi quoque [noxiosi] habent non habebunt illi quos aduersus hos casus instruxit longa meditatio et magistra rerum omnium ratio? Illa nos docet fati uarios esse accessus, finem eumdem: nihil autem interesse unde incipiat quod uenit. Eadem illa ratio monet, ut scilicet moriaris quemadmodum potes et quicquid obuenerit ad uim adferendam tibi inuadas. Iniuriosum est rapto uiuere: at contra pulcherrimum mori rapto. Uale.

EPISTULA LXXI.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Subinde me de rebus singulis consulis oblitus uasto nos ma-

23. *perditi quoque* [*noxiosi*] *habent* = pArg.b 𝔄. B = *perditi quoque noxii ipsi habent.* P = *perditi quoque noxiosi non habebunt* reliquis omissis. GwRr 𝔑 — 𝔅 = *perditi noxiosi quoque.* 𝔊1. — 𝔊 = *perditi noxiosique. noxiosi* certe hoc loco suspecta vox est: quae suspicio etiam scriptura codicis B augetur, in quo *noxii* additum esse videtur, ut explicaret *perditi* vocabulum, *ipsi* autem ad aequandam *quoque* particulam. Etiam alibi apud Senecam (Beneff. VII, 10, 1. Clem. I, 26, 3,) variant libri in eodem illo vocabulo (*noxiosus*). 𝔑 — 𝔅 = *habentur, non habebuntur.* 𝔏 — 𝔐a = *habebunt, non habebunt* contra mss. RR — 𝔅 = *quod evenit* (in R en.). p = *nihil autem esse unde incipiat.* PGSb Col. P1. 𝔑 — 𝔄 = *venit. Eodem illa ratio* 𝔊 = *venit eodem. Illa monet* om. *ratio*, quod in omnibus libris mss. eodemque loco legitur. r + *monet vel docet.*

ut scilicet = mss. 𝔄R — 𝔅. 𝔊1. — 𝔊 = *ut si licet.*

moriaris quemadmodum potes = PpwGv et alii pp quam plurimi tam antiqui quam recentes SbPr.bd P3. 4. (sed P3. 4. infra = *advenerit*, quod etiam in G, qui praeterea — *quemadmodum*.) P2. + ∞ *quod quemadmodum potes.* mP2.(al.m.) + *sine dolore; si autem non potes fac.* P1. = *Eodem illa ratio movet, ut scilicet moriaris potes et quicquid advenit adimi. afferendam tibi invadas.* Col. = *Eodem illa ratio monet ut moriaris quemadmodum ut scilicet moriaris quemadmodum primo et quicquid obvenerit.* Rr (B) Pr.a Sc 𝔄R — 𝔐a + *ut scilicet* [𝔊1. — 𝔐a = *si licet*, sed 𝔊 rursus = *scilicet*] *moriaris sine dolore, sin autem non potes* [𝔊1. — 𝔊 = *non potest*], *fac quemadmodum potes.* Sw. omisit *potes, fac*, reliqua vero tenet et suspicatur sic scripsisse Senecam: *ut, si licet, moriaris quemadmodum placet:* (coll. §. 10. *optima* [mors] *quae placet.*) *sin autem non, quemadmodum potes.* Ortum illud additamentum videtur inde esse, quod librariorum quidam, cum *scilicet* pro *si licet* (de his vocibus inter se confusis vid. Drkb. ad Liv. III, 19, 9.) accepisset, mancum esse locum putavit et de ingenio supplevit. Non tamen moleste feram, si quis *scilicet* quoque spurium esse dixerit.

𝔄 = *ad iram adferendam.* 𝔊1. = *ad vim inferendam.* 𝔄 = *ac contra pulch.* 𝔊1. = *et contra pulch.*

Ep. LXXI.

Cum neque ex Pp neque ex aliis mstis satis antiquis et probis libri VIII. et proximorum ad XIII. fines possent constitui, cautius interim omittere videbar librorum distinctionem.

G = *U bene de rebus* (littera

ri diuidi. Cum magna pars consilii sit in tempore, necesse est euenire ut de quibusdam rebus tunc ad te perferatur sententia mea, cum iam contraria potior est. Consilia enim rebus aptantur: res nostrae feruntur, immo uoluuntur. Ergo consilium nasci sub diem debet: et hoc quoque tardum est nimis: sub manu quod aiunt nascatur. Quemadmodum autem inueniatur osteudam. Quotiens quid fugiendum sit aut quid petendum uo- 2
les scire, ad summum bonum et propositum totius uitae respice: illi enim consentire debet quicquid agimus. Non disponet singula, nisi cui iam uitae suae summa proposita est. Nemo, quamuis paratos habeat colores, similitudinem reddet, nisi iam constat quid uelit pingere. Ideo peccamus, quia de partibus uitae omnes deliberamus, de tota nemo deliberat. Scire debet quid 3
petat ille qui sagittam uult mittere et tunc dirigere ac moderari manu telum. Errant consilia nostra, quia non habent quo dirigantur. Ignoranti quem portum petat nullus suus uentus est. Necesse est multum in uita nostra casus possit, quia uiuimus casu. Quibusdam autem euenit ut quaedam scire se nesciant. Quemadmodum quaerimus saepe eos cum quibus stamus, ita 4
plerumque finem summi boni ignoramus adpositum. Nec multis uerbis nec circuitu longo quid sit summum bonum colliges: di-

init. omissa). α = *Ubi non me de rebus.* ξmτ = *Dubium me de rebus.* mτ etiam = *Subito me de singulis.*

nasci sub diem = mss. (exc. B) etiam Gr. Ops. antiq. ex. Pinc. BX = *subinde nasci.* ℜ — ℬ = *nasci sub die.* ℭ1.—ℭ = *sub die nasci.* Puteanus Opsopoeo hanc scripturam suppeditavit: *sub die nasci debet: et hoc quod tardum est nimis, sub manu, quod aiunt, nascatur.*

sub manu quod aiunt nascatur = Pp recc. ρρ ℭ1.—ℜ. rwBVP1. 3. 4. Ops. + *sub manu quoque, sub manu, quod aiunt, nascatur.* GP2. Col. ℵ + *sub manu quoque, quod aiunt, nascatur.* Antiquiores ρρ + *Sub manu, sub manu, quod aiunt, nascatur.* ℜ — ℬ + *sub manu quoque, quod aiunt, consilium nascatur.* ℭ—ℜα + *sub manu, quod aiunt, sub manu nascatur.*

2. ℵ— *totius.* pRrBV ρρ Gr. ℜ— ℬℭ + *vitae tuae.* w + *vitae respice tuae.* G + *vitae suae* (s = *tuae.*) ℵ + *tuae vitae.* Cum ita variare vidissem libros, cum P et ℭ1. — ℜα iterum abieci *tuae.*

α = *nisi cum iam vitae suae.*

P = *consentiri debet.* p = *simil. reddat.*

nisi iam constat = Pp. B — *iam.* GwRrXℜ — ℭ = *nisi iam constet.* Rell. n. l. w = *vult emittere.*

3. *ac moderari* = PprGwBXℜ— ℬℭ. RC1.—ℜα = *et mod.* Rell. n. l. ℜ — ℬ + *Necesse est ut.*

P = *vivimus casum.* p = *vivimus casus.* G = *Quibus autem evenit.*

4. p = *quod sit summo bono.* rwSs. (sed Oberl. in Arg.b legit *quid*) Xℜ — ℵℭ = *quod sit summum bonum.* P cum reliquis ∞.

colliges = ℜ — ℜα. Mss. XℜB — ℭ = *colligis.* ℜℵ = *colle-*

gito, ut ita dicam, demonstrandum est nec in multa spargendum. Quid enim ad rem pertinet in particulas illud diducere? cum possis dicere: Summum bonum est quod honestum est. et quod magis admireris: Unum bonum est quod honestum est:
5 cetera falsa et adulterina bona sunt. Hoc si persuaseris tibi, et uirtutem adamaueris: (amare enim parum est:) quicquid illa contigerit id tibi qualecumque aliis uidebitur faustum felixque erit: et torqueri, si modo iacueris ipso torquente securior, et aegrotare, si non maledixeris fortunae, si non cesseris morbo. Omnia denique quae ceteris uidentur mala et mansuescent et in
6 bonum abibunt, si super illa eminueris. Hoc liqueat nihil esse bonum nisi honestum: et omnia incommoda suo iure bona uocabuntur, quae modo uirtus honestauerit. Multis uidemur maiora promittere quam recipit humana condicio. Non inmerito: ad corpus enim respiciunt. Reuertantur ad animum: iam hominem deo metientur. Erige te, Lucili uirorum optime, et relinque istum ludum literarium philosophorum qui rem magnificentissimam ad syllabas uocant, qui animum minuta docendo demittunt et conterunt: fies similis illis qui inuenerunt ista, non qui docent et id agunt ut philosophia potius difficilis quam magna ui-
7 deatur. Socrates qui totam philosophiam reuocauit ad mores et *hanc summam* dixit esse *sapientiam bona malaque distinguere*. Sequere, inquam, illos, si quid apud te habeo aucto-

gis. MJuS = *colligas*. Sed cum multo facilius *e* quam *a* in *i* abire potuerit, *colliges* restituo.

RGw JR — B = *deducere*.

B—C2. = *summum est quod honestum est* om. *bonum*. GwP1. 3. 4. S = *adultera bona*. R = *ulterina bona*. r — *bona*. Rell. ∞. 5. *Hoc si pers.* = mss. JR — BS. C1. — Ra = *Haec si pers.*

RArg.b R — T = *quicquid illic cont.* B = *illi cont.* p = *Omnia denique et ceteris vid.* p — *in bonum*. PpArg.b = *habebunt, si*. GRT = *abiunt*.

6. p — *nisi honestum — quae modo virtus*. R + *incommoda sua*.

p(cr. ∞) = *promittere quam cepit*. R — B = *iam homines deo*. C1. = *Ergo te, Lucili*.

ludum literarium = Pp(BV plerique ρρ Gr.) C1. — S. R(s∞) nonnulli ρρ sw cod. Lips. mP1. = *ludum litteralium*. GwArg.b J = *ludum literarum*. Cod. Moniensii = *ludum litterariorum*. mP4. = *ludum veterarium*. R — B = *ludum litteratorum*. RR — B + *docendo et dimittunt*. rGB JC1. 2. = *doc. dimittunt*. M = *doc. diminuunt*. P2. vet. cod. P. Fabri ci. Steph. (Prood. I, 2.) 24. = *fias similis*.

7. *Socrates*. In hoc nomen exit p, cum reliqua folia sint sublata.

M — B1. male verba *Sequere — auctoritatis* collocant ante *Socrates*.

r = *et hoc dixit summam esse sapientiae*. (Etiam Steph. [Prood. I, 2.] ci. = *sapientiae*.) *et* hoc loco significare *etiam* recte docet Sw.: omiserunt GGM ex auctoritate Pinciani.

Sequere, inquam, illos = R ci.

ritatis: ut sis beatus et te alicui stultum uideri sine. Quisquis uolet tibi contumeliam faciat et iniuriam: tu tamen nihil patieris, si modo tecum erit uirtus. Si uis, inquam, beatus esse, si fide bona uir bonus, sine contemnat te aliquis. Hoc 8
nemo praestabit, nisi qui omnia bona exaequauerit: quia nec bonum sine honesto est et honestum in omnibus par est. Quid ergo? nihil interest inter praeturam Catonis et repulsam? nihil interest utrum Pharsalica acie Cato uincatur an uincat? hoc eius bonum quo uictis partibus non potest uinci par erat illi bono quo uictor rediret in patriam et conponeret pacem? Quidni par sit? 9
Eadem enim uirtute et mala fortuna uincitur et ordinatur bona: uirtus autem non potest maior aut minor fieri: unius staturae est. Sed Cn. Pompeius amittet exercitum, sed illud pulcherrimum reipublicae praetextum, optimates, et prima acies Pompeianarum partium, Senatus ferens arma, uno proelio profligabuntur et tam magni ruina imperii in totum dissiliet orbem: aliqua pars eius in Aegypto, aliqua in Africa, aliqua in Hispania cadet. ne hoc quidem miserae reipublicae continget semel ruere. Omnia licet fiant: Iubam in regno suo non locorum noti- 10
tia adiuuet, non popularium pro rege suo uirtus obstinatissima, Uticensium quoque fides malis fracta deficiat et Scipionem in Africa nominis sui fortuna destituat: olim prouisum est ne quid Cato detrimenti caperet. Uictus est tamen. Et hoc numera inter repulsas Catonis: tam magno animo feret aliquid sibi ad

Pinc. atque idem Sw. in *Notis* voluit. Iam non Socratis, qui ipse est inter *illos*, haec sunt verba, sed Senecae. Id tamen, cum ad *Socratem* referendum esse putarent, mutarunt in *inquit* = rell. mss. etiam Gr. 𝔄𝔑—𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔅𝔧. 𝔐a hoc loco omiserunt quidem, sed posuerunt post *ut sis beatus*. 𝔑u omnino abiecit. V$_{\gamma}$ nonnulli alii ρρ = *Quisquis valet*. 𝔑 — 𝔊 + *cont. facere faciat*. 𝔐 = *cont. facere faciat* om. *et iniuriam*.

Si uis, inquam. Sic ut scriberetur, suasit cum Pinciano Sw. Mss. 𝔄𝔑 — 𝔖 = *inquit*.

8. P = *et repulsum*. R = *ac uincat*. P = *quo victo rediret*.

9. G(m∞) P1. 3. 4. Col. = *Virtus autem non potest bona vel mala fieri*. 𝔐 — *Sed* ante *Cn. Pompeius*. 𝔐 = *ille pulcherrimus reip. praetextus* contra mss. V Col. = *immanis imperii*. G P1. 3. 4. + *imp. Romani*. P = *in totum dissilit*.

10. 𝔑 — 𝔗 = *in rege suo* [𝔑𝔗 cum R = *sua*] *virtus*. Cod. Lips. P4. + *malis passa et fracta desinat* (P4. = *deficiat*.) *desinat* videbatur *etiam* in P3. fuisse et est in G. Lips. ci. = *pressa*. P1. + *malis pressa fracta desinat*. Grut. ci. + *quassa et fracta*.

detrimenti caperet = PGwRrB ρρ Gr. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔊1. — 𝔐a = *d. capiat*. R = *Et haec numera*. 𝔄𝔑 — 𝔗 = *Et haec munera*.

uictoriam quam ad praeturam obstitisse. Quo die repulsus est lusit, qua nocte periturus fuit legit: eodem loco habuit praetura et uita excidere: omnia quae acciderent ferenda esse persuaserat sibi. Quidni ille mutationem reipublicae forti et aequo pateretur animo? Quid enim mutationis periculo exceptum? non terra, non coelum, non totus hic rerum omnium contextus, quamuis deo agente ducatur. Non semper tenebit hunc ordi-
nem: sed illum ex hoc cursu aliquis dies deiciet. Certis eunt cuncta temporibus: nasci debent, crescere, exstingui. Quaecumque supra nos uides currere et haec quibus inmixti atque inpositi sumus ueluti solidissimis carpentur ac desinent. Nulli non senectus sua est: inaequalibus ista spatiis eodem natura dimittit. Quicquid est non erit: nec peribit, sed resoluetur.
Nobis solui perire est. Proxima enim intuemur: ad ulteriora non prospicit mens hebes et quae se corpori addixit: alioquin fortius finem sui suorumque pateretur, si speraret omnia illa sic in uitam mortemque per uices ire et conposita dissolui, dissoluta conponi, in hoc opere aeternam artem cuncta temperantis dei uerti. Itaque ut Cato, cum aeuum animo percurrerit, dicet: Omne humanum genus, quodque est quodque erit, morte
damnatum est: omnes quae usquam rerum potiuntur urbes quaeque alienorum imperiorum magna sunt decora ubi fuerint aliquando quaeretur et uario exitii genere tollentur: alias destruent bella, alias desidia paxque ad inertiam uersa consumet et magnis opibus exitiosa res, luxus. Omnes hos fertiles campos

11. r = *Qua die.*

vita excidere = PwRrP4. Col. P3.(s. m.) ℜ — 𝔗 ℜu — 𝔖. GSbc (P1. 2. 3.) 𝔛𝔅 — 𝔅1. = *vita excedere.* Rell. n. l. G = *acciderent preferenda.* B = *rerum omnium contemtus.* 𝔅 + *quamvis enim deo.*

12. 𝔛𝔊1. = *Certis enim cuncta.*

inmixti = PGwB antiquiores pp et reliquorum maior pars Gr. Ss. 𝔛ℜ — 𝔅𝔖. RrmCol. 𝔊1. — 𝔐a = *innixi.* 𝔛 — *eodem.* ℜ — 𝔅 + *in eodem.* RP1. 2. Col. = *eadem.*

𝔛 = *dimittet.* 𝔊1. — 𝔐a = *demittit* contra mss. etiam Gr.

13. w = *si speraasset.* RP3. (s. m.) = *sicut vitam mortemque.* Prw Ops. Gr. — *in* ante *vitam.*

P = *dissolvendis soluta conponi.* r = *cuncta operantis diverti.*

Itaque ut Cato = mss. (rw = *uti Cato*) etiam Gr. (P3. *ut* habet inter lineas.) Ops. Ss. 𝔛ℜ𝔅𝔖. ℜ𝔗 = *cum Cato.* 𝔊1. — 𝔐a — *ut.* r = *percurreret dixit.* Arg.b = *dicit.*

14. R𝔅 = *usque quaque rerum potiuntur.* wℜ — 𝔗 = *usque rerum.* Rℜ — 𝔐 + *magna sunt et decora.* PRrGwB Arg.b 𝔛ℜ — 𝔗𝔊1. = *vario exilii genere.* 𝔅 = *vario exitu genere.* G𝔅 = *magnis operibus.* G(m∞)P1. 3.

repentina maris inundatio abscondet aut in subitam cauernam considentis soli lapsus abducet. Quid est ergo quare indigner 15
aut doleam, si exiguo momento publica fata praecedo? Magnus animus deo pareat et quicquid lex uniuersi iubet sine cunctatione patiatur. Aut in meliorem emittitur uitam lucidius tranquilliusque inter diuina mansurus aut certe sine ullo futurus incommodo suae naturae remiscebitur et reuertetur in totum. Non est ergo M. Catonis maius bonum honesta uita quam mors 16
honesta, quoniam non intenditur uirtus. *Idem esse* dicebat Socrates *ueritatem et uirtutem:* quomodo illa non crescit sic ne uirtus quidem: habet numeros suos, plena est. Non est itaque quod mireris paria esse bona, et quae ex proposito sumenda sunt et quae subita res tulit. Nam si hanc inaequalitatem receperis, ut fortiter torqueri in minoribus bonis numeres, numerabis etiam in malis et infelicem Socratem dices in carcere, 17
infelicem Catonem uolnera sua animosius quam fecerat retractantem, calamitosissimum omnium Regulum fidei poenas etiam hostibus seruatae pendentem. Atqui nemo hoc dicere, ne ex mollissimis quidem, ausus est: negant enim illum esse beatum, sed tamen negant miserum. Academici ueteres beatum quidem esse etiam inter hos cruciatus fatentur, sed non ad perfectum nec ad plenum: quod nullo modo potest recipi. Nisi beatus est 18
in summo bono non est. Quod summum bonum est supra se gradum non habet, si modo illi uirtus inest, si illam aduersa

ci. Ermi = *lapsus abdet.* R(s∞) P1. 3. Col. ΥℜG1. = *lapsus adducet.* Antiquiores ρρ P1. 3. 4. Col. Ops. Υ = *repentini maris.* quod non displicet.

15. G = *fata praecedunt.* r = *lex universalis.* w antiqq. ρρ P2. ΥG1. = *si naturae remiscebitur.* GP1. 3. = *si non remiscebitur.* P2. = *remiscetur.* RΥℜ—Ϫ = *reminiscebitur.* G1. = *reminiscetur.* P4. = *sin naturae commiscebitur.* P = *incommodi si natura remiscebitur.* Rell. ∞.

16. Rℜ—ℬ+ *Non est ergo, mi Lucili, Marco Catoni.* quod probat Sw. Sed rell. ∞. ΥℜG—ℜα = *sic nec virtus quidem.* wArg.b B plerique ρρ P2. Col. ΥS = *quae si ita res tulit.* ηλ = *quae si ita res tulit patienda.* α = *quae ita res tulit.* PRGϽx P1. 3. 4. ℜ—ℜα ∞.

ut fortiter = PG1. — ℜα. Gw Rr ρρ Gr. ΥℜG—ℬℭ = *et fortiter.* (De *Et* atque *Ut* inter se commutatis cf. Drkb. ad Liv. XXI, 28, 8.) r — *numeres.*

17. r = *poenas in hostibus.* G = *et hostibus.* GwB = *servare pendentem.* w = *ne ex nobilissimis quidem.* Rw — *etiam* ante *hos cruciatus.* P1. 3. 4. + *sed non iam ad perfectum.* Grut. ci. = *sed non tamen ad perf.*

18. Rλ = *Beatitudo nisi in summo bono.* w = *in summo bono est* om. *non.* ℜ = *Si beatus est, in summo bono est.* RrGw Gr. ℜ

non minuunt, si manet etiam comminuto corpore incolumis. Manet autem: uirtutem enim intellego animosam et excelsam, quam incitat quicquid infestat. Hunc animum quem saepe induunt generosae indolis iuuenes quos alicuius honestae rei pulchritudo percussit, ut omnia fortuita contemnant, profecto sapientia infundet et tradet: persuadebit unum bonum esse quod
19 honestum: hoc nec remitti nec intendi posse, non magis quam regulam qua rectum probari solet flectes. Quicquid ex illa mutaueris iniuria est recti. Idem ergo de uirtute dicemus: et haec recta est, flexuram non recipit: rigidari quidem, amplius intendi non potest. Haec de omnibus rebus iudicat, de hac nulla. Si rectior ipsa non potest fieri, nec quae ab illa quidem fiunt alia aliis rectiora sunt: huic enim necesse est respondeant:
20 ita paria sunt. Quid ergo? inquis: iacere in conuiuio et torqueri paria sunt? Hoc mirum uidetur tibi? Illud licet magis admireris: iacere in conuiuio malum est, torqueri in eculeo bonum est, si illud turpiter, hoc honeste fit. Bona ista aut mala non efficit materia, sed uirtus: haec ubicumque adparuit omnia
21 eiusdem mensurae ac pretii sunt. In oculos nunc mihi manus intentat ille qui omnium animum aestimat ex suo, quod dicam paria bona esse aduersa fortiter portantis et prospera honeste iudicantis, quod dicam paria bona esse eius qui triumphat et eius qui ante currum uehitur inuictus animo. Non putant enim

— 𝔅 = *s e d manet etiam.* (w = *m. in commin.*) Arg.b = *c u m minuto corpore.* w = *Virtutem non intelligo.* r — *e t* ante *excelsam.*

Gv nonnulli alii ρρ P3. 4. + *sapientia n o n infundet.* (G cum P2. Col. = *infundit.*) G + *quod honestum e s t.*

19. r = *n e c magis quam regulam.* 𝔑—𝔅 + *quam si reg.* 𝔈1. — 𝔐a + *q u a m s i flectes* contra mss. etiam Ops. Gr. (P3. = *i n flectes*) Ss. r = *mutaris.*

r i g i d a r i q u i d e m, amplius intendi non potest = mss. (exc. G B𝔊 nonnullis ρρ) P2. Ops. Ss. plerique Pinc. Erfurt. Heins. 𝔈1. — 𝔊. Nonnulli ρρ P4. Col. 𝔅 = ∞ *nec intendi potest.* GP1. 3. = *r i d a r i quidem amplius n e c intendi potest.* B = *r i g i d a quidem* ∞. 𝔄 + *rigidari quidem amplius p o t e s t, intendi non potest.* 𝔑—𝔄𝔖 + *rigidari quidem p o t e s t* ∞. 𝔊 quidam Pinc. 𝔐 — 𝔐a = *r i g i d a e s t, amplius* ∞. Pinc. ci. = *r i g i d a e s s e, amplius* etc. P𝔄 = *n e q u e ab illa quidem.* 𝔈1. — *ab.* 𝔄 — *fiunt.* r — *enim* ante *necesse est.*

20. P𝔄 = *inquit.* Prw — *in conuivio malum est, torqueri.* 𝔑 — 𝔅 = *ubicunque apparuerit.*

G + *omnia i s t a eiusdem.*

21. 𝔑 = *manus intentant illae.* R𝔑 — 𝔅 = *intendant.* GwP1. 3. = *intendat.* R𝔑 — 𝔅 = *qui omnium animos.* rP2. + *quod dicam b o n u m* [r + *esse*] *i n e c u l e o i a c e r e, q u o d d i c a m paria* et mox rArg.b tres Ops. — *adversa — paria bona esse.* Mod. P1. 4. — *quod dicam paria — honeste iudicantis.* wP3. — *adversa — et*

fieri quicquid facere non possunt: ex infirmitate sua de uirtute ferunt sententiam. Quid miraris, si uri, uolnerari, occidi, adligari iuuat, aliquando etiam libet? Luxurioso frugalitas poena 22
est. pigro supplicii loco labor est. delicatis miseria est industria. desidioso studere torqueri est: eodem modo haec ad quae omnes inbecilli sumus dura atque intoleranda credimus obliti quam multis tormentum sit uino carere aut prima luce excitari. Non ista difficilia sunt natura, sed nos fluuidi et enerues. Magno animo de rebus magnis iudicandum est: alioquin uidebitur illarum uitium esse quod nostrum est. Sic quaedam rectissima, 23
cum in aquam demissa sunt, speciem cnrui praefractique uisentibus reddunt. Non tantum quid uidcas, sed quemadmodum refert: animus noster ad uera perspicienda caligat. Da mihi adulescentem incorruptum et ingenio uegetum: dicet fortunatiorem sibi uideri qui omnia rerum aduersarum onera rigida ceruice sustollat, qui supra fortunam exsistat. Non mirum est in 24
tranquillitate non concuti: illud mirare ibi extolli aliquem ubi omnes deprimuntur, ibi stare ubi omnes iacent. Quid est in tormentis, quid est in aliis quae aduersa adpellamus mali? hoc, ut opinor, succidere mentem et incuruari et succumbere: quorum nihil sapienti uiro poterit euenire. Stat rectus sub quolibet pondere. nulla illum res minorem facit. nihil illi eorum

prospera. ℜ—𝔅 + *et ex infirmitate.* RℜC—𝔗 = *veritate ferunt.*

22. B = *supplicium labor est. delicatis miseria est industria* = PℳaS. r = *delicatus miser est industria.* RGB ρρ (exc. τνπσ) Pl. 3. 𝔄ℜ — 𝔊1. + *delicatis miseria est* [Pl. 3. — *est*] *continentia industris* (B𝔅 = *industriis.*) π = *delicatis miseria est continentia: industris desidiose studere torqueri est.* ιP2. ℜu + *delicatis miseria est continentia; indoctis industria.* ωνσ Col. 𝔊2. — 𝔅1. = *delicatus miseretur industrii.* P4. = *delicatis miseria continentia industri.* 𝔄 = *haec quia omnes.* G = *fluidi et enormes.* βιπ = *fluidi et inertes.* ℜ—𝔅 + *enerves sumus.*

23. RℜC — 𝔅 = *perfractique.* wℜC — 𝔗 = *vegetatum.* r = *dicit fortunatiorem.* πScℳ = *sustulit.* quod Swo probatur. Antiquiores nonnulli ρρ = *subtollit, subtollat.* B(s. m.) = *attollit.* 𝔄𝔊1. — G 𝔈 — 𝔖 = *sustollit.* GSb ℜℜ = *substollat.* Reliqui omnes etiam Gr. Ss. = *sustollat*, quod recepimus. Rraβγιλπτ P2. Pinc. ℜ — 𝔗 𝔊 — ℳ + *quam qui supra.*

exsistat = B. r = *est.* Reliqui = *extat.* quod ex altero facile nasci potuit, quemadmodum *existimat* solet concidi in *extimat.*

24. 𝔊1. — ℳ — *hoc* ante *opinor* contra mss., quorum tamen quidam = *ut hoc.* Sb = *subcumbere:* idem in ℜ esse Sw. dicit, sed ego ibi non vidi.

poterit evenire = P.RrGw𝔄ℜ — 𝔖 = *potest.* Rell. n. l.

Stat rectus = mss. 𝔄ℜ — 𝔅1. ℳaS. ℜu = *Stat erectus*, nescio qua auctoritate.

quae ferenda sunt displicet. Nam quicquid cadere in hominem potest in se cecidisse non queritur. Uires suas nouit: scit se esse oneri ferendo. Non educo sapientem ex hominum numero nec dolores ab illo sicut ab aliqua rupe nullum sensum admittente submoueo. Memini ex duabus illum partibus esse conpositum: altera est inrationalis: haec mordetur, uritur, dolet. altera rationalis: haec inconcussas opiniones habet, intrepida est et indomita. In hac positum est summum illud hominis bonum: antequam inpleatur, incerta mentis uolutatio est: cum uero perfectum est, inmota illa stabilitas est. Itaque inchoatus et ad summa procedens cultorque uirtutis, etiam si adpropinquat perfecto bono, sed ei nondum summam manum inposuit: ibi interim cessabit et remittet aliquid ex intentione mentis: nondum enim incerta transgressus est. etiam nunc uersatur in lubrico. Beatus uero et uirtutis exactae tunc se maxime amat, cum fortissime expertus est, et metuenda ceteris, si alicuius honesti officii pretia sunt, non tantum fert, sed amplexatur multoque audire mauult: *Tanto melior* quam *felicior*. Uenio nunc illo quo me uocat exspectatio tua. Ne extra rerum naturam uagari uirtus nostra uideatur et tremet sapiens et dolebit et ex-

𝔑—𝔅 = *quae perferenda sunt.* 25. 𝔅— *non* ante *queritur* et scribit *quaeritur.* RP4. mP3. 𝔊1.+ *natum oneri ferendo.* 𝔄 = *scit se rem natum oneri fer.* (saepe enim *ẽe* i. e. *esse* confunditur in mstis cum *rẽ* i. e. *rem.*) B + *esse aptum oneri fer.* P2. (s. m.) Col. (s. m.) + *scit se aptum esse oneri fer.* 𝔑—𝔅 = *scit se aptum oneri fer.* P= *Non educte sapientem.* 𝔄 = *sensum emittente.* w(s∞) *admittente recipio.* P3. Col.= *irrationabilis* et infra = *rationabilis.* P — *Haec mordetur — rationalis.* αβπ = *intrepida est et incommota.* 26. G= *In hac compositum est.* 𝔊1.—𝔐a+ *quod antequam* contra mss. etiam Gr. Ss. et 𝔄𝔑—𝔅. R= *in motu illa stabilitas non est.* *et ad summa procedens* = mss. (G cum 𝔄 = *et a summa*) etiam Gr. (P2. = *etiam ad summam.*) Ss. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔊1.—𝔐a— *et.* Prw P2. 4. = *interim cessit.* GP1. = *interim cessim et rem.* P3. = *interim cadet.* Col. (m∞)= *iterum cedet* (*cedet* a s. m. habent etiam P1. 3. 4. atque est in R𝔑—𝔛.) Grut. ci. = *ibit interim cessim et rem.* r = *ex incontentione.* 27. r = *virtutis excoctae.* P = *fortissima.* w = *honesti consilii.* R = *pretio sunt.* *Tanto melior quam felicior* = Pw(B) plerique ρρ 𝔊2. — 𝔊𝔔 — 𝔐a (exc. 𝔔4.) 𝔐𝔔4. 𝔖 + *quam tanto felicior.* Ops. „Mureti correctio, inquit, libris bonis fidisque firmata.“ Non tamen perspicuum est in ipsius libris illud *tanto* fuisse, quod putavit Sw. RrGSbαβγζϑιλνΘϙ 𝔑 — 𝔊1. = *quanto felicior.* 28. *tremet.* PRrwSb Pr.bd 𝔑—𝔅 = *tremebit.* BPr.a = *timebit.* G= *exterrebit.* mG = *extremebit, expavescet.* V= *etiam te tenebit.* Nounulli ρρ = *et timebit,* alii = *et tremebit,* alii = *extremebit,* nullus = *tremet.*

pallescet: hi enim omnes corporis sensus sunt. Ubi origo calamitatis? ubi illud malum uerum est? Illic scilicet, si ista animum detrahunt, si ad confessionem seruitutis adducunt, si illi poenitentiam sui faciunt. Sapiens quidem uincit uirtute fortu- 29
nam. At multi professi sapientiam leuissimis nonnumquam minis exterriti sunt. Hoc loco uitium nostrum est, qui idem a sapiente exigimus et a proficiente. Suadeo adhuc mihi ista quae laudo, nondum persuadeo. etiam si persuasissem, nondum tam parata haberem aut tam exercitata, ut ad omnes casus procurrerent. Quemadmodum lana quosdam colores semel ducit, 30
quosdam nisi saepius macerata et recocta non perbibit: sic alias disciplinas ingenia, cum accepere, protinus praestant. haec, nisi alte descendit et diu sedit et animum non colorauit, sed infecit, nihil ex his quae promiserat praestat. Cito hoc potest 31

Etiam apud Virg. G. III, 84. ed. Mentel. pr. *tremet* habet pro *tremit*. (Hic locus affertur in Excerptis Arusiani Messi [Corp. Gramm. Latt. ed. Lindem. I. p. 246.], ubi non *Tremit illud pro timet* scribendum est, sed *Tremit illud pro tremet*. Nam si ille Grammaticus mediocriter tantum Lat. linguae erat peritus, *tremere* illo loco pro *timere* non potuit accipere.) Sic *tremesco* legitur apud Virg. A. III, 648. in cod. Medic. et in plerisque aliis, itidem A. V, 694. XI, 403. XII, 916. (quam formam reprehendunt Voss. Arist. V, 43. p. 901. ed. Foertsch. Drkb. ad Liv. XXI, 53, 5.) et *contremesco* apud Sen. ep. 65, 25. in optimis codd. Quamobrem vix dubito, quin etiam *tremeo* Latini dixerint: vulgatum tamen *tremet* tenui quamvis in nullo msto repertum. αβπ = *expavescet*.

Ubi origo calamitatis = PrGw Arg.b BV plerique ρρ Gr. Unus optimorum Ops. = *Ubi origo calamitas*. RαβγδζλμξΘτ alter optimorum Ops. cod. antiq. Pinc. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖 = *Ubi ergo calamitas*. 𝔈1.+*Ubi ergo est origo calamitas*. 𝔈2.—𝔐a+ *Ubi ergo est origo calamitatis*. P2.= *et ibi illud malum*. Col. addit *illic causa adversa fortiter portantis et prospera bona esse honeste iudicantis. Quid si ista animum distrahunt*. cf. ad §. 21. Cod. antiq. Pinc. = *vestrum malum*. R — *verum*.

detrahunt = mss. (exc. Rβλπ) 𝔄𝔑 — 𝔗 𝔈1. 2. 𝔢 — 𝔖. Rβλπ cod. antiq. Pinc. 𝔅𝔊 — 𝔑 = *distrahunt*. GP1. 3. = *ad conf. servit. alliciunt*.

29. r = *at mali professi*. ν = *nostrum indicium est*.

qui idem a sapiente exigimus et a proficiente = αβδηπ P3. (s. m.) P = *quidem sapiente exig. et a prof*. RG𝔅 = *qui a sapiente exigimus et a prof*. om. *idem*. w = *quidque a sap. exig*. etc. rArg.b B rell. ρρ Pall. 𝔄 = *qui de sapiente exigimus et a prof*. 𝔑 — 𝔗 = *quod a sap. exig*. etc. 𝔈1. = *qui de sapiente dicitur exig. et a prof*. Col. 𝔈2. — 𝔖 = *qui quod dicitur de sapiente exigimus et a prof*.

P = *persuasissent*. B = *etiam persuasisse*. r = *procurrerint*. R𝔈1. — 𝔑 = *procurrerem*. 𝔑 — 𝔅 = *percurrerent*.

30. *macerata*. sw = *refolee, gall.* 𝔄 = *lacerata*.

perbibit. 𝔑 = *prebibit*. 𝔗 = *praebibit*. rγ = *praebebit*. G R(sω) = *peribit*. wν = *accepero*. 𝔄𝔈1. — 𝔐a (exc. 𝔈4.) — *et* ante *animum*. r — *non* ante *coloravit*. 𝔑 — 𝔗 = *nedum coloravit*.

31. R = *Cito hoc*. G𝔊𝔎 = *Cito*

tradi et paucissimis uerbis *Unum bonum esse uirtutem, nullum certe sine uirtute, et ipsam uirtutem in parte nostri meliore, id est rationali, positam.* Quid erit haec uirtus? iudicium uerum et inmotum: ab hoc enim inpetus uenient mentis, ab hoc omnis species quae inpetum mouet redigetur ad li-
32 quidum. Huic iudicio consentaneum erit omnia quae uirtute contacta sunt et bona iudicare et inter se paria. Corporum autem bona corporibus quidem bona sunt, sed in totum non sunt bona. His pretium quidem erit aliquod, ceterum dignitas non erit: magnis inter se interuallis distabunt, alia minora, alia ma-
33 iora erunt. Et in ipsis sapientiam sectantibus magna discrimina esse fateamur necesse est. Alius iam in tantum profecit, ut contra fortunam audeat adtollere oculos, sed non pertinaciter: cedunt enim nimio splendore praestricti. alius in tantum, ut possit cum illa conferre uoltum, si iam peruenit ad summum et
34 fiduciae plenus est. Inperfecta necesse est labent et modo prodeant, modo sublabantur aut succidant. Sublabentur autem, nisi ire et niti perseuerauerint: si quicquam ex studio et fideli intentione laxauerint, retro eundum est. Nemo profectum ibi inuenit ubi reliquerat. Instemus itaque et perseueremus. Plus quam profligauimus restat: sed magna pars est profectus uelle
35 proficere. Huius rei conscius mihi sum: uolo et mente tota uolo. Te quoque instinctum esse et magno ad pulcherrima pro-

hoc poterat tradi. G(m∞) P1. — *ab hoc enim — mentis.* wmG P2. = *ad hoc* bis.

venient = Pr wmG Arg.b (P2. 4. Col.) 𝔄𝔖. Rell. mss. 𝔑 — 𝔐𝔞 = *veniet.* P2. — *mentis.* RrS = *omnes species* et *movent.* RP2. S = *redigentur.* Arg.b = *rediget.* 𝔄 = *rediguntur.* r = *Ad hunc redigeretur aliquid dum huic iudicio.* Sed post *consentaneum erit* idem addit *redigetur ad liquidum. Erit huic iudicio consentaneum.* GP1. + *ad nihilum vel* [P1. — *vel*] *liquidum.* βϑπτ𝔑 — 𝔅 = *redigetur ad nihilum.* V = *redigetur ad aliquid.*

32. *contacta* = PwR duo e recentioribus ρρ (Arg.b BVP2.) 𝔈—𝔖. Gγηϑκλξτ P1. 3. 4. quidam Pinc. = *contenta.* rsG rell. ρρ mP1. 𝔄𝔑— 𝔐 = *contracta.* Col. = *coacta.*

GP1. 3. = *pretium quidem currit aliquod.* r + *inter se et intervallis.*

33. G = *Sed in ipsis sap.*
B = *fateantur necesse est.*
GB = *proficit.* 𝔑—𝔅 + *alius iam in tantum ut.* ryι = *Is iam pervenit.*

34. G(m∞) Arg.b = *labentur.* r = *labant.* Duo recc. ρρ 𝔅 = *labantur.* 𝔐 — 𝔐𝔞 (exc. 𝔈4.) = *modo prodant.* quod vitium iam Ops. et Grut. notaverant. w = *aut succedant.* w𝔄 = *Sublabantur autem.* G = *Sublabuntur autem.* r = *autem virtuti et ire perseveraverint.* σ = *ubi ire et niti.* 𝔑 — 𝔅 = *Nemo perfectum.*

35. r — *mihi* post *conscius.* GR 𝔑 — 𝔅 = *ac magno.* vσ = *ad magna, ad pulcherrima properare*

perare inpetu uideo. Properemus: ita demum uita beneficium erit, alioquin mora est et quidem turpis inter foeda uersantibus. Id agamus ut nostrum omne tempus sit: non erit autem, nisi prius nos nostri esse coeperimus. Quando continget con- 36
temnere utramque fortunam? quando continget omnibus obpressis adfectibus et sub arbitrium suum adductis hanc uocem emittere *Uici?* Quem uicerim quaeris? Non Persas nec extrema Medorum nec si quid ultra Dahas bellicosum iacet: sed auaritiam, sed ambitionem, sed metum mortis qui uictores gentium uicit. Uale.

EPISTULA LXXII.

Seneca Lucilio suo salutem.

Quod quaeris a me liquebat mihi, cum rem ediscerem ipse, sed diu non retemptaui memoriam meam: itaque non facile me

toto impetu video. G(n.) rGr. = *itaque demum.* G = *Indigumus ut nostrum.* δμν = *Indagemus.* r — *nos nostri.*

36. Pδημνξ = *utramque naturam.*

sub arbitrium suum = mss. (exc. R) etiam Gr. ℜ — 𝔅. i. e. sub arbitrium ipsis a natura constitutum. RΑG1. — 𝔖 — *suum.* Col. Α = *abductis.* w = *emittere: Vice?* νυ = *Evici.* P = *Non possis nec extrema.* w = *non extrema.* Pr.d = *extrema Indorum.*

Dahas = ν optimae membranae Put. ci. Mod. ℭ — 𝔖. Rell. Ops. = *adhas* vel *dachas.* P = *dadhas.* s. m. = *dachas.* wP2. Col. = *adhas.* sw = *adhos.* GVP3. (s. m.) G1. — 𝔐 = *dacas.* RBmP2. 3. = *Dacos.* Α = *Dachos.* σ = *athalos.* σ = *athos.* Rell. ρρ = *Dachas, Dacas, Dacos.* P1. 4. = *Clachas.* r — *Dahas.*

Ep. LXXII.

r = *liquebit.*

cum rem ediscerem = RBG. B = *cum rem edidicerem.* ScA = *cum rem educerem.* PG1. 2. = *sic* [G1. 2. = *si*] *rem edicerem.* Col. mG2. = *si rem ediscerem.* V = *si rem per se edicerem.* rP2. = *si rem edidicerim.* w = *si rem ededicerem.* GP1. 3. 4. cod. Lips. = *si rem edificarem.* SbPr.b = *sic rem edidicerem.* Ex. Francisc. GG ℭ — 𝔅1. = *sic rem edideram.* mG = *sic rem edideram.* ρρ promiscue = *si rem* (*cum rem*) *edidicerem* (*ediscerem, edificarem.*) 𝔐 = *si reminiscerer.* Lips. ait: „Fecerim: *liquebat mihi scire, modo edisserere* [vel *edicere*] *possem. sed diu.* Quid? imo aliter: *liquebat mihi, si remeditari possem.*" Ed. Variorum Lugd. 1672. nescio quo casu ex illo *Fecerim* fecit *Festus*, quod imitatus est Ruhk., tamquam apud Festum legerentur illa *liquebat mihi — sed diu.* Ru Rα = *si remeditarer* ex ci. Ruhk, quam ipse dicit Seneca dignissimam.

ipse = Arg.b, ut satis perspicue annotavit Oberl. Swum id fugisse videtur. G ex. Franc. G — 𝔅1. — *ipse.* Rell. mss. ΑR — G2. Ru — 𝔖 = *per se.*

r = *re temptavi memoriam.* G1. 2. = *retentavit mem.* Col. = *non tentavi mem.* V = *non tentavit mem.* αβηπ = *non retractavi mem.* ζ = *non recensui mem.* 𝔖 = *recentavi mem.* ut ita scriberet Swum id commovit, quod in Arg.b et ℜ, qui libri alio-

sequitur. Quod euenit libris situ cohaerentibus hoc euenisse mihi sentio: explicandus est animus et quaecumque apud illum deposita sunt subinde excuti debent, ut parata sint quotiens usus exegerit. Ergo hoc in praesentia differamus: multum enim operae, multum diligentiae poscit. Cum primum longiorem eo-
2 dem loco sperauero moram, tunc istud in manus sumam. Quaedam enim sunt quae possis et in cisio scribere. quaedam lectum et otium et secretum desiderant. Nihilominus his quoque occupatis diebus agatur aliquid et quidem totis: numquam enim non succedent occupationes nouae. serimus illas: itaque ex una exeunt plures. deinde ipsi nobis dilationem damus: Cum hoc peregero, toto animo incumbam. et, si hanc rem molestam
3 conposuero, studio me dabo. Non cum uacaueris, philosophandum est: omnia alia neglegenda sunt, ut huic adsideamus cui nullum tempus satis magnum est, etiam si a pueritia usque ad longissimos humani aeui terminos uita producitur. Non multum refert utrum omittas philosophiam an intermittas: non enim ubi interrupta est manet, sed eorum more quae intenta dissiliunt usque ad initia sua recurrit quod a continuatione discessit.
4 Resistendum est occupationibus nec explicandae, sed submouendae sunt. Tempus quidem nullum parum est idoneum studio

quin constanter solent scribere *temptare*, hic legitur *retentavi*, quodque *c* et *t* litterae inter se facillime possunt confundi. BΘ + *condita vel deposita sunt.* w — *sunt* post *deposita.* GP1. 3. = *speravit moram.* G = *tunc illud in manu sumam.* ℭ2. — 𝔐 — *istud.* 𝔄ℭ1. = *in manibus sumam.*

2. 𝔄ℭ1. 2. = *quae posses.* Arg.b = *quae possidet incisio scribere.* w — *in cisio.* VP1. = *inscisio.* P(s. m.) ι = *incisione.* r = *inscissione.* P2. = *inscissionem.* Rαβηπτ P3. sP4. ex. Fac. et Prim. = *in circo.* probat Grut. P4. = *in ciro.* λK quidam Erm. ℭ1. = *incise.* 𝔄 = *inscise.* ασν = *incidendo.* ℭ2. — 𝔊 = *incedendo.* ε𝔐 — 𝔗 = *in otio.* ζ = *in aperto.* BΘ = *vicissim.* Col. = *in arto. in cisio* iam protulerat 𝔅 et restituit 𝔐 ex quibusdam codd. Pinc. Est praeterea in PG Arg.b (rell. ρρ.) G nonnulli ρρ = *agetur aliq.* G(sω) = *non succident occup.* V + *Nos occup. novae detinent, serimus.* r + *Nos serimus.* V = *ex una prodeunt.* P(sω) = *dilationem danos.*

3. ϑιχσ = *Nam cum vac.* GP4. = *Nam vacaveris* om. *cum.* γ = *Nunc cum vac.* VP3. = *Non vacaveris* om. *cum.* G — *a* ante *pueritia.* R — *usque* post *pueritia.*

producitur = PRrGw ρρ SbPr.abd P3. ℭ4. P1. 2. 4. = *perducitur.* Col. 𝔑 — 𝔅𝔖 = *producatur.* 𝔄 ℭ1. — 𝔐α (exc. ℭ4.) = *protenditur.* Grut. ci. = *procuditur.*

r — *ubi* ante *interrupta.* P — *interrupta est.* r = *ament* pro *manent.* ℭℭ = *et eorum more.*

τ = *quae intensa.* π = *quae retenta.* R = *usque ad vitia sua.* w(sω) = *discurrit.* G = *quia continuatione.* Arg.b = *a concinnatione.* αβπ 𝔄ℭ1. — 𝔐 + *a continuatione sua.*

salutari: atqui multi inter illa non student propter quae studendum est. Incidet aliquid quod inpediat. Non quidem eum cuius animus in omni negotio laetus atque alacer est: inperfectis 5
adhuc interscinditur laetitia, sapientis uero contexitur gaudium, nulla causa rumpitur, nulla fortuna, semper et ubique tranquillum est. non enim ex alieno pendet nec fauorem fortunae aut hominis exspectat. domestica illi felicitas est: exiret ex animo, si intraret. ibi nascitur. Aliquando extrinsecus quo admo- 6
neatur mortalitatis interuenit: sed id leue et quod summam cutem stringat. Aliquo, inquam, incommodo adflatur maximus is: illud bonum est fixum. Ita dico, extrinsecus aliqua sunt incommoda, uelut in corpore interdum robusto solidoque eruptiones quaedam pustularum et ulcuscula, nullum in alto malum est. Hoc, inquam, interest inter consummatae sapientiae ui- 7
rum et alium procedentis quod inter sanum et ex morbo graui ac diutino emergentem cui sanitatis loco est leuior accessio. Hic nisi adtendit, subinde grauatur et in eadem reuoluitur: sapiens recidere non potest, ne incidere quidem amplius. Cor- 8

4. *studendum est.* ΑΕ1. — Ma — *est.* PGwB maior pars ρρ Α = *incide aliquid.* Arg.b = *incidit aliquid.* Ε — *aliquid.*

Non quidem = mss. R — Β. ΑΕ1. — Ε = *Non equidem.*

5. R = *Imperfectius adhuc.* ζηϑχτ P1. 3. = *interciditur laet.*

sapientis vero = PwRr Arg.b BV fere omnes ρρ Gr. ΑR — Ε2. Ε. Pinc. Ε = *Sapientibus vero.* Ε — Ma = *sapienti vero.* G(mω) = *sapientis nature.* GP1. 3.+ *contexitur cogitur.* P2. = *Sapientis vero contexitur. pura et perfecta conscientia. Gaudium nulla.* ΑΕ1. — Ε — *causa nulla.* r — *est* post *tranquillum.* GArg.b = *ubi nascitur.*

6. Grut. ci. + *Aliquid aliquando.* P3. (s. m.) + *Aliquando aliquid.* r = *admoneantur.* Α = *admoveatur mortalitas.* Rv nonnullique alii ρρ P3. Col. = *admon. mortalitas.* γλ + *mortalitatis aliquid.* G(mω) P1. = *adm. tranquillitas.* Arg.b = *quod summatim cutem.* Pinc. melior lectio Ε = *Aliquando, inquam.* B = *Aliquo, inquis.* r = *incommodo inflatur.*

maximus is: illud bonum = PwR Arg.b B plerique ρρ ΑΕ1. 2. Ru Ma. R — Τ = *maximus his, illud b.* GP1. 3. = *maximus his illum bonum.* V = *maximum is, illud b.* rP2. = *maximus intus illius bonum.* βγηιχλπ = *maximum illius* [γ = *ibi*] *bonum intus est fixum.* P4. = *maximum illud bonum.* Col. (s. m.) = *maximus illis bonum.* A prima manu videbatur fuisse *maximum illud bonum intus est fixum.* Β = *afflatur animus: sed maximum illius bonum intus est fixum.* Ε—Β1. = *maximum eius, illud bonum.* Ε = *maximum eius bonum.*

P = *quaedam usularum* GArg.b Α = *postularum.* G = *et ululolusculа.* r = *ulcusculorum.*

7. G = *Hoc quicquam.* r = *praecedentis.* P1. 3. 4. Col. = *ac diuturno.* V = *ac diutiono.* G = *in eadem resolvitur.* Rρρ R — Β = *nec incidere quidem.*

pori enim ad tempus bona ualitudo est quam medicus, etiam si reddidit, non praestat: saepe ad eumdem qui aduocaueraat excitatur. [animus] semel in totum sanatur. Dicam quomodo intellegas sanum: si se ipso conteutus est, si confidit sibi, si scit omnia uota mortalium, omnia beneficia quae dantur petun-
9 turque nullum in beata uita habere momentum. Nam cui aliquid accedere potest id inperfectum est. cui aliquid abscedere potest id inperpetuum est. cuius perpetua futura laetitia est is suo gaudeat. Omnia autem quibus uolgus inhiat ultro citroque fluunt: nihil dat fortuna mancipio, sed haec quoque fortuita tunc delectant, cum illa ratio temperauit ac miscuit. Haec est quae etiam externa commendet quorum auidis usus ingratus est.
10 Solebat Attalus hac imagine uti: *Uidisti aliquando canem missa a domino frusta panis aut carnis aperto ore captantem? quicquid excepit protinus integrum deuorat et semper*

8. rB = *etiam si reddit.* G P1. 3. 4. = *quam etiam medicus, si reddit.*

ad eumdem qui advocaverat = ℭ ex ci. Lips. B — *ad eumdem.* G = *ad eumdem quam adv.* P4. = *quem avocaverat.* probat Gron. aut legendum putat *adiuverat.* 𝔐 ex ing. = *quem excitaverat advocatur.* Rell. = *quem advocaverat.*

[*animus*] = 𝔐—𝔐a ex Mur. ing. In mstis hoc nomen non legitur: sed abesse non debet. ℭ = [*Sapientis animus*] — *sanatus* [*est*]. Sc = *sanatus.* Rell. ∞. r = *intelliga m.*

se ipso = PGwRr Arg.b recc. ρρ 𝔑 — 𝔅. (Antiqq. ρρ BV) 𝔄ℭ1. — ℭ = *se ipse.* V = *si ostendit sibi.*

9. *cui aliquid — cui aliquid* = PrGw (w priore loco) Arg.b BV ρρ Ops. Gr. (de posteriore *aliquid* tacet Grut.) 𝔅ℭ. Cod. Lips. + *cui aliud alii aliquid.* 𝔑 — 𝔗 omittunt prius *aliquid.* 𝔄 + *Nam cui alicui aliquid.* RℭI. — 𝔐a = *cui quid — cui quid.* Gsw B(cr. ∞) P1. 4. P3. (cr. ∞) cod. Lips. 𝔄𝔑—𝔅 = *accidere.* V = *abscedere* (pro *accedere*). w = *inperpetuum* pro *inperfectum.* Rw — *cui aliq. absc.* — *inperpetuum est.* et notat P3. haec adulterina esse. P = *cui al. abscendere.* 𝔑 — 𝔗 = *abscondere.* G iterum = *accidere.* V + *absc. non potest.* P1. 3. = *in perpetuum est.* rtΘ P4. = *id imperfectum est.* 𝔑— 𝔅 = *imperfectum est* om. *id.* P2. = *id perfectum est.* Ops. = *id inperpetuum est* vel *id perpetuum non est.* 𝔐 = *cui quid absc. non potest, id perpetuum est.* G(s∞) Br recc. nonnulli ρρ = *gaudet.*

P = *Nihil dant fortuna.* s = *fortuita.* Rr𝔄 = *Nihil dant fortuita.* Poteris suspicari *nihil dant fortunae mancipio.* δεℑλ ξKΘτ = *haec quoque fortuna delectat.* r = *miscuerit.* roℜ— ℭ2. = *aeterna commendet.* 𝔄 = *extrema comm.* G = *quorum avidus ingratus est* om. *usus.* P3. = *avidius usus.* P2. = *audis usus.* Pauci ρρ (P1. 4. Col.) ℭ2. — 𝔐a = *avidus usus.* Rell. etiam Ss. ∞.

10. P = *canem missam a domino frustra.* Col. = *a domino missum frustum.* rG(cr. ∞) = *ac carnis.* B — *aut carnis.* G(s∞) = *quicquid recipit.* V = *quicquid accepit.*

ad spem uenturi hiat. Idem euenit nobis: quicquid exspectantibus fortuna proiecit id sine ulla uoluptate dimittimus statim ad rapinam alterius erecti et adtenti. Hoc sapienti 11
non euenit: plenus est. etiam si quid obuenit, secure excipit ac reponit. laetitia fruitur maxima, continua, sua. Habet aliquis bonam uoluntatem, habet profectum, sed cui multum desit a summo: hic deprimitur alternis et extollitur ac modo in coelum adleuatur, modo defertur ad terram. Inpeditis ac rudibus nullus praecipitationis finis est: in Epicureum illud chaos decidunt inane, sine termino. Est adhuc genus tertium eorum qui 12
sapientiae adludunt quam non quidem contigerunt, in conspectu tamen et, ut ita dicam, sub ictu habent: hi non concutiuntur, ne defluunt quidem. nondum in sicco, iam in portu sunt. Ergo cum tam magna sint inter summos imosque discrimina, cum medios quoque sequatur fructus suus, sequatur ingens periculum ad deteriora redeundi: non debemus occupationibus indulgere. Excludendae sunt: si semel intrauerint, in locum suum alias substituent. Principiis illarum obstemus. Melius non incipient, quam desinent. Uale.

EPISTULA LXXIII.

Seneca Lucilio suo salutem.

Errare mihi uidentur qui existimant philosophiae fideliter deditos contumaces esse ac refractarios et contemptores magi-

ad spem ventur i = PRrw antiquiores ρρ et reliquorum maior pars P2. P3. (p. m.) tres Ops. ℜ — ℬ. Rell. = *futuri.*

dimittimus = mss. (exc. R) 𝔄𝔊1. ℜ — ℬ 𝔊2. — 𝔖 = *demittimus.* R = *omittimus.*

adtenti = GδƉι P1. 2. 4. quidam Pinc. ℜ — ℬ 𝔐 — 𝔖. Rell. mss. 𝔄𝔊1. — 𝔊 = *attoniti.*

11. w = *secure accipit.* G = *sec. recipit.* w𝔄 = *et reponit.*

GwR = *bonam voluptatem.* GV = *deprimitur altius.* R = *in coelum elleuatur.* GwV recc. ρρ P1. 3. 4. Col. 𝔄 = *eleuatur.*

Inpeditis = PGVδεζνξΘυ SbcPr. bd plerique Gr. 𝔄𝔊1. — 𝔊𝔖. Rrw ℜ — ℬ 𝔐 — 𝔐a = *Impe ritis.*

r = *in Epicurum.* RCol. ℜ — 𝔊 + *sine termino est.*

12. P4. + *Est ergo adhuc.*

P — *genus.* P = *sapientia ludunt.* B = *numquam contigerunt.* GP1. 3. = *quam ut quidem contigerit.* 𝔄𝔊1. — 𝔐a = *attigerunt* contra mstos. RwV recc. ρρ ℜ — ℬ = *nec defluunt q.* 𝔄 = *ne de flumine q.* GP1. 4. = *sequetur.* P3. = *sequentur.* P3. = *fructus suos.* RrmGλμΚΘτ P2. Pinc. 𝔊1. = *fluctus suus.* Col. = *fluctus suos.* 𝔄 — *sequatur ingens periculum.* GP1. 3. + *et ad deteriora.* P3. (s. m.) = *ad dexteriora.* Nonnulli recc. ρρ Col. = *ad exteriora.* r = *melius enim incipient.*

Ep. LXXIII.

R(sœ) r = *refractorios.* P — *et* ante *contemptores.* w = *magi-*

stratuum ac regum eorumue per quos publica administrantur. Ex contrario enim nulli aduersus illos gratiores sunt nec inmerito: nullis enim plus praestant quam quibus frui tranquillo otio licet. Itaque hi quibus altum ad propositum bene uiuendi confert securitas publica necesse est auctorem huius boni ut parentem colant. multo quidem magis quam illi inquieti et in medio
2 positi qui multa principibus debent, sed multa et inputant, quibus numquam tam plene occurrere ulla liberalitas potest, ut cupiditates illorum, quae crescunt dum inplentur, exsatiet. Quisquis autem de accipiendo cogitat oblitus accepti est. nec ullum
3 habet malum cupiditas mains, quam quod ingrata est. Adice nunc quod nemo eorum qui in republica uersantur quot uincat, sed a quibus uincatur adspicit. et illis non tam iucundum est multos post se uidere quam graue aliquem ante se. Habet hoc uitium omnis ambitio: non respicit. Nec ambitio tantum instabilis est, uerum cupiditas omnis, quia incipit semper a fine.
4 At ille uir sincerus ac purus qui reliquit et curiam et forum et omnem administrationem reipublicae ut ad ampliora secederet diligit eos per quos hoc ei facere tuto licet solumque illis gratuitum testimonium reddit et magnam rem nescientibus debet. Quemadmodum praeceptores suos ueneratur ac suspicit quorum beneficio illis inuiis exiit, sic et hos sub quorum tutela positus

stralium. rwB antiquiores et probatiores ρρ ℜ — 𝔙 = *aut regum.* G = *eorum que.* *Ex contrario* = PGw𝔄. Rrℜ — 𝔖 = *E cont.* Rell. n. l. R = *illi adv. eos.* r + *in quibus.* *altum* = PRrwmGe ρρ (exc. ζμK) P1. 2. 4. P3. (s. m.) Sb Pr.bd ℜ — 𝔗𝔖. Intellige *otium*, quod addit Erf. Gron. GP3. (p. m.) = *alterum.* ζ = *tantum.* Col. ℜu 𝔐a = *aptum.* Matth. ci. = *apertum.* V = *tempus aptum.* 𝔅 = *quibus plus aditum.* μK Sc 𝔄𝔊1. — 𝔅1. — *altum.* P2. — *ad* ante *propositum.* mG Col. Sc 𝔄ℜ — 𝔐a (exc. 𝔅) + *aditum confert.*

2. r = *multa non imputant.* τπ = *multa eis imputant.* G(m∞) P1. 3. mCol. = *ulla libertas.* G P1. 3. 4. = *cupiditas peius.*

3. G(s∞) w = *nemo illorum.* *quot vincat* = ℜ — 𝔗. Pw antiquissimi ρρ 𝔄 = *quod vincat.* B = *quod vincatur.* G = *quis vincat.* Rell. = *quos vincat.*

R = *et illic non tam.* Nonnulli ρρ = *et illi non tam.* Gw = *posse videre.* α = *multos posse vincere.*

4. R = *et purus.* V — *tuto.* GB recc. ρρ 𝔄 = *facile uti licet.* GP1. 3. = *diligat eos.*

solumque = PRrwB ρρ Ss. 𝔄ℜ — 𝔊𝔖. G = *solum illis.* 𝔐 — 𝔐a = *solusque.* r = *sencientibus debet.* rB = *suscipit.*

illis inviis = PRrGsw Arg.bB ρρ Gr. 𝔄ℜ — 𝔊 (exc. 𝔅) ℜu — 𝔖. (G. Pall. ℜ = *in viis.* 𝔅 = *in ius.*) mG2. mG = *illis invitis.* w(s∞) = *ex viis.* 𝔐 — 𝔅1. = *illis vitiis exuit.* RwB P1. 3. 4. Col. 𝔄ℜ — 𝔊 = *exit.*

sic et hos = PRrV recc. nonnulli

exercet artes bonas. Uerum alios quoque rex uiribus suis pro- 5
tegit. Quis negat? Sed quemadmodum Neptuno plus debere se iudicat ex his qui eadem tranquillitate usi sunt qui plura et pretiosiora illo mari uexit, animosius a mercatore quam a uectore soluitur uotum et ex ipsis mercatoribus effusius gratus est qui odores ac purpuras et auro pensanda portabat quam qui uilissima quaeque et saburrae loco futura congesserat: sic huius pacis beneficium ad omnes pertinentis altius ad eos peruenit qui illa bene utuntur. Multi enim sunt ex his togatis quibus pax operosior bello est. An idem existimas pro pace debere eos 6
qui illam ebrietati aut libidini inpendunt aut aliis uitiis quae uel bello rumpenda sunt? nisi forte tam iniquum putas esse sapientem, ut nihil uiritim se debere pro communibus bonis iudicet. Soli lunaeque plurimum debeo et non uni mihi oriuntur. anno temperantique annum deo priuatim obligatus sum, quamuis nihil in meum honorem descripta sint. Et stulta auaritia mor- 7
talium possessionem proprietatemque discernit nec quicquam suum credit esse quod publicum est: at ille sapiens nihil iudicat suum magis quam cuius illi cum humano genere consortium est. Nec enim essent ita communia, nisi pars illorum pertineret ad singulos: socium efficit etiam quod ex minima portione commune est. Adice nunc quod magna et uera bona non sic 8
diuiduntur, ut exiguum in singulos cadat: ad unumquemque tota perueniunt. Ex congiario tantum ferunt homines quantum

ρρ P3. (s. m.) m𝔊2. 𝔐a𝔖. P2. = *sic hos* om. *et.* Rell. = *sic et his.*

5. r = *Verumque alios.* w — *Neptuno.* r = *ex eis qui.* (Col.) 𝔑—𝔖 + *et animosius.* R = *aut purpuras.* w nonnulli ρρ 𝔊2.—𝔐 = *pertinens.* 𝔄𝔊1. = *pertinentes.* R = *ex illis togatis.* V = *ex his cogitatis.*

6. GP1. 3. 4. nonnulli ρρ + *aut ebrietati.* G = *aut bello.* Nonnulli ρρ = *ut bello.* reliquorum ρρ maior pars = *veluti bello.* τ = *per bella.* R — *vel.* P = *virtutim se debere.* GwB plerique ρρ 𝔄𝔐 — 𝔅 = *virium se debere.* r = *virtutum s.d.* γη = *virtuti s.d.* Ex ρρ solus λ ∞. sPr 𝔊1.—𝔅1. = *quamvis non.* P1. 3. Col. = *quamvis nil.* Rell. ∞. RCol. 𝔄𝔐 — 𝔅 = *ad meum hon.* G(s∞) P1. 3. — *in.* G(cr. ∞) = *descripta sunt.* Grut. ci. = *districta sunt.*

7. *Et stulta* = mss. (exc. ζ = *Sed st.*) 𝔄𝔐 — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 — *Et.* P2. + *quam id cuius.* R antiqq. ρρ nonnulli P3. 𝔑 — 𝔅 + *cuiuslibet.* Col. + *cuiusvis.* V + *cuius ius.*

ita communia = mss. etiam Gr. 𝔄𝔐 — 𝔅. (Pauci ρρ?) 𝔊1.—𝔖 = *ista com.*

socium efficit = mss. 𝔄𝔐 — 𝔐a. Sb (s. m.) 𝔖 = *suum efficit.* Sed Oberl. nihil de scriptura diversa prodidit. Per *socium* Seneca respicit ad *consortium*, quod supra legitur. 𝔄 + *ita etiam.*

w = *minima parte.* Arg.b = *minima participatione.*

8. w = *singula perveniunt.* R = *proveniunt.* K = *gerunt homines.* Rr nonnulli ρρ 𝔑—𝔅 =

in capita promissum est. epulum et uisceratio et quicquid aliud manu capitur discedit in partes: at haec indiuidua bona, pax et
9 libertas, tam omnium tota quam singulorum sunt. Cogitat itaque sapiens per quem sibi horum usus fructusque contingat, per quem non ad arma illum nec ad seruandas uigilias nec ad tuenda moenia et multiplex belli tributum publica necessitas uocet: agitque gubernatori suo gratias. Hoc docet philosophia praecipue bene debere beneficia, bene soluere: interdum autem so-
10 lutio est ipsa confessio. Confitebitur ergo multum se debere ei cuius administratione ac prouidentia contingit illi pingue otium et arbitrium sui temporis et inperturbata publicis occupationibus quies.

O Meliboee, deus nobis haec otia fecit:
Namque erit ille mihi semper deus.

Si illa quoque otia multum auctori suo debent quorum munus hoc maximum est:

Ille meas errare boues, ut cernis, et ipsum
Ludere quae uellem calamo permisit agresti:

11 quanti aestimamus hoc otium quod inter deos agitur, quod deos facit? Ita dico, Lucili, et te in coelum conpendiario uoco. Solebat Sextius dicere *Iouem plus non posse quam bonum uirum.* Plura Iupiter habet quae praestet hominibus: sed inter duos bonos non est melior qui locupletior, non magis quam inter duos quibus par scientia regendi gubernaculum est meliorem
12 dixeris cui maius speciosiusque nauigium est. Iupiter quo antecedit uirum bonum? Diutius bonus est: sapiens nihilo se minoris aestimat, quod uirtutes eius spatio breuiore clauduntur.

permissum est. GP1. 3. 4. = *et e visceratio.* B = *e visceratio* om. *et.*

quicquid aliud = mss. ℜ — 𝔅. 𝔄𝔊1. — 𝔖 = *si quid aliud.* Rαγλ P3. (s. m.) = *distrahitur in partes.* Gwr + *et tam omnium.* Arg.b = *ea omnium.* ρρ aut + *et tam omnium* aut = *et ea omnium.*

9. wArg.b = *Cogita itaque.*

sapiens = ι ℜ — 𝔖. Rell. — *sapiens.* R(s∞) 𝔊 — 𝔐 = *usus fructus* sine *que* ex em. Erm. G(cr.∞) P1. 3. 4. = *usus fructus quoque.* r = *nec adversandas vigilias.*

10. G(s∞) = *Confiteor.* P3. Col. = *contigit illi.* wοπ = *pugnae otium.* w + *auctori quoque.* V = *multum auctoritati.* r — *munus* et + *hoc imum maximumque est.* 𝔄 = *boves permisit et ipsum.*

11. R = *quanti existimamus.* Matth. ci. = *aestimemus* s. *aestimabimus.* PArg.b = *Volebat Sextius dicere.* r = *quibus praesentia est reg. gub.* Recc. nonnulli ρρ = *cuius maius.*

12. GRr.B 𝔄𝔐 — 𝔊1. = *se minoris existimat.* R = *quia virtutes.*

clauduntur = PwRr (BArg.b

Nam qui alia bona iudicat in fortunae uenit potestatem, alieni arbitrii fit. qui omne bonum honesto circumscripsit intra se felix
2 est. Hic amissis liberis moestus, hic sollicitus aegris, hic turpibus et aliquam passis infamiam tristis. illum uidebis alienae uxoris amore cruciari, illum suae. non deerit quem repulsa distorqueat. erunt quos ipse honor uexet. Illa uero maxima ex omni mortalium populo turba miserorum quam exspectatio mortis exagitat undique inpendens: nihil enim est unde non
3 subeat. Itaque ut in hostili regione uersantibus huc et illuc circumspiciendum est et ad omnem strepitum circumagenda ceruix. Nisi hic timor e pectore eiectus est, palpitantibus praecordiis uiuitur. Occurrent acti in exilium et euoluti bonis. occurrent
4 quod genus egestatis grauissimum est in diuitiis inopes. occurrent naufragi similiaue naufragis passi quos aut popularis ira aut inuidia, perniciosum optimis telum, inopinantes securosque disiecit procellae more quae in ipsa sereni fiducia solet emergere aut fulminis subiti ad cuius ictum etiam uiciua tremuerunt. Nam ut illic quisquis ab igne propior stetit percusso similis obstupuit, sic in his per aliquam uim accidentibus unum calamitas obprimit, ceteros metus, paremque passis tristitiam facit pati posse.
5 Omnium animos mala aliena ac repentina sollicitant. Quemadmodum aues etiam inanis fundae sonus territat, ita nos non ad ictum tantum exagitamur, sed ad crepitum. Non potest ergo quisquam beatus esse qui huic se opinioni credidit: non enim beatum est, nisi quod intrepidum: inter suspecta male uiui-

(cr. ∞) Sc 𝔄𝔊1. — 𝔐α verba *Nam qui alia — arbitrii fit* collocant post *intra se felix est.* Rell. etiam Gr. Ops. Ss. ∞. R𝔑 — 𝔗 = *arbitrii est.* w = *honesto circumspicit.* G(m∞) w — *est* post *felix.*

2. P = *amissis libris.* r = *am. l. molestus.* P = *hac sollicitus* et = *hinc turpibus.*

G(m∞) BγδεϑμξKΘsυ = *aliqua prorsus infamia.* x = *passus inf.* ι = *passis insaniam.* V = *aliqua sparsis infamia.* Verborum *amore — suae* sedes in r vacua est. R + *dolore distorqueat.* λ + *dolor dist.* 𝔑 — 𝔊1. 𝔐 — 𝔐α + *maxima est* contra mstos etiam Gr. Pinc. 𝔑 — 𝔊2. = *populorum turba.* Arg.b = *miserior.* G(m∞) Arg.b — *enim.*

3. G = *cursum circumspicientibus.* R + *cervix est circumagenda.* G = *cervice.* R = *ex pectore eiectus sit.* R(s∞) 𝔄 = *palpantibus.* P = *evoluti bonis.* G = *Decurrent acti.* w + *egestatis maximum.* w = *naufragiis.*

4. r = *aut invidiosa.* R = *securos ve.* r = *securos* sine *que.* RG = *deiecit.* G = *ac fluminis subiti.* P = *vitia tremuerunt.* P1. Col. 𝔑 — 𝔗 = *obstipuit.* rw = *accedentibus.* G(m∞) = *victum calamitas.*

5. w = *fundae crepitus.* rK Θ = *sed ad strepitum.* G(s∞) P1. 3. 4. = *non enim beatum est quod trepidum* [P1. 3. 4. + *est.*]

tur. Quisquis se multum fortuitis dedit ingentem sibi materiam perturbationis et inexplicabilem fecit: una haec uia est ad tuta uadenti et externa despicere et honesto contentum esse. Nam 6
qui aliquid uirtute melius putat aut ullum praeter illam bonum ad haec quae a fortuna sparguntur sinum expandit et sollicitus missilia eius exspectat. Hanc imaginem animo tuo propone ludos facere fortunam et in huuc mortalium coetum honores, diuitias, gratiam excutere: quorum alia inter diripientium manus scissa 7
sunt, alia infida societate diuisa, alia maguo detrimento eorum in quos deuenerant prensa. ex quibus quaedam aliud agentibus inciderunt, quaedam, quia nimis captabantur, amissa et, dum auide rapiuntur, expulsa sunt. Nulli uero, etiam cui rapina feliciter cessit, gaudium rapti durauit in posterum. Itaque pru- 8
atque opibus = PRGwB ℜ — ℬ. r = *opibusque*. Ϫℭ1. — ℭ = *ac opibus*. Rell. n. l. R + *sed quae stabilis*. Ϫ = *et vincturis*. ℜ — ℑ + *et in iuncturis*.

cursum maris solida, gubernaculo parens, uelox et non sentiens
11 uentum. Gladium bonum dices nou cui auratus est balteus nec cuius uagina gemmis distinguitur, sed cui et ad secandum subtilis acies est et mucro munimentum omne rupturus. Regula non quam formosa, sed quam recta sit quaeritur. Eo quidque laudatur cui conparatur, quod illi proprium est. Ergo in homine quoque nihil ad rem pertinet quantum aret, quantum feneret, a quam multis salutetur, quam pretioso incumbat lecto, quam perlucido poculo bibat, sed quam bonus sit: bonus autem est, si ratio explicita et recta est et ad naturae suae uoluntatem
12 adcommodata. Haec uocatur *uirtus*, hoc est *honestum* et unicum hominis bonum. Nam cum sola ratio perficiat hominem, sola ratio perfecta beatum facit: hoc autem unum bonum est quo uno beatus efficitur. Dicimus et illa bona esse quae a uirtute profecta contractaque sunt, id est opera eius omnia. Sed ideo unum ipsa bonum est, quia nullum sine illa est. Si omne in animo bonum est, quicquid illum confirmat, extollit,
13 amplificat bonum est: ualidiorem autem animum et excelsiorem et ampliorem facit uirtus. Nam cetera quae cupiditates nostras

non sentiens ventum = mss. etiam Gr. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔊2. 𝔑u — 𝔖. 𝔊 — 𝔅1. = *consentiens vento* ex ci. Pinc.

11. R = *bonum dicere s.* rw (P2. Col.) 𝔑 — 𝔐a = *de auratus.* GP1. 3. 4. — *est* ante *balteus.* *cuius vagina* = PRrG recc. ρρ 𝔑—𝔅2 4. 𝔖. w (antiqq. ρρ) 𝔄𝔊1. — 𝔐a (exc. 2 4.) = *cui vagina.* w Arg.b B — *et* ante *ad secandum.* r + *acies subtilis est.* wρρ (exc. δμ) + *subtilis acies est.* G(s∞) — *omne.* G = *sed quae sit* om. *recta.* o + *quare eo quidque laudatur.* P 2. + *Eo solo quidque laudatur.* P4. Col. = *Eo quid quid laudatur.* 𝔅𝔊1. = *eo quicquam laudatur.* 𝔊2. — 𝔐a = *Eo quodque laudatur.* G(n.) + *illi cui propr.* P = *et quam multis salutetur.* B = *incubet lecto.* r + *in lecto.*

perlucido = mss. 𝔄𝔑—𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *pellucido.* r + *si ratio eius.* 𝔊1. = *si oratio.* ρρ (exc. δμξKΘτ) Gr. = *explicata.* At ii, quos ipse legi, omnes habent *explicita.* w 𝔐 — 𝔐a (exc. 2 4.) — *suae* post *naturae.*

12. P = *haec vocata virtus.* r *haec est honestum.* G(s∞) = *unum hominis bonum.* rP2. = *perfectum beatum quae facit.* P4. = *perfectam.* Grut. ci. = *perfecte.* Col. 𝔊1. — 𝔖 + *unum hominis bonum* contra rell. mstos etiam Gr. Ss., et voluit Sw. deleri id additamentum. w + *quo uno bono beatus.* w = *Dicimus enim illa.* G + *et in illa.* 𝔑 — 𝔅 = *etiam illa.* rGw P1. 3. 4. Col. 𝔄𝔑 — 𝔊1. = *a virtute perfecta.* Idque non male congruit cum *contractaque*, quae est mstorum et imprr. ante Lipsium scriptura: inde vulgatur *contactaque.* V = *profecta et tractata sunt.* K = *opera eius divina.* P = *unum ipsum bona est.* rG = *ipsum bonum est.* R(m∞) w—*ipsa.* Arg.b + *ipsa virtus.* r = *amplificant.*

13. G = *validiorem autem hominem.* 𝔅1. — 𝔖 — *et* ante *excelsiorem.*

inritant deprimunt quoque animum et labefaciunt et, cum uidentur adtollere, inflant ac multa uanitate deludunt. Ergo unum id bonum est quo melior animus efficietur. Omnes actiones totius uitae honesti ac turpis respectu temperantur: ad haec faciendi et non faciendi ratio dirigitur. Quid sit hoc dicam. Uir bo- 14
nus quod honeste se facturum putauerit faciet, etiam si laboriosum erit. faciet, etiam si damnosum erit. faciet, etiam si periculosum erit: rursus quod turpe erit non faciet, etiam si pecuniam adferet, etiam si uoluptatem, etiam si potentiam. Ab honesto nulla re deterrebitur, ad turpia nulla inuitabitur. Ergo si honestum utique secuturus est, turpe utique uitaturus et in omni actu uitae spectaturus haec duo nihil bonum nisi honestum nec aliud malum quam turpe, si una indeprauata uirtus est 15
et sola permanet tenoris sui: unum est bonum uirtus cui iam accidere ut non sit bonum non potest: mutationis periculum ef-

effic i etur = P Arg.b V𝔄. G = *af ficietur.* Rrw𝔑 — 𝔖 = *effic itur.* Rell. n. l. r = *a spectu temperantur.* R. recc. ρρ nonnulli 𝔑 — 𝔚 = *ad hoc faciendi.* Vv = *et haec faciendi.* w = *ratio de rigitur*

14. R = *putaver at.* w = *fa cit etiam.* PGwR Arg.b Bρρ 𝔄𝔑 — 𝔊 1. + *etiam sine pecunia, si laboriosum erit.* P1. 3. 4. = *etiam sine pecunia laborios. erit.* V Col. + *etiam sine pecunia etiam si lab. e.* r = *faciet, etiamsi pecunia afferet, etiamsi lab. e.* P2. = *faciet etsi non pecuniam afferet, faciet etiamsi lab. e.* r — *faciet — damnosum erit: faciet.* P2. — *erit: faciet.* P1. 3. 4. 𝔑 — 𝔚 — *faciet* ante *etiamsi pericul.*

pecuniam adfer et = P Arg.b 𝔄𝔖. R𝔚 = *pec. afferret.* rw = *pec. afferat.* 𝔑 — 𝔗 = *pecuniam fert.* G𝔊1. — 𝔐a = *pec. affert.* ρρ promiscue = *pec. aferat, offeret, afferret,* nullus = *affert.* P = *nullo re deterrebitur.* G = *terrebitur.* sτ (rec. m.) 𝔊 1. — 𝔖 + *nulla spe invitabitur* contra mstos etiam Gr. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔚. (𝔖 = [*spe*].) Rr + *Ergo si honestum est.* P = *utique secuturus.* rγπ + *si turpe.* R + *sed turpe.*

ut ique vitaturus = PGw Rr Arg.b BαβγζηϑκλμνΚπστυ 𝔄𝔑—𝔊2. 𝔐𝔨4. 𝔖. V = *autem vitaturus.* 𝔊 — 𝔐a (exc. 𝔐𝔨4.) = *itaque vitaturus.* e = *utique victurus.* 𝔑 — 𝔗 + *spectaturus est.*

nihil bonum nisi honestum nec aliud = rβγι. P2. = *nil bonum est nisi honestum nec aliud.* w𝔚 = *nec aliud bonum quam honestum nec aliud.* (V) Col. 𝔊 1. — 𝔖 = *nullum aliud bonum quam honestum, nec aliud.* PGR Arg.b Bρρ (exc. βγι) P1. 3. 4. 𝔄𝔑 — 𝔗 — *nihil bonum nisi honestum.* Apparet haec, quaecunque fuerunt, antiquitus fuisse omissa, deinde ab aliis aliter suppleta: ego quidem secutus sum libros eorum, qui sententiam suppleverunt, probatissimos.

15. R = *si una idem privata virtus.*

cui iam accidere ut non sit bonum = 𝔄𝔊 1. — 𝔑. P = *cui iam accidere nec sit bonum.* Gw P 1. 2. 4. Col. tres Ops. 𝔑 — 𝔚𝔮 — 𝔖 = *cui iam accidere ne sit bonum.* μν = *cui iam accidere nescit bonum.* o unus Ops. = *cui iam accidere nisi bonum.* RλP3. = *cui iam accedere* [P3. = *accidere*] *bonum non potest.* P = *Mutationis periculum effigit.*

fugit. Stultitia ad sapientiam erepit. sapientia in stultitiam non reuoluitur. Dixi, si forte meministi, concupita uolgo et formidata inconsulto inpetu plerosque calcasse. Inuentus est qui flammis inponeret manum, cuius risum non interrumperet tortor, qui in funere liberorum lacrimam non mitteret, qui morti non trepidus occurreret. amor, ira, cupiditas, pericula de-
16 poposcerunt. quod potest breuis obstinatio animi aliquo stimulo excitata, quanto magis uirtus quae non ex inpetu nec subito, sed aequaliter ualet, cui perpetuum robur est? Sequitur ut quae ab inconsultis saepe contemnuntur, a sapientibus semper, ea nec bona sint nec mala. Unum ergo bonum ipsa uirtus est quae inter banc fortunam et illam superba incedit cum magno utriusque
17 contemptu. Si banc opinionem receperis aliquid bonum esse praeter honestum, nulla non uirtus laborabit: nulla enim obtineri poterit, si quicquam extra se respexerit. Quod si est, ra-

Stultitia ad sapientiam erepit = PMod. unus Ops. Sb (?) ℬℜu — ℭ. GP 1. Col. duo Ops. 𝔄ℜ — 𝔗 = *Stult. ad sap. eripit.* rw Arg.b γετου P 2. 𝔊 1. = *Stult. ad sap. erumpit.* R xsvσ P3. = *stultitiam ad sap. erigit.* P 4. = *Stult. ad sap. se non erigit.* B = *stult. ad sap. erit.* Unus Ops. (idem qui supra = *accidere nisi*) = *Stultitia sapientiam eripit.* Rell. ρρ = *Stult. ad sap. repit, erepit, eripit, erepsit.* 𝔊2. — ℬ1. = *mutationis periculum effugit sapientia. Sapientia non eripitur, sapientia* etc. Antiqq ρρ = *sap. ad iustitiam non revolvitur.* G(cr.∞) P1. Col. = *sap. in stult. nonne rev.* (G cum ζ = *resolvitur.*) P3. = *ad stult. non rev.* 𝔄 — *si* post *Dixi.*

V = *occupata vulgo.* G = *concupita virgo.* P = *inconsulta in p.* BβγμKπ 𝔄 + *inconsulto* [𝔄 = *inconsulta*] *ut contempnerent impetu.* G(cr.∞) Bγ(?) μν = *plerosque calesse.* γ(?) = *plerosque clarescere.* V = *plerosque contemsisse.* r = *non interrumpet.* G = *non interponeret tortor.* Cod. Wassii (ad Sall. Iug. 47. p. 167. ed. Haverk.) = *interpolaret tortor.* R = *in funera.* w + *non emitteret.*

non trepidus = P Arg.b B fere omnes ρρ 𝔄𝔊 1. Gw Rr ℜ—ℭ (exc. 𝔊1.) = *intrepidus.* P = *amore in ira.* w = *amorem ira.* Bδμνθ Col. 𝔄. = *amor et* [𝔄 — *et*] *mira cupiditas.* Rλπ P3. ℜ — ℬ + *amor, ira et nimia cupiditas.* αβK = *amor et nimia cupiditas.* ΣξP1. = *amore miro* [P1. = *mira*] *cupiditatis* (etiam G = *cupiditatis*). P2. = *amor, cupiditas, ira.* P4. = *amore nimio et nimia cupiditatis.* = nmαβπσ = *amore nimio cupiditatis.* τ omnes has (ρρ) scripturas in margine exhibet. Arg.b = *pericula deposuerunt.* o Vincent. Bellov. Sp. H. IX, 132. = *peric. depulerunt.* ℜ—𝔗 = *peric. deposcerunt.*

16. 𝔄𝔊1. — 𝔐a + *Quod si hoc potest* contra mstos etiam Gr. ℜ— ℬ + *quae non est ex imp.* 𝔄= *et perpetuum.* r — *a sapientibus semper.* G = *neque mala.* R = *illam superbam.* P = *illa superba.*

17. r = *bonum esse potest honestum.* ηℑu = *laboravit.* Gw = *optineri.* Recc. ρρ = *retineri.* R = *retinere.* G (n.) = *nisi quicquam.* w(s∞) = *extra se receperit.*

tioni repugnat ex qua uirtutes sunt et ueritati quae sine ratione non est: quaecumque autem opinio ueritati repugnat falsa est. Uirum bonum concedas necesse est summae pietatis erga deos esse: itaque quicquid illi acciderit aequo animo sustinebit: sciet enim id accidisse lege diuina qua uniuersa procedunt. Quod si est, unum illi bonum erit quod honestum: in hoc enim 18
positum est et parere dis nec excandescere ad subita nec deplorare sortem suam, sed patienter excipere fatum et facere imperata. Si ullum aliud est bonum quam honestum, sequetur nos auiditas uitae, auiditas rerum uitam struentium: quod est intolerabile, infinitum, uagum. Solum ergo bonum est honestum, cui modus est. Diximus futuram hominum feliciorem uitam quam deorum, si ea bona sunt quorum nullus dis usus est, tamquam pecunia, honores. Adice nunc quod, si modo solutae 19
corporibus animae manent, felicior illis status restat quam est, dum uersantur in corpore. Atqui si ista bona sunt quibus per corpora utimur, emissis erit peius, quod contra fidem est feliciores esse liberis et in uniuersum datis clausas et obsessas. Illud quoque dixeram, si bona sunt ea quae tam homini contingunt quam mutis animalibus, et muta animalia beatam uitam actura: quod fieri nullo modo potest. Omnia pro honesto pa- 20

PArg.b = *quicquid illi accidit.* P = *universa procedit.*

18. r = *Quodsi ullum ei bonum.* rG antiquiores ρρ ℜ — ℬ — *est* post *positum.* wSbc — *positum.* (Arg.b — *positum est.*) 𝔛 = *in hoc enim bonum et parere dis.* 𝔖 = [*positum*] *est.* w = *parere deis.* Arg.b = *parere dicis.* G + *scit nec excandescere.* w = *expectare fatum.* Arg.b = *suscipere fatum.* ℭ — 𝔐a + *Si enim ullum aliud.* G + *honestum est.* R = *sequitur nos auiditas rerum* om. *auiditas uitae.* etiam G𝔛 — *auiditas uitae.*

uitam struentium = Pr. cf. Ep. 60, 2. *strumentum.* B = *uitam instituentium.* GwR 𝔛ℜ — 𝔖 = *uitam instruentium.* Rell. n. l. Rℜ — ℬ = *futuram hominis.* 𝔛 = *futuram homini.* RP3. = *quorum nullum in usu diis eorum est.* Bαβεζμξ K Θ 𝔛ℜ — ℬ = *quorum nullum in usu* [B = *in usum*] *eorum est.* G(m∞) P 1. = *quorum nullum est* rell. om. ηϑλτ = *quorum nullum in non diis est.* Col. = *quorum nullum diis in usu est.* 𝔈1. — 𝔖 + *pecunia et honores* contra mstos et 𝔛ℜ — ℬ.

19. o + *quam tum dum vers.* G = *ut versantur.* tP2. = *mersantur in corpora.* Mod. ℭ — ℬ1. 𝔖 = *mersantur in corpore.* Rell. etiam Gr. Ops. ∞. GArg.bB𝔛ℜ — 𝔈1. = *Atque.* G = *quam contra fidem.* G = *feliciores liberis.* sG = *fel. enim lib.* G = *et in universis.* GV𝔛𝔖 = *clusas.* w = *clausas et oppressas. Illud quod dixeram.* G(s∞) = *haec quae iam hominem contingunt.* P = *iam homini continuunt.*

B + *quam brutis et mutis.* G = *multis animalibus et multa anim.* P = *multis animalibus.*

tienda sunt: quod non erat faciendum, si esset ullum aliud bonum quam honestum. Haec quamuis latius exsecutus essem priori epistula, constrinxi et breuiter percucurri. Numquam autem uera tibi opinio talis uidebitur, nisi animum adleues et te ipse interroges, si res exegerit, ut pro patria moriaris et salutem omnium ciuium tua redimas, an porrecturus sis ceruicem non tantum patienter, sed etiam libenter. Si hoc facturus es, nullum aliud bonum est: omnia enim relinquis ut hoc habeas.
21 Uide quanta uis honesti sit. Pro republica morieris, etiam si statim facturus hoc eris, cum scieris tibi esse faciendum. Interdum ex re pulcherrima magnum gaudium etiam tempore exiguo ac breui capitur: et quamuis fructus operis peracti nullus ad defunctum exemptumque rebus humanis pertineat, ipsa tamen contemplatio futuri operis iuuat: et uir fortis et iustus, cum mortis suae pretia ante se posuit, libertatem patriae, salutem omnium pro quibus dependit animam, in summa uoluptate est
22 et periculo suo fruitur. Sed ille quoque cui hoc gaudium eripitur quod tractatio operis maximum et ultimum praestat nihil

20. ℜ — 𝔅 = *quod non esset faciendum.* Rr ℜ — 𝔅 = *Hoc quamvis.*

priori ep. = P. RrGw 𝔄ℜ — 𝔖 = *priore ep.* Rell. n. l. ος = *perstrinxi.* G (mω) — *et breviter.*

percucurri = PArg.bB antiqui ρρ omnes et plerique ex recc. vet. cod. Iureti Nor. Erl. Iani. GwRr𝔄ℜ — 𝔖 = *percurri.* Herbip. Iani. = *concurri.* Rell. n. l. RB nonnulli ex recc. ρρ = *eleves.* GB antiqui ρρ omnes et plerique ex recc. P1. 4. = *allevas — interrogas.* Arg.b = *alleves — interrogas.*

te ipse = mss. (exc. R) ℜ—𝔅𝔖. R 𝔄𝔊1. — 𝔐a = *te ipsum.* Rw sGαβτλΚπστ P3. Col. P2. (s.m.) + *tua morte redimas.* R nonnulli ex recc. ρρ ℜ — 𝔅 + *Omnia enim ita.* Quidam ex recc. ρρ + *Omnia enim ista.* 𝔊2. — 𝔐a — *enim.*

21. w — *quanta vis honesti sit.* rℜ — 𝔗 = *honestatis sit.* Arg.b = *honestis sit.* Pinc. v. l. 𝔊 — 𝔄 ℜu𝔐a + *etiamsi non statim* contra mss. etiam Gr. Ss. Iani. ξ = *et iam statim.* Nor. Iani = *facturus es hoc.* Col. P3. — *tibi.* P1. 4. = *facturus hoc eris tibi.* w = *hoc esse faciendum tibi.* 𝔊𝔊 ex ci. Pinc. = *Interim ex re pulch.* assentitur Lips. ℜ — 𝔅 = *gaudium etiam si.*

exiguo tempore ac brevi = mss. 𝔖. 𝔄𝔊1. — 𝔐a = *t. brevi ac exiguo.* r = *fructus operis aperti.* r = *ad defectum exemptumque.* Arg.b = *ad effectum exemptumque.* G = *ad defructum exemplumque rebus humanis continent.* 𝔄 = *futuri operis vivet.* rw𝔖 = *ac iustum.* w = *ante se premia posuit.* Etiam ℜ — 𝔅 = *praemia.*

22. rw sG P2. Pinc. + *Sed et ille.* G = *Sed illis quoque.* P1. 3. 4. = *Sed illi quoque.* rG (n.) + *cui in hoc gaudium.* wR𝔄ℜ — 𝔖 + *cui etiam hoc gaudium.* PGwℜ — 𝔗 = *quam tractatio.* ργδην = *tractati operis.* B = *contractio operis.* PGwRrB ρρ Gr. 𝔄ℜ — 𝔊1. = *maxime et ultime praestat.* Arg.b = *quod tractati operis ratio maxime* et *ultime praestat.* Sanctol. ci. = *maximi et*

cunctatus desiliet in mortem facere recte pieque contentus. Obpone etiamnunc illi multa quae dehortentur. Dic: factum tuum matura sequetur obliuio et parum grata existimatio ciuium. Respondebit tibi: ista omnia extra opus meum sunt, ego ipsum contemplor. hoc esse honestum scio: itaque quocumque ducit ac uocat uenio. Hoc ergo unum bonum est quod non tantum perfectus animus, sed generosus quoque et indolis bonae sentit: cetera leuia sunt, mutabilia. Itaque sollicite possidentur: et- 23
iam si fauente fortuna in unum congesta sunt, dominis suis incumbunt grauia et illos semper premunt, aliquando et inlidunt. Nemo ex istis quos purpuratos uides felix est, non magis quam ex illis quibus sceptrum et chlamydem in scena fabulae adsignant: cum praesente populo elati incesserunt et cothurnati, simul exierunt, excalceantur et ad staturam suam redeunt. Nemo istorum quos diuitiae honoresque in altiore fastigio ponunt magnus est. Quare ergo magnus uidetur? Cum basi illum sua metiris. 24
Magnus non est pumilio, licet in monte constiterit. colossus magnitudinem suam seruabit, etiam si steterit in puteo. Hoc

ultimi. 𝔄 = *dissiliet.* B = *recte proprieque contentus.*

r = *Oppone et nunc.* 𝔄 — *Obpone — ducit ac vocat venio.* G (m∞) B antiqq. ρρ et ex recc. plerique = *Dic fatum tuum.* w = *gratiae estimatio.* sG𝔑—𝔗 = *gratiae existimatio.* B = *grate aestimatio.* rArg.b 𝔊1. 2. = *grate existimatio.* Rrw recc. nonnulli ρρ P2. 3. 𝔑—𝔊1. = *respondet.* G = *respondit.* V + *rependet respondebit.* rG Arg.b𝔑—𝔗 = *Ergo ipsum contemplor.* PrGB = *ducit ad vocat.* r = *ieiunio* pro *venio.* G(s∞) = *Hoc genus unum bonum est.*

23. r = *sollicitant possidentem.* 𝔄 = *dicimus* pro *dominis.* G(s∞) = *in unum coniecta.* w(s∞) antiqq. ρρ 𝔄𝔑 — 𝔗 = *incumbant.* r Arg.b B = *incubant.*

inlidunt = P. Gw Rr Arg.b V ρρ 𝔑 — 𝔊 2. = *illudunt.* 𝔄 = *eludunt.* (B) m𝔊 2.𝔊 — 𝔖 = *elidunt.* Iam Gruterus ci. = *illidunt.* 𝔄 = *Nemo est ex istorum quos.* 𝔄 = *qui sceptrum.*

elati incesserunt = Rσπυ𝔊1. — 𝔖. επυ = *laeti inc.* 𝔄 = *loci inc.* w — *elati.* sw rell. etiam Gr. = *lati inc.* absorpta scilicet *e* ab antecedenti *o.* Colvius ad Appul. Met. l. X. ci. = *alti inc.* G = *concurvati, simul exierunt.* G = *excalcantur.* B = *et calcantur.* G𝔖x + *ad naturam. Et staturam.*

24. 𝔄 — *Quare ergo — constiterit.* R = *Quando ergo magnus.* R(s∞) — *illum.* r = *suum metiris.* 𝔊1. = *metire.*

Magnus non est pumilio = R Ambian. 𝔑 — 𝔅𝔖. Optimus Putean. = *Non magnus pumilio.* sw Pinc. v. l. P 3. 4. Col. 𝔈 — 𝔐𝔞 = *Non est magnus pum.* wvo my 𝔊1. — 𝔐 = *parvus pumilio licet.* V = *Magnus pumilio, si.* PrGArg.b Mod. vet. cod. Iureti P 1. 2. — *non est.* Iuretus ci. = *Manus pumilio.* Grut. Nic. Heins. (ad Petron. c. 45. p. 219.) cii. = *nanus pumilio.* P = *contisus magnitudinem.* r = *confixus magnitudinem.* w = *colosus magn.*

laboramus errore, sic nobis inponitur, quod neminem aestimamus eo quod est, sed adicimus illi et ea quibus adornatus est. Atqui cum uoles ueram hominis aestimationem inire et scire
25 qualis sit, nudum inspice. Ponat patrimonium, ponat honores et alia fortunae mendacia, corpus ipsum exuat: animum intuere, qualis quantusque sit, alieno an suo magnus. Si rectis oculis gladios micantes uidet et si scit sua nihil interesse utrum anima per os an per iugulum exeat, beatum uoca: si, cum illi denuntiata sunt corporis tormenta et quae casu ueniunt et quae potentioris iniuria, si uincula et exilia et uanas humanarum formidines mentium securus audit et dicit:

Non ulla laborum,
O uirgo, noua mi facies inopinaue surgit:
Omnia praecepi atque animo mecum ipse peregi.

26 Tu hodie ista denuntias, ego semper denuntiaui mihi et hominem paraui ad humana. Praecogitati mali mollis ictus uenit. At stultis et fortunae credentibus omnis uidetur noua rerum et inopinata facies: magna autem pars est apud inperitos mali nouitas. Hoc ut scias, ea quae putauerant aspera fortius, cum adsueuere, patiuntur. Ideo sapiens adsuescit futuris malis et quae alii diu patiendo leuia faciunt hic leuia facit diu cogitando.

ℜ — ℬ = *existimamus* et infra *existimationem*. P = *aestimamus aequo est*. r = *ex equo est*. mγ = *ex quo est*. rw ϒℜ — ℭ4.ℑu = *eo quo est*. Recc. ρρ nonnulli = *addicimus illi*. r = *adhornatus est*. r P 1. 2. 4. = *At quicunque voles*. P3. = *naturam hominis et extimationem*.

25. *Si rectis oculis* = P ci. Lips. ℜu — ℭ. (cf. Bentl. ad Hor. Carm. I, 3, 18.) R = *Si errectis*. rGwe ϒℜ — ℬ 1. = *Si erectis oc*. mγ = *Si laetis oc*. P = *et sic scit*. P — *an* ante *per iugulum*.

Matth. ci. = *Is, cum illi denuntiata*. P = *Si cum illis*. G(m∞) = *sua interest utrum* om. *nihil*.

ℜα = *et exsilia; vanas* om. *et*. w = *fortitudines gentium*. PArg.bB ℜ — ℑ = *fortitudines mentium*. P = *Non nulla laborum*. Arg.b = *Non illa bonorum origo nova mi*. P = *mihi facies*. P = *Omnia praecipitantque animum*. Bγδεℑιμξ KΘτυ = *Omnia praecipitata animo*. w = *Omnia praecipiat quoque animo*. G = *Omnia praecipiatque*. cr. = *praecipit atque*. Rrℬ = *Omnia percepi*. ϒ = *Omnia praecipita animo*. ℜ — ℑ = *Omnia percipiat: quae animo*. R(lit.) = *ante peregi*.

26. ℭ1. — ℜ — *et* ante *hominem*. P1. + *paravi et ad humana*.

ϒ — *magna autem pars — novitas*.

putaverant = Pw BV ρρ ℭ. G = *putaverint*. Rr Ops. ℜ — ℜα = *putaverunt*. ϒ = *putavere*.

aspera fortius = mss. (exc. G) etiam Gr. Ops. Ss. ℜ — ℬℭ. G(s∞) = *aspera potius*. ϒℭ1. — ℜα — *fortius*. (Sw. falso dicit *fortius* abesse ab ℜ.) ϒ = *Sic sapiens assuescit* et — *malis*.

Audimus aliquando uoces inperitorum dicentium: Sciebam hoc mihi restare? Sapiens scit sibi omnia restare. quicquid factum est dicit: sciebam. Uale.

EPISTULA LXXVII.

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Subito nobis hodie Alexandrinae naues adparuerunt quae praemitti solent et nuntiare secuturae classis aduentum: *tabellarias* uocant. Gratus illarum Campaniae adspectus est: omnis in pilis Puteolorum turba consistit et ex ipso genere uelorum Alexandrinas quamuis in magna turba nauium intellegit: solis enim licet siparum intendere quod in alto omnes habent naues. Nulla enim res aeque adiuuat cursum quam summa pars ueli: 2 illinc maxime nauis urgetur. Itaque quotiens uentus increbruit maiorque est quam expedit, antenna submittitur: minus habet uirium flatus ex humili. Cum intrauere Capreas et promontorium ex quo

Alta procelloso speculatur uertice Pallas,

ceterae uelo iubentur esse contentae: siparum Alexandrinarum insigne est. In hoc omnium discursu properantium ad litus ma- 3

r = *Aut imus aliquando.* Multi ρρ tam ex antiquis quam ex recc. = *Audivimus.* G(mω) = *Scribam hoc mihi restare.* ζmm quoruudam codd. Pinc. 𝔊 — 𝔅1. = *Nesciebam hoc mihi.* w = *hoc tibi restare.* G(sω) = *dicit, scribam.*

Ep. LXXVII.

G(sω) = *Subite.* ηϑ = *Subitae.* P1. = *Subiti.* 𝔐 = *S. V. B. Hodie.* B + *et tabellarias.* γδK Θ + *quas tabellarias.* mo = *tabularias.* mm𝔊1. 2. 𝔊 = *omnis in pyris Put.* RtλP3. P2. (s.m.) = *Puteolanorum.* Θ = *populorum.* 𝔄 — *ex* ante *ipso genere* et — *licet.*

siparum = Pw Ops. cod. Iur. Sb Pr.bd𝔖. GArg.b = *si parum.* 𝔑 — 𝔗 = *sipparum.* 𝔄𝔅𝔊1. = *suparum.* Rr𝔊2. — 𝔐α = *suppa-rum*, sicut scribitur apud Festum p. 340. (cf. Varro L. L. V, 30, 37. p. 134. Spg.) Sed apud Isidor. Origg. XIX, 3, 4. *siparum* est. (Sine iusta causa nuper Otto edidit *supparum.*) Rell. n. l. r = *omnes habeant.*

2. 𝔄 = *adiuvare quatiens cursum.* V = *aeque quatiet cursum.* G(sω) = *aeque quotiens cursum.*

increbruit = PRw plerique ρρ Mod. P3. P2. (s.m.) 𝔄𝔅𝔐. rmG𝔊1. — 𝔊𝔔 — 𝔖 = *increbuit.* Nonnulli ρρ 𝔑 — 𝔗 = *increpuit.* γδ = *incubuit.* G𝔔P1. 4. = *incumbit.*

γδνℜ — 𝔅 + *minus que habet virium.* wArg.b antiqq. ρρ atque alii 𝔄ℜ — 𝔅 + *et ex humili.* r = *cum intravere campas.* rG = *promuntorium.* sG = *promunctorium.*

siparum. vid. ad 1. PRr Arg.b ρρ Ss. 𝔄ℜ — 𝔊 + *insigne indicium est.* B = *insigne indicium* om. *est.* V + *insigne iudicium est.* G + *insigne inditum est.* w = *Alex. indicium est.*

3. r = *discursu properante.*

gnam ex pigritia mea sensi uoluptatem, quod epistulas meorum accepturus non properaui scire quis illic esset rerum mearum status, quid adferrent. Olim iam nec perit quicquam mihi nec adquiritur. Hoc, etiam si senex non essem, fuerat sentiendum: nunc uero multo magis, quia quantulumcumque haberem tamen plus iam mihi superesset uiatici quam uiae, praesertim cum eam uiam simus ingressi quam peragere non est necesse. Iter inperfectum erit, si in media parte aut citra petitum locum steteris: uita non est inperfecta, si honesta est. Ubicumque desines, si bene desinis, tota est. Saepe autem et fortiter desinendum est et non ex maximis causis: nam nec maximae sunt quae nos tenent. Tullius Marcellinus quem optime noueras, adulescens quietus et cito senex, morbo et non insanabilili correptus, sed longo et molesto et multa imperante, coepit deliberare de morte. Conuocauit conplures amicos: unusquisque, aut quia timidus erat, id illi suadebat quod sibi suasisset, aut quia adulator et blandus, id consilium dabat quod deliberanti gratius fore suspicabatur. Amicus noster Stoicus, homo egregius et, ut uerbis illum quibus laudari dignus est laudem, uir fortis ac strenuus, uidetur mihi optime illum cohortatus. Sic enim coepit: Noli, mi Marcelline, torqueri, tamquam de re magna deliberes. Non est res magna uiuere: omnes serui tui uiuunt, omnia animalia: magnum est honeste mori, prudenter, fortiter. Cogita quamdiu iam idem facias: cibus, somnus,

P = *meam sensi voluptatem.* G = *Olim iam non periit.* 𝔄 — *multo* ante *magis.* *quia quantulumcumque* = PR (Arg.b BV Col.) 𝔄𝔊1. — 𝔖. Gwr ρρ Pall. 𝔑 — 𝔙 — *quia.* r = *haberem cum plus.* G (cr. ∞) = *tantum cum plus.* w + *quam cum eam viam.* GR ρρ (exc. t) 𝔄𝔑 — 𝔙 = *sumus ingressi.* 4. Arg.b — *Iter* — *honesta est.* GV = *citra per totum locum.* G (n.) + *honesta non est.* r = *Ubicunque desinas.* 𝔊1. = *Ubic. desinet.* RGw Arg.b ρρ 𝔄𝔑 — 𝔙 = *si bene desines.* V + *bene desinis bona tota est.* r — *et* ante *fortiter.* 𝔄 — *est* post *desinendum.* PGR antiqq. ρρ et rell. maior pars P 1. 3. 𝔄𝔑 — 𝔊 1. + *nec et maximae.* G + *nec etiam maximae.* swG2. — 𝔐a + *nec hae maximae.* Col. = *Nonne et hae maximae.* P — *nec.* rArg.b B P 2. rell. ρρ 𝔖 ∞. P = *quam nos tenent.*

5. PRrGw𝔑 — 𝔙 = *quam plures.* B — *conplures.* r = *illi sua debeat.* *Amicus noster Stoicus* = mss. 𝔄𝔑 — 𝔐a. 𝔖 ex ci. = *Attalus noster St.* quia *Attali* frequens est apud Senecam mentio. Sed esse poterat amicus Senecae et Lucilio, quem nomine *Stoici* appellare solerent. w𝔄 — *homo.* sed w mox + *egregius hoc.* V = *vir egregius.*

6. 𝔑 — 𝔙 + *Noli enim.*

libido: per hunc circulum curritur. Mori uelle non tantum prudens aut fortis aut miser, etiam fastidiosus potest. Non opus erat suasore illi, sed adiutore: serui parere nolebant. Primum detraxit illis metum et indicauit tunc familiam periculum adire, cum incertum esset an mors domini uoluntaria fuisset: alioquin tam mali exempli esset occidere dominum quam prohibere. Deinde ipsum Marcellinum admonuit non esse inhumanum, quemadmodum coena peracta reliquiae circumstantibus diuiduntur, sic peracta uita aliquid porrigi his qui totius uitae ministri fuissent. Erat Marcellinus facilis animi et liberalis, etiam cum de suo fieret: minutas itaque summulas distribuit flentibus seruis et 8
illos ultro consolatus est. Non fuit illi opus ferro, non sanguine: triduo abstinuit et in ipso cubiculo poni tabernaculum iussit. Solium deinde inlatum est in quo diu iacuit et calda subinde subfusa paulatim defecit, ut aiebat, non sine quadam uoluptate quam adferre solet lenis dissolutio non inexperta nobis quos aliquando liquit animus. In fabellam excessi non in- 9
gratam tibi: exitum enim amici tui cognosces non difficilem nec miserum. Quamuis enim mortem sibi consciuerit, tamen mollissime excessit et uitae elapsus est. Sed ne inutilis quidem

B = *per hoc periculum curritur.* G (m∞) ζπττ = *currunt.* Θ = *circulum quaeritur.*

aut fortis aut miser = PRrGw Arg.bB Nor. Iani 𝔄𝔑 — 𝔅. 𝔊1. — 𝔖 = *et fortis aut miser.* Herbip. Iani = *prudens aut fortis: miser etiam fastidiosus.* Ianus putat coniicere aliquem posse *at miser etiam fastidiosus.* Sed neque est quod offendamur omissa particula adversativa, et suo quodam iure *miser* potest componi cum *prudenti* et *forti*: nam *prudentia* interdum suadet mortem, *fortitudo* provocat: *miseriae* cogunt ad mortem taedio vitae. r𝔊1. — 𝔖 + *sed etiam fastid.* contra mstos etiam Nor. Herb. Iani 𝔄𝔑 — 𝔅.

7. R = *detraxit illi metum.*

𝔐𝔖 = *alioqui.* 𝔏 — 𝔅1. = *tam mali exempli esse.* 𝔊2. — 𝔐 = *prohibere dominum quam occidere* inverso verborum ordine et sententia mutata. rG + *circumstantibus servis.* P = *dividantur.*

8. Rr + *poni sibi tabernaculum.* RζοπP3. Col. = *Dolium deinde illatum est.* w = *delatum est.*

calda = P Mod. Ops. cod. Iur. 𝔖. Idem videbatur restare in P2. Gw RrℜℜM — 𝔐a = *calida.* Rell. n. l.

Arg.b + *subfusa aqua.* P = *ut agebat.* GwℜℜM—𝔊 = *levis* [𝔊1. = *laevis*] *dissolutio.* ℜ — 𝔐 + *dissolutio animi.* G (s∞)B𝔛 = *non experta.* r = *aliquando relinquid animus.* PG (m∞)w V = *aliquando aliquid animus.* Suspicor fuisse *deliquit animus.*

9. ℜ — 𝔅 — *tui* post *amici.*

Rr = *non miserum.* V + *sibi ipse consciverit.* G(cr. ∞) = *m. sibi consenuerit.* G = *mollissime excepit.* mG = *m. excellit.*

et vitae elapsus est = PG(Arg. bV plerique ρρ P 1. 4.) 𝔄𝔊1. — 𝔐a (exc. 𝔔4.) RwP3. Col. ℜ — 𝔅𝔔4. 𝔖. = *et vita el. est.* r = *et e vita lapsus est.* P2. = *et e vita el. est.* Recc. ρρ nonnulli = *et e vita*, alii = *et vita el. est.*

haec fabella fuerit: saepe enim talia exempla necessitas exigit. Saepe debemus mori nec uolumus: morimur nec uolumus. Nemo tam inperitus est, ut nesciat quandoque moriendum: tamen
10 cum prope accessit, tergiuersatur, tremit, plorat. Nonne tibi uidebitur stultissimus omnium qui fleuit, quod ante annos mille non uixerat? Aeque stultus est qui flet, quod post annos mille non uiuet. Haec paria sunt: non eris nec fuisti. Utrumque tempus alienum est. In hoc punctum coniectus es, quod ut extendas, quousque extendes? Quid fles? quid optas? perdis operam.

Desine fata deum flecti sperare precando.

Rata et fixa sunt et magna atque aeterna necessitate ducuntur.
11 Eo ibis quo omnia eunt. Quid tibi noui est? Ad hanc legem natus es: hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus post te. Series inuicta et nulla mutabilis ope inligauit ac trahit cuncta. Quantus te populus moriturorum sequetur? quantus comitabitur? Fortior, ut opinor, esses, si multa millia tibi commorerentur. Atqui multa millia hominum et animalium hoc ipso momento quo tu mori du-
12 bitas animam uariis generibus emittunt. Tu autem non puta-

R — *haec* ante *fabella.* G(m∞) = *necessitas cogit.* 𝔑 — 𝔗 — *morimur nec volumus.*

ut nesciat quandoque moriendum = PGBV antiqq. ρρ P1. 4. 𝔛𝔑 — 𝔙𝔖 (𝔙 = *quando.*) rw + *quandoque sibi moriendum.* sG R(Arg.b recc. ρρ) P 2. 3. Col. 𝔊 1. — 𝔐a + *sibi quandoque mor.*

cum prope accessit = PB𝔛𝔖. RrGw𝔑 — 𝔐a = *c. p. acces serit.* Rell. n. l.

10. P3. = *Nonne tibi videtur.* G(s∞) = *stultus.*

qui flevit = PR Arg.b B fere omnes ρρ P3. 𝔛𝔑 — 𝔙. Gwr (P1. 2. 4. Col.) 𝔊 1. — 𝔖 = *qui fleverit.*

r — *ante* ante *annos.* R = *annos mille non vixerit.* R recc. ρρ nonnulli 𝔑 — 𝔙 = *non eris, non fuisti.* Pw = *in hoc puncto coniectus es.* r = *in hoc puncto convinctus es.* R(s∞) P3. (cr. ∞) P2. 4. 𝔑 — 𝔙 = *quod ne extendas.* Arg.b = *quod vel extendas.* G = *quod ne ostendas.* ν nonnullique alii ρρ = *quod ut ostendas.* P1. = *quod non extendis quousque extendas.* w = *quousque attendas.* G(s∞) = *extendas.* 𝔛 — *Quid fles?*

et magna atque aeterna = mss. 𝔛𝔑 — 𝔊 1. 𝔖. 𝔊 2. — 𝔐a = *atque magna et aeterna.*

11. *Quid tibi novi est?* = PRr GArg.bBV cod. Iur. 𝔛𝔑—𝔙. w𝔊1. — 𝔖 = *Q. t. novum est?* ρρ n. l. R𝔑 — 𝔙 + *matri tuae.* 𝔛 — *nulla* ante *mutabilis.*

inligavit (*ill.*) = PGrVν pluresque alii ρρ Sb P2. 𝔑 — 𝔗𝔖. P1. 4. = *alligavit.* Rw Col. 𝔛𝔙 — 𝔐a = *illigat.* BP3. = *alligat.*

w = *tantus te populus.* Arg.b P 2. 𝔊 = *populus mortuorum.* GP 1. = *populus moribus horum seq.* 𝔐 = *populus mortuo seq.* Sc 𝔖 + *populus mortuorum praecessit! quantus morituorum seq.* Rell. etiam tres Ops. Gr. ∞. r + *multa millia hominum tibi comm.* w(del.) + *non commorerentur.* G = *commorentur.* 𝔑 — 𝔗 = *commorientur.*

R𝔑 — 𝔙 + *et hominum et animalium.* rw = *emittent.*

15 Amicos et patriam? Tanti enim illam putas, ut tardius coenes? Solem quoque, si posses, exstingueres. Quid enim umquam fecisti luce dignum? Confitere non curiae te, non fori, non ipsius rerum naturae desiderio tardiorem ad moriendum fieri: inuitus relinquis macellum in quo nihil reliquisti. Mortem times: at quomodo illam media oblectatione contemnis? Uiuere uis: scis enim? Mori times: quid porro? ista uita non mors
16 est? Caesar, cum illum transeuntem per Latinam uiam unus ex custodiarum agmine demissa usque in pectus uetere barba rogaret mortem: *Nunc enim*, inquit, *uiuis?* Hoc istis respondendum est quibus succursura mors est: *Mori times? nunc enim uiuis?* Sed ego, inquit, uiuere uolo qui multa honeste facio: inuitus relinquo officia uitae quibus fideliter et industrie fungor. Quid? tu nescis unum esse ex uitae officiis et mori?
17 Nullum officium relinquis: non enim certus numerus quem debeas explere finitur. Nulla uita est non breuis: nam si ad naturam rerum respexeris, etiam Nestoris et Statiliae breuis

15. *Amicos et patriam?* = G (s.m.) P4. Col. P2. (s.m.) ℜℜ — ℭ. PwGP1 = *Amicus esse patriam?* Cod. Iur. = *Amicos esse patriae?* rArg.b = *Amicos vel patriam?* RP3. = *Amicos an patriam?* osv = *Amas patriam?* quod probat Sanct. mmG2.ℭ = *Amicus es patriae.* Hic aliquid vitii adhuc latet. r = *tanti enim illi.* P + *tanti enim in illam.*

solem quoque, si posses = P ci. Lips. (Epist. Quaest. III, 23.) ℜ — ℭ. Steph. (Prood. II, 4.) idem laudat ex quodam vetere ex. BμνξK ΘτυX = *solem quem si posses exstingueres.* rP1. = *post solem quam si p. exst.* G = *post solem que si p. ex.* Rw mG Arg.b P2. 3. 4. Col. Ops. ℜ — ℭ = *solem que si p. ex.* quod fortasse Senecae proprium. cf. Roth ad Tac. Agr. p. 251 sqq. Rell. n. l. P = *Conficere non curiae.* G (s∞) ℵℜ — ℬ — *rerum* ante *natura.* Aberat quoque ab „antiquis libris" Opsopoei: sed fortasse intellexit ille impressos libros.

GBX = *relinquis Marcellum.*

oblectatione. Pηϑνξστ = *boletatione.* w = *bolecatione.* Probat Sanct. illud atque intelligit „ni-miam fungorum comestionem." (cf. Plin. N. H. XXII, 22, 46.) RP3. Col. = *ista vita mors est* om. *non.* Arg.b = *ista vita nisi mors est.*

16. R = *veteri barba.* r = *Nec enim, inquit.* R recc. nonn. ρρ P2. 3. ℜ — ℬ = *successura mors est.* r = *Sed ego inquibus vivere.* R(s∞)ℭ = *honesta facio.*

et industrie = PGwr nonn. tam recc. quam antiqq. ρρ Ops. P2. 4. Col. mP1. ℭ. RX = *cum industria.* P3. ℜ — ℜa = *et cum industria.* P1. = *industrio* „superpositaeque praeterea duae notulae circumflexae, una supra literam quartam, altera supra penultimam."

R = *officiis mori* om. *et.*

17. Pinc. ci. = *Num enim certus.* ℭro — ℜa = *quem debebas explere* contra mstos.

Statiliae = ℭ2. — ℭ ex Erm. ci., ut videtur. cf. Plin. N. H. VII, 48. P Arg.b = *Sattiae.* r = *Sattie.* mG = *Succie.* w = *Saciae.* B = *Satiae.* V = *Sane.* RP3. ℭ1. = *Sathinae.* Col. = *Satinae.* GP1. = *facie.* P4. = *Sarae.* ρρ promiscue = *Sane, Satiae, Sacciae, Satinae, Fatiae.* ℜ — X = *Sat-*

est quae iuscribi monumento suo iussit annis se nonaginta nouem uixisse. Uides aniculam gloriari senectute longa: quis illam ferre potuisset, si contigisset centesimum inplere? Quomodo fabula, sic uita: non quam diu, sed quam bene acta sit refert. Nihil ad rem pertinet quo loco desinas. Quocumque uoles desine: tantum bonam clausulam inpone. Uale.

EPISTULA LXXVIII.

Seneca Lucilio suo salutem.

Uexari te distillationibus crebris ac febriculis quae longas distillationes et in consuetudinem adductas sequuntur eo molestius mihi est, quia expertus sum hoc genus ualitudinis, quod inter initia contempsi. Poterat adhuc adulescentia iniurias ferre et se aduersus morbos contumaciter gerere: deinde subcubui et eo perductus sum, ut ipse distillarem ad summam maciem deductus. Saepe inpetum cepi abrumpendae uitae: patris me indulgentissimi senectus retinuit. Cogitaui enim non quam fortiter ego mori possem, sed quam ille fortiter desiderare non posset. Itaque imperaui mihi ut uiuerem: aliquando enim et uiuere for- 2
titer facere est. Quae mihi tunc fuerint solatio dicam, si prius hoc dixero haec ipsa quibus adquiescebam medicinae uim habuisse. In remedium cedunt honesta solatia: et quicquid animum erexit etiam corpori prodest. Studia mihi nostra saluti fuerunt: philosophiae acceptum fero, quod surrexi, quod conualui. illi uitam debeo et nihil illi minus debeo. Multum mihi 3

tiem. 𝔅 = *Sattenae.* V = *se* LXXXVIIII. *vixisse.*

Vides aniculam = 𝔐 — 𝔖 ex ci. Mur., ut puto. V𝔈 2. — 𝔊 = *Vides aliquam.* Rell. = *Vides aliquem.* P = *gloriare.* R + *si ei contigisset.* ισ + *Quomodo confert fabula.*

Ep. LXXVIII.

distillationibus = mss. etiam Ss. 𝔛𝔐 — ℭ 4. 𝔖 hic et alibi. 𝔊ro — 𝔐a = *destillationibus.* wr = *in consuetudines.* Gw = *secuntur.* r = *eo melius mihi est.* V — *est.* wG(m∞) = *inter vitia cont.* R = *iniuriam ferre.*

R = *productus sum.* 𝔊ro — 𝔐a = *destillarem* contra mstos. P4. = *ut impedi stillarem.* rG = *ad summam aciem.* Rαβκπ στ𝔐 — 𝔅 = *impetum feci.* 𝔈1. = *imp. coepi.* r = *patris mee indulg.* 𝔈2. — 𝔊 = *patris mei indulg.*

G = *nunquam fortiter.* 𝔐 — 𝔅 — *ego* ante *mori.* V𝔐 = *desiderare me posset.* quod probat Burmann. ad Ovid. R. A. 463.

2. R(lit.) B fere omnes ρρ 𝔅𝔈2. — 𝔊 = *si prius dixerim.* Gw𝔛𝔐 — 𝔗𝔈 1. = *si prius dixeris.* RM — 𝔅 + *nostra etiam saluti.* w = *saluti profuerunt.* Sb — *et* ante *nihil illi minus.* P — *illi* ante *minus.*

3. Ante *Multum* P unci notam habet, quae sedem quinque fere vel sex litterarum implet. r + *Multum*

contulerunt ad bonam ualitudinem amici quorum adhortationibus, uigiliis, sermonibus adleuabar. Nihil aeque, Lucili uirorum optime, aegrum reficit atque adiuuat quam amicorum adfectus. nihil aeque exspectationem mortis ac metum subripit. Non iudicabam me, cum illos superstites relinquerem, mori: putabam, inquam, me uicturum non cum illis, sed per illos. non effun-
4 dere spiritum mihi uidebar, sed trahere. Haec mihi dederunt uoluntatem adiuuandi me et patiendi omne tormentum: alioquin miserrimum est, cum animum moriendi proieceris, non habere uiuendi. Ad haec ergo remedia te confer. Medicus tibi quantum ambules, quantum exercearis monstrabit. ne indulgeas
5 otio ad quod uergit iners ualitudo. ut legas clarius et spiritum cuius iter ac receptaculum laborat exerceas. ut nauiges et uiscera molli iactatione concutias. quibus cibis utaris. uinum quando uirium causa aduoces, quando intermittas, ne inritet et exasperet tussim. Ego tibi illud praecipio quod non tantum huius morbi, sed totius uitae remedium est: contemne mortem. Nihil triste est, cum huius metum effugimus. Tria haec in omni morbo grauia sunt: metus mortis, dolor corporis, inter-
6 missio uoluptatum. De morte satis dictum est: hoc unum dicam non morbi hunc esse, sed naturae metum. Multorum mortem distulit morbus et saluti illis fuit uideri perire. Morieris, non quia aegrotas, sed quia uiuis. Ista te res et sanatum manet: cum conualueris, non mortem, sed ualitudinem effugies. Ad

enim. r = *reficit at adiuvat.* Pw = *superstites relinquere.* 𝔑 — 𝔗 — *videbar.*

sed trahere = PRr Gw Bρρ 𝔛𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 = *sed tradere.* V hic sicut multis huius epistolae locis mancus est. Arg.b n. l.

4. R = *Haec mihi dederant.* RB λ nonnullique alii recc. ρρ P3. 𝔛𝔑 — 𝔗m𝔛𝔈2. = *vol. ad vivendum et patiendi.* βζ𝔖 = *vol. ad vivendum et patiendum.* 𝔈2. — 𝔖 = *alioqui.* P = *quantum exerceris.* G(cr.∞) r = *nec indulgeas.* Unus Mod. = *et aut legas clarius* et infra *aut naviges.* G (m∞) = *ut legas durius.*

ac receptaculum = Prw 𝔛𝔑 — 𝔈1. 𝔖. G = *ad receptaculum.* R (Mod.? Ep. 111. p. 490.) 𝔈2. — 𝔑a = *et rec.* Rell. n. l.

5. r = *vinum quod virium causa.* w = *vinum quandoque — quandoque intermittas.* r = *quando intermittes.* 𝔑 — 𝔚 = *ac exasperet.* G = *ut exasperet.* r = *et asperet* nescio qua auctoritate. G𝔷𝔖 = *exasperet cursum.* μνξΚΘ = *exasperet. Cursim ego tibi.* V = *et exeundi separet cursum.* w + *Ego tibi vero illud.* P1. = *contemni mortem.* Col. = *contemnere mortem.* RP3. = *dolor morbi interm. vol.*

6. r = *non mori hunc esse.* G (s∞) = *Moveris, non quia aegrotas.* w = *valitudinem effugeris.*

illud nunc proprium incommodum reuertamur. Magnos cruciatus habet morbus. Sed hos tolerabiles interualla faciunt: nam 7
summi doloris intentio iuuenit finem. Nemo potest ualde dolere et diu: sic nos amantissima nostri natura disposuit, ut dolorem aut tolerabilem aut breuem faceret. Maximi dolores in macerrimis consistunt corporis partibus: nerui articulique et quicquid aliud exile est acerrime saeuit, cum in arto uitia concepit. Sed cito hae partes obstupescunt et ipso dolore sensum doloris amittunt: siue quia spiritus naturali prohibitus cursu et mutatus in 8
peius uim suam qua uiget admonetque nos perdit, siue quia corruptus humor, cum desiit habere quo confluat, ipse se elidit et iis quae nimis inpleuit excutit sensum. Sic podagra et chiragra et omnis uertebrarum dolor neruorumque interquiescit, cum illa quae torquebat hebetauit: omnium istorum prima uerminatio uexat, inpetus mora exstinguitur et finis dolendi est obtorpuisse. Dentium, oculorum, aurium dolor ob hoc ipsum acutissimus est, 9
quod inter angusta corporis uascitur, non minus, mehercules, quam capitis ipsius: sed si incitatior est, in alienationem soporemque conuertitur. Hoc itaque solatium uasti doloris est, quod

B = *cruciatus habet mortis.* 7. Rw = *doloris intensio.* Steph. (ad Dalech. Ep. 36.) ci. + *cito invenit finem.* RGwB fere omnes ρρ Ϫℜ — ℭ1. = *amicissima nostri.* r + *natura nostra.* Gw = *obtupescunt.* quod olim me movit, ut coniicerem *obtorpescunt* (cf. §. 8. ex. *obtorpuisse*) vel *obdurescunt.* 8. Ϫ = *sine quo spiritus.* r = *vim suam quae viget.* οσ = *viget animatque nos.* Ϫ = *cum desit habere.* G + *cum quo confluat.* R = *quo effluat* R — ℬ = *quo fluat.* Ex recc. ρρ nonn. = *quo fluat*, alii = *quo effluat.* *et iis quae nimis* = Pr. ℜ — ℬ = *in his quae nimis.* GwR Ϫℭ1. — 𝔖 = *et his quae n.* Rell. n. l. rG = *vertebrorum dolor.* Ϫℜ — ℬ = *et nervorum.* r + *nervorumque tunc interquiescit.* Arg.b ξ = *nervorumque interim quiescit.* Ϫ = *et nervorum interim quiescit.* *Sic cum.* P = *et nervorumque interciet scit cum.* G(s∞) = *nervorum interciet scit cum.* Bμθτ = *nervorumque interficiet, sic cum.* νοσ = *nervorumque mitescit.* GwBV ρρ (exc. ηλ∞) ℜ — 𝔗 = *hebetabit.* rℬ = *hebetat.* G(s∞) P1. = *primi verminatio.* Rrβτο P2. 3. Col. = *prima germinatio.* P4. = *prima munacio.* 9. Rℜ — ℬ = *angustissima corporis.* GwR Ϫℜ — 𝔐α = *mehercule.* ℜ — 𝔗 = *capitis huius.* *sed si incitatior est, in alienationem soporemque conv.* = PRrρρ P3. Ss. Ϫℜ — ℬ𝔖. GwBP1. = *sed incitatior* [P1. cum ℬ = *incitator*] *est* ∞ om. *si.* Pinc. = *si incitatior* om. *sed.* P2. = *sed incitatior est, sed alienationem* ∞. Col. ℭ1. = *sed quo incitatior est, eo citius in alienationem soporemque.* Quintus Gr. (Col. ?) = *saporemque.* ℭ2. — 𝔐α (exc. ℭℭ = *si inc. — quo citius.*) = *sed quo incitatior est, eo citius in al. stupor emque.* Ops. „Mss., inquit, partim *incitatior*, partim *Sed si incitatior*, partim *Sed si incitatior*

necesse est desinas illum sentire, si nimis senseris. Illud autem est quod inperitos in uexatione corporis male habet: non adsueuerunt animo esse contenti, multum illis cum corpore fuit. 10 Ideo uir magnus ac prudens animum deducit a corpore et multum cum meliore ac diuina parte uersatur, cum hac querula et fragili quantum necesse est. Sed molestum est, inquit, carere adsuetis uoluptatibus, abstinere cibo, sitire, esurire. Haec prima abstinentia grauia sunt: deinde cupiditas relanguescit ipsis per se quae cupimus fatigatis ac deficientibus. Inde morosus est stomachus. inde quibus fuit auiditas odium est. desideria ipsa moriuntur. Non est autem acerbum carere eo quod cupere 11 desieris. Adice quod nullus non intermittitur dolor aut certe remittitur. Adice quod licet et cauere uenturum et obsistere imminenti remediis: nullus enim non signa praemittit, utique qui ex solito reuertitur. Tolerabilis est morbi patientia, si contempseris id quod extremum minatur. Noli mala tua facere tibi ipsi grauiora et te querelis onerare. Leuis est dolor, si nihil 12 illi opinio adiecerit: contra, si exhortari te coeperis ac dicere, *nihil est*, aut certe, *exiguum est, duremus:* iam desinet. leuem illum dum putas facies. Omnia ex opinione suspensa sunt: non ambitio tantum ad illam respicit et luxuria et auaritia: ad opinionem dolemus. Tam miser est quisque quam credidit.

est, in alienationem soporemque convertitur. nulli habent *eo citius.*“

r = *Haec itaque solatium.* r = *si minus senseris.* GP1. = *quod imperitis.* RαβεζιλμΘπυ P3. 𝔄𝔑 — 𝔗 = *imperiti — male habent.* P4. = *imperitus — male se habet.* V Col. = *imperitus quisque — male habet.*

10. Cod. Iur. Sb (tac. Oberl.) 𝔖 = *animo esse intenti.* 𝔑 — 𝔅 = *et prudens.* R nonnulli ρρ Pinc. P3. = *diducit.* P4. = *deducat.*

ac divina = mss. 𝔑 — 𝔅. 𝔄𝔊1. — 𝔖 = *et divina.*

et fragili = PB𝔑 — 𝔅. RrGw 𝔄𝔊1. — 𝔖 = *ac fragili.* Rell. n. l. PG = *Sed molestum est, inquid.* 𝔑 — 𝔑a = *inquis.* rCol. + *abstinere a cibo.* Col. = *sentire esuriem.* w = *Haec prima abstinentiae gravia sunt.*

ipsis per se quae cupimus = mss. 𝔄𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 — *se* ex ing. Mur. r = *Inde mors est.* R(s∞) = *Inde morsus est.*

quibus fuit aviditas = PRrGw Arg.b B Pall. 𝔄𝔑 — 𝔊. V = *in quorum fuit av.* Col. 𝔐 — 𝔖 = *quorum fuit av.* Gw Rρρ Gr. 𝔄𝔗 — 𝔊 + *aviditas cibi.* V𝔑 + *aviditas tibi.*

11. r + *Adice nunc.* GwrB — *non* ante *intermittitur.* rwB — *et* ante *cavere.* 𝔑 — 𝔅 = *cavere futurum.* Cod. Iur. + *imminenti morbo.* 𝔄 = *imminentibus.*

G(cr.∞) = *signa remittit.* 𝔐 = *morbi praesentia.* r = *tibi ipsa graviora.* 𝔑 — 𝔅 = *tibi ipsi.* R — *illi* ante *opinio.*

12. GB = *coeperis adicere.* V = *diutius iam desinet.* r = *desinit.* G = *non obitio tantum.* V = *ambitio enim.* G = *ad illos respicit.* B = *ad illa.*

quam credidit = PGw Arg.b

Detrahendas praeteritorum dolorum conquestiones puto et illa uerba: *Nulli umquam fuit peius. Quos cruciatus, quanta mala pertuli! nemo me surrecturum putauit. Quotiens de-* 13
ploratus sum a meis, quotiens a medicis relictus! In eculeum inpositi non sic distrahuntur. Etiam si sunt uera ista, transierunt. Quid iuuat praeteritos dolores retractare et miserum esse, quia fueris? Quid, quod nemo non multum malis suis adicit et sibi ipse mentitur? Deinde quod acerbum fuit retulisse iucundum est: naturale est mali sui fine gaudere. Circumcidenda ergo duo sunt et futuri timor et ueteris incommodi memoria: hoc ad me iam non pertinet, illud nondum. In ipsis po- 14
situs difficultatibus dicat:

Forsan et haec olim meminisse iuuabit.

Toto contra illum pugnet animo: uincetur, si cesserit. uincet, si se contra dolorem suum intenderit. Nunc hoc plerique faciunt, adtrahunt in se ruinam cui obstandum est. Istud quod premit, quod inpendet, quod urget, si subducere te coeperis, sequetur et grauius incumbet: si contra steteris et obniti uolueris, repelletur. Athletae quantum plagarum ore, quantum toto 15
corpore excipiunt? ferunt tamen omne tormentum gloriae cupiditate nec tantum, quia pugnant, ista patiuntur, sed ut pugnent: exercitatio ipsa tormentum est. Nos quoque euincamus omnia quorum praemium non corona nec palma est nec tubicen praedicationi nominis nostri silentium faciens, sed uirtus et firmitas animi et pax in ceterum parta, si semel in aliquo certamine debellata for-

BVρρ (exc. ετητ) P1. 3. 4. Col. ΥΡ— ϬϬ. Rr ετητ P2. ϑΡ — ϑΡα = *quam credit.* r = *Detrahendum praeteritorum dolorum cum quaestionibus.* B = *Detrahuntur.* G (cr.∞) P1. = *Detrahenda sunt.* w = *praet. malorum.* P1. 4. = *et quaestiones.* P2. = *quaestiones.* Steph. (Prood. I, 2.) ci. = *puta* pro *puto.* rG(cr.∞) = *resurrecturum.* G = *putaverit.*

13. R = *In eculeo positi.* G Arg.b VΥ = *non sic detrahuntur.* R + *quia iam fueris.* G = *Quidquid vero nemo.* G(m∞) = *adiceret sibi ipse.* RΡ — ϐ = *sibi ipsi.* sw = *l' concidenda ergo duo sunt.* Ρ — ϐ = *id nondum.*

14. Ρ — ϒ = *forsitan et haec olim.* αvo = *repugnet animo.* Υ = *pugnat.* R = *cui obsistendum est.* w = *cui optandum est.* RΥΡ — ϐ = *illud quod premit.* Rw = *impedit.* BΡ — Ϭ1. = *impendit.*

15. αvo = *sed ut impugnent.* Rr recc. ρρ Ρ — ϐ = *exercitatio ista.* w = *quorum primum* et — *est* post *palma.* Ρ — ϒ = *tibicen.* G(m∞) = *tibi ẽe praedicationi.* w = *praedicatio.* Υ = *praedicationis.* αβπ Ρ — ϐ = *in caelum parta.* ι = *imposterum parta.* ζ = *in aeternum parta.*

tuna est. Dolorem grauem sentio. Quid ergo? non sentis, si illum muliebriter tuleris? Quemadmodum perniciosior est hostis fugientibus, sic omne fortuitum incommodum magis instat cedenti et auerso. Sed graue est. Quid? nos ad hoc fortes sumus, ut leuia portemus? Utrum uis longum esse morbum an concitatum et breuem? Si longus est, habet intercapedinem, dat refectioni locum, multum temporis donat, necesse est ut exsurgat et desinat. Breuis morbus ac praeceps alterutrum faciet: aut exstinguetur aut exstinguet. Quid autem interest non sit an non sim? in utroque finis dolendi est. Illud quoque proderit ad alias cogitationes auertere animum et a dolore discedere. Cogita quid honeste, quid fortiter feceris. bonas partes tecum ipse tracta: memoriam in ea quae maxime miratus es sparge. Tunc tibi fortissimus quisque et uictor doloris occurrat: ille qui, dum uarices exsecandas praeberet, legere librum perseuerauit. ille qui non desiit ridere, cum hoc ipsum irati tortores omnia instrumenta crudelitatis suae experirentur. Non uincetur dolor ratione qui uictus est risu? Quicquid uis nunc licet dicas, distillationes et uim continuae tussis egerentem uiscerum partes et febrem praecordia ipsa torrentem et sitim et artus in diuersum articulis exeuntibus tortos: plus est flamma et eculeus et lamina

16. *Quid ergo? non sentis* = PRrGw Arg.b B ρρ Pall. Ss. 𝔄ℜ — 𝔅 Gro 𝔖. Col. 𝔊1. — 𝔐a (exc. Gro) = *Quidni sentias.* r = *Quemadmodum pernicior.* r = *cedenti ex aduerso.* w = *cedenti quam aduerso.* G(n.) R(n.) ℜ — 𝔅 = *ced. et aduerso.*

concitatum = wmGPr.d (minor pars ρρ) 𝔊2. — 𝔐a. PrG Arg.b Pr.b Pl. 2. ℜ — 𝔗 = *cogitatum.* quod facile ex illo poterat fieri, siquidem erat scriptum COCITATUM. Iam vero qui *cogitatum* emendare voluerunt, ad *brevem* respicientes posuerunt *coartatum* (*coarct.*) = RB maior pars ρρ praecipue recc. P3. 4. Col. Sc 𝔄𝔅𝔊1. 𝔖. r = *donet necesse est.* r Arg.b + *et ut exsurgat.* Matth. ci. = *et exsurgat, ut desinat.* R𝔄 = *et deficiat.*

17. ℜ — 𝔅 = *et praeceps.* r recc. ρρ = *interest an sit, an non sim.* B = *aut non sim.* Pr — *in* ante *utroque.* R(n.) rB recc. ρρ ℜ — 𝔅 = *ad vertere animum.* R — *ipse* ante *tracta.* R + *memoriam iam.* Arg.b = *memoria mea quae max.* P = *memoria in aeque max.* G(m∞) = *maxime iratus es.* Ed. Tauchn. = *Nunc tibi fort. q.* R = *perseveraverit.* G(m∞) = *persuaserit.*

18. sR(r. m.) VP3. 𝔐𝔍u + *cum ob hoc ipsum.* 𝔏4. = *cum ob ipsum.* Mod. ci. 𝔐 = *mirati tortores.* B𝔄 = *tortoris.*

19. ℜ — ℬ + *Nemo e n i m mihi videtur.* G = *e x i s t i m a r e virtutem.* Arg.b = *n e c conscientiam perderet.* *maiori tuo* = PRrG. wℜℜ — ℭ = *maiore tuo.* Rell. n. l. R = *Ille enim vulgaris.* RG ℵ = *contingit.* ℵ = *r a p e r e quod dederat.* P = *q u i dederat.* ℵ = *tibi magno et ex beat.*

20. P = *q u a m nisi in animum div.* r = *huic e f f e c t u m.* π = *h i n c affectum.* Tres recc. ρρ = *h u n c affectum.* *infelicitas urget.* Apud Sw. Arg.b desinit in haec verba: sed Oberlin. integrum habuit eum, quod docent scripturae ab eo excerptae.

Nemo, si ingratus est, miser erit = PR Arg.b Col. ex. Francisc. ℭℭℭ. Librarii, qui non intellexerunt inter se opponi *erit* et *statim est*, variis modis corruperunt scripturam. sR P3. + *Nemo n o n, si ingratus est* ∞. o = *Nemo n i s i ingratus miser erit.* r + *Nemo s i b i, si ingr.* ∞. G = *Nemo s i b i, si g r a t u s est, miser erit.* w = *Nemo n i s i ingratus, si g r a t u s est, miser erit.* ν = *Nemo sibi gratus est qui alteri non fuit. Hoc me putas dicere: qui ingratus est miser erit?* Antiqq. ρρ et recc. maior pars ℜ — ℭ1. = *Nemo s i b i gratus est, miser erit.* P 1. 2. 4. = *Nemo n o n s i b i g r a t u s est, miser erit.* ℵ = *Nemo, si g r a t u s est, miser erit.* εΘ ℭ2. ℜ — ℜα + *Nemo, si ingratus est, n o n miser erit.* P = *ingrati esse v i d e m u s.* sP = *v e r e m u r.* rG (m∞) = *ingrati*

nimum ex nequitia leuissimumque ad alios redundat, quod pessimum ex illa est et, ut ita dicam, spississimum domi remanet et premit habentem: quemadmodum Attalus noster dicere solebat, *Malitia ipsa maximam partem ueneni sui bibit.* Illud uenenum quod serpentes in alienam perniciem proferunt, sine sua continent, non est huic simile: hoc habentibus pessimum est.
22 Torquet ingratus se et macerat: odit quae accepit, quia redditurus est, et extenuat. iniurias uero dilatat atque auget. Quid autem eo miserius cui beneficia excidunt, haerent iniuriae? At contra sapientia exornat omne beneficium ac sibi ipsa commendat et se adsidua eius commemoratione delectat. Malis una uoluptas est et haec breuis, dum accipiunt beneficia, ex quibus
23 sapienti longum gaudium manet ac perenne. Non enim illum accipere, sed accepisse delectat, quod inmortale est et adsiduum. Illa contemnit quibus laesus est nec obliuiscitur per neglegentiam, sed uolens. Non uertit omnia in peius nec quaerit cui inputet casum et peccata hominum ad fortunam potius refert. Non calumniatur uerba nec uoltus: quicquid accidit benigne interpretando leuat. non offensae potius quam officii me-
24 minit. Quantum potest in priore ac meliore se memoria detinet nec mutat animum aduersus bene meritos, nisi multum male facta praecedunt et manifestum etiam conniuenti discrimen est: tunc quoque in hoc dumtaxat ut talis sit post maiorem iniuriam

esse videmur. Cod. Dominic. ap. Mod. = *non causa aliena quam nostra.* Arg.b ℜ — 𝔗 — *ad* ante *alios redundat.*

21. w = *ut ita dicam, spurcissimum.* G(m∞) P1. 4. = *piissimum.* εζλΘ = *pessimissimum.* „quae lectio omnium optima." Sanct. B Ambian. ci. Pinc. 𝔄 = *pessissimum.* ℜ—𝔊1. + *Illud autem venenum.* P(s.m.) = *sinu suo continet.*

22. R + *oditque quae.* Norimb. = *scindit quae accepit.* Praefert Ianus hanc scripturam atque explicat per *carpit.* Arg.b = *scinditque accepta.* w(s∞) = *accipit.* w — *vero* ante *dilatat.*

r — *ipsa* ante *commendat.* 𝔊 — 𝔐 = *ipsi.* G = *Malis una voluntas et habitus, dum accipiunt.*

23. PrGwV ℜ — 𝔅 = *Non enim illud accipere.* β + *sed volens et scienter.* rγδt𝔊1. — 𝔐a (exc. 84.) + *sed nec quaerit.* P2. = *sed ne quaerit.* Rell. ∞. De *Sed* a librariis temere adiecto cf. Drkb. ad Liv. VI, 32, 8. R(m∞) 𝔄 = *peccata homini.*

non offensae potius = mss. etiam Gr. 𝔄𝔖. ℜ — 𝔐a = *nec o. p.*

quam officii meminit = mss. 𝔄ℜ—𝔅. 𝔊1.—𝔖 = *quam beneficii mem.*

24. *praecedunt* = mss. ℜ — 𝔅 𝔖. 𝔄𝔊1. — 𝔐a = *praecedant.*

w = *conniventi discrimen.* R Arg.bV ρρ Gr. 𝔄𝔅𝔊1. = *continenti discr.* G = *continetur discr.* ℜ — 𝔗 = *continenti etiam discr.*

ℜ — 𝔗 = *tum quoque.*

qualis ante beneficium. Nam cum beneficio par est iniuria, aliquid in animo beneuolentiae remanet. Quemadmodum reus 25
sententiis paribus absoluitur et semper quicquid dubium est humanitas inclinat in melius: sic animus sapientis, ubi paria maleficiis merita sunt, desinet quidem debere, sed non desinet uelle debere et hoc facit quod qui post tabulas nouas soluunt. Nemo autem gratus esse potest, nisi contempserit ista propter quae uolgus insanit. Si referre uis gratiam, et in exilium eundum est et effundendus sanguis et suscipienda egestas et ipsa innocentia saepe maculanda indignisque obicienda rumoribus. Non 26
paruo sibi constat homo gratus. Nihil carius aestimamus quam beneficium, quamdiu petimus, nihil uilius, cum accepimus. Quaeris quid sit quod obliuionem nobis acceptorum faciat? Cupiditas accipiendorum. Cogitamus non quid inpetratum, sed quid petendum sit. Abstrahunt a recto diuitiae, honores, potentia et cetera quae opinione nostra cara sunt, pretio suo uilia. Nescimus aestimare res de quibus non cum fama, sed cum 27
rerum natura deliberandum est. Nihil habent ista magnificum quo mentes in se nostras trahant praeter hoc, quod mirari illa

r = *Nam cum beneficium par est iniuriae.* w = *Nam cum bene par est.*

25. RP3. = *humanitas declinat.* r = *sic sapiens ubi.* wArg.b = *sic animo sapientis.* G = *sic animo sapiens.* Arg.b = *paria beneficiis merita.* P = *sed non desinit velle.*

RP3. mP2. mCol. + *quod qui* [in R *qui* supra lineam legitur] *accepto quod praestaverant usuram vel huiusmodi remittunt vel post tabulas novas.* B = *et hoc facit quidem post acceptum quod praestaverit usuram vel eiusmodi remittunt vel tabulas novas.* αβ ηιμθοπτ + *quod qui accepto quod praestaverat* [*praestaverant. praestiterint. praestiterit*] *paraverant usuram vel eiusmodi remittunt vel post* [quidam — *post*] *tabulas novas.* ηιμτ haec ab eadem quidem manu habent, sed post addita. xP 4. = *et hoc quidem facit illi quia* [x = *qui*] *accepto quod praestaverant usuram vel eius modum* [x = *modi*] *remittunt vel tabulas novas solvit* [x = *condunt*]. Cod. Lips. = *quod qui accepto quidem praestaverat usuram vel huiusmodi remittit vel tabulas novas solvit.* εζυ + *qui post aes tabulas novas solvunt.* P = *qui potest tabulas novas s.* Sanct. ci. + *qui aes post tab. n. solvunt.* ℜ — 𝔗𝔊 1. 2. + *post tabulas accepto quidem praestaverant usurum vel hi remittunt vel tabulas novas s.* 𝔅 + *quod qui accepto quod praestiterant usuram vel hi remittunt: vel tabulas novas s.* r = *contempsit.* r — *et* ante *in exilium.*

26. Cod. Iur. = *obiicienda sermonibus.* G = *nihil lucilius, cum accepimus.* RX = *cum acceperimus.* X = *oblivionem. beneficiorum.* *petendum* = PRArg.b BV ρρ (exc. o) P2. 3. Col. 𝔛𝔊 1. 2. GP1. = *perpetrandum.* rwo P4. ex. divae Mariae Salmentic. ℜ — 𝔅 𝔊 — 𝔖 = *impetrandum.*

consueuimus. Non enim, quia concupiscenda sunt, laudantur: sed concupiscuntur, quia laudata sunt: et cum singulorum error publicum fecerit, singulorum errorem facit publicus. Sed quemadmodum illa credidimus, sic et hoc eidem populo credamus nihil esse grato animo honestius. Omnes hoc urbes, omnes etiam ex barbaris regionibus gentes conclamabunt. in hoc bonis malisque conueniet. Erunt qui uoluptates laudent. erunt qui labores malint. erunt qui dolorem maximum malum dicant. erunt qui ne malum quidem adpellent. diuitias aliquis ad summum bonum admittet. alius illas dicet malo uitae humanae repertas, nihil esse eo locupletius cui quod donet fortuna non inuenit. In tanta iudiciorum diuersitate referendam bene merentibus gratiam omnes tibi uno quod aiunt ore adfirmabunt. in hoc tam discors turba consentiet, cum interim iniurias pro beneficiis reddimus. Et prima causa est cur quis ingratus sit, si satis gratus esse non potuit. Eo perductus est furor, ut periculosissima res sit beneficia in aliquem magna conferre: nam quia putat turpe non reddere, non uult esse cui reddat. Tibi habe quod accepisti: non repeto, non exigo. profuisse tutum sit. Nullum est odium peruiciosius quam e beneficii uiolati pudore. Vale.

27. Arg.b — *enim* ante *quia concupiscenda.* *illa credidimus* = PRwℵ𝔊1. — 𝔐. rG𝔑 — 𝔅𝔓 𝔖 = *illa credimus.* Rell. n. l. *sic et hoc eidem populo credamus.* Sic scripsi ex coniectura. P = *sic et hoc idem populo credamus.* Antiqq. ρρ tres Ops. = *sic et hoc fidem populo credamus.* Hac quoque scriptura poteram defendere coniecturam meam: quam facile enim EIDEM mutari potuerit in FIDEM, satis perspicitur. Recc. ρρ = *sic et hoc fide* [*fidei*] *populi credamus.* V Col. 𝔊1. 𝔐 = *sic et in hoc fidem populo demus.* r = *si et hoc fidei populi credamus.* R vetust. ex. Pinc. unus Ops. P2. 𝔖 = *sic et hoc fidei* [R s.m. = *fide*] *populi credamus.* w G Arg.b P1. 4. = *sic et in hoc* [G P1. 4. = *hic*] *fidem* [P4. = *fide*] *populo credamus.* B P3. ℵ = *sic et hoc fide populo* [P 3. = *populi*] *credamus.* (Grut. Gron. amplectuntur *fide populi.*) 𝔑 — 𝔗 = *sic et hoc fide illa credamus.* 𝔅 = *sic et haec fide populi credamus.* 𝔊2. = *sic et hoc populo demus.* 𝔊𝔊 = *sic et hoc populo credamus.* 2 — 𝔐a = *sic et in hoc fidei populi credamus.*

28. w = *ex barbaris nationibus*, quod nonn. ρρ in oris ferunt. r + *qui labores et dolorem.* ℵ = *dolores.* r = *nec malum quidem.* r = *admittit.* ℵ = *dimittet.* ℵ — *humanae.* R = *nil esse locupletius eo.* GμνΘ ℵ = *quod doceat fortuna.* mυ = *cui quomodo noceat fort.*

29. V αε2μKΘτ = *si satis esse gratus potuit* om. *non.* G omittit *satis* et *non.* P = *cum beneficiis reddimus.* scriptura sane speciosa. RGB P 1. 3. 4. Col. = *ut periculosa res sit.* ℵ𝔊1. — 𝔊 = *ut perniciosissima res sit.* αβοπ = *magna transferre.* w = *non expeto, non exigo.* r = *profuisse tuum sit.* r — *est* ante *odium.* *quam e beneficii violati pudore* = P. 2 — 𝔖 = ∞ *ex benef.*

EPISTULA LXXXII.

Seneca Lucilio suo salutem.

Desii iam de te esse sollicitus. Quem, inquis, deorum sponsorem accepisti? Eum scilicet qui neminem fallit, animum recti ac boni amatorem. In tuto pars tui melior est. Potest fortuna tibi iniuriam facere: quod ad rem magis pertinet non timeo ne tu facias tibi. I qua ire coepisti et in isto te uitae habitu conpone placide, non molliter. Male mihi esse malo quam molliter: nunc sic excipe quemadmodum a populo solet dici dure, aspere, laboriose. Audire solemus sic quorumdam uitam laudari quibus inuidetur: Molliter uiuit. hoc dicunt, malus est. Pau- 2
latim enim effeminatur animus atque in similitudinem otii sui et pigritiae in qua iacet soluitur. Quid ergo? uiro non uel obrigescere satius est? Deinde delicati idem timent mori cui uitam suam fecere similem. Multum interest inter otium et conditi-

∞. r = *quam me violati benef. pudere.* RB Arg.b Vβλ P 2. 3. Col. ℜ — 𝔊 2. = *quam me* [βλ — *me*] *benef. violati* [Rβλ P 3. + *non*] *pudere.* w𝔊 — 𝔐 = *quam beneficii violati pudere.* G𝔇 P 1. = *quam me beneficii* [𝔇 P 1. = *beneficium*] *violati petere* [mG = *pudere*]. γδ = *quam nec beneficii viol. pudere.* εxo P 4. Pinc. = *quam me* [P 4. Pinc. — *me*] *benef. oblati pudere.* Ex rell. ρρ antiqq. = *quam me benef.* recc. = *quam benef. viol. pudere.*

Ep. LXXXII.

V = *Desine iam.* G = *Desinam de te.* Gw = *fucias mihi.*

I qua ire coepisti = R ρρ (exc. αγδεxνκοσ) 𝔅 — 𝔊 1. 𝔊 2. — 𝔖 — *ire.* PG Arg.b V — *I.* quod facile potuit excidere propter ultimam *i* in *tibi.* r = *quia ire coepisti* om. *I.* waεxνοσ = *Qua ire coepisti vade.* K = *Qua ire coepisti insta.* γδ = *Insta qua ire coepisti.* ℜ — 𝔗 = *tibi idem. Quare coepisti vade.* Arg.b — *vitae.*

Male mihi esse malo = mss. (exc. RGrγδ𝔇xλ) ℜ — 𝔐𝔖. (ℜ — 𝔅 = *Malo* ∞ *male.*) 𝔄 — *mihi.* r = *Male mihi rem malo.* Rγδ𝔇xλ Sicul. ℭ — 𝔐a = *Male tibi esse malo.* G = *Malo tibi esse malum.*

nunc sic excipe = PRrGw Arg.b γδη𝔇xμνKσυ P 1. 4. 𝔄ℜ — 𝔊. sR P 3. ζλ = *Hoc sic excipe.* Et fieri potuit ex HOC NŪC. B = *non sic accipe.* ℜu 𝔐a = *Hoc sic accipe.* V rell. ρρ ex. antiq. Pinc. = *Nunc sic accipe.* 𝔐 — 𝔅 1. 𝔖 = *Male nunc sic accipe* ex Mur. ing.

malus est = G (BV antiqq. ρρ) P 1. 4. libri vett. Mur. 𝔐 — 𝔖. PRr w Arg.b recc. ρρ P 2. 3. Col. Erfurt. Heins. 𝔄ℜ — 𝔊 = *mollis est* et defendit Gron.

2. r — *sui* post *otii.* υ = *odii sui.* GVη𝔇μKΘ = *motus sui.* ζ = *mortis suae.* RB — *vel* ante *obrigescere.* G𝔇 = *non vult obrig.* mG = *non velis obr.* γδx = *non velle obr.* rℜ — 𝔗 = *satis est.*

delicati idem = PRrGw Arg.b. V ρρ (exc. αε) = *delicati iidem.* B = *idem dilecti.* αε 𝔄ℜ — 𝔊 — *idem.*

timent mori = GB ℜ — 𝔗. cf. Ep. 77, 15. *Mori times.* et Cic. ad Fam. XV, 15, 2. *ut ipsum vinci contemnerent.* P mG Arg.b V antiqq. ρρ cod. Iur. = *timent morti.* Rrw 𝔊 1. — 𝔖 = *timent mortem.* 𝔅 = *mortem delicati timent.* quem verborum ordinem velim attendas. R — *suam* post *vitam.* P = *facere similem.* ℜ — 𝔅 = *fecerint sim.*

uum. Quid ergo? inquis, non satius est uel sic iacere quam istis officiorum uerticibus uolutari? Utraque res detestabilis est et contractio et torpor. Puto, aeque qui in odoribus iacet mortuus est quam qui rapitur unco. Otium sine literis mors est et hominis uiui sepultura. Quid denique prodest secessisse? tamquam non trans maria nos sollicitudinum causae persequantur. Quae latebra est in quam non intret metus mortis? quae tam emunita et in altum subducta uitae quies quam non dolor territet? Quocumque te abdideris mala humana circumstrepent. Multa extra sunt quae circumeunt nos quo aut fallant aut urgeant, multa intus quae in media solitudine exaestuant. Philosophia circumdanda est, inexpugnabilis murus quem fortuna multis machinis lacessitum non transit. In insuperabili loco stat animus qui externa deseruit et arce se sua uindicat: infra illum omne telum cadit. Non habet, ut putamus, fortuna longas manus: neminem occupat nisi haerentem sibi. Itaque quantum possumus ab illa resiliamus: quod sola praestabit sui naturaeque cognitio.

𝔑—𝔗 = *non satis est.* Arg.b — *vel* ante *sic iacere.* r nonn. ρρ 𝔅 + *quam in istis.* PG Arg.b B antiqq. ρρ 𝔄𝔑 — 𝔗 𝔊1. — 𝔊 + *quam et istis.* quod vide num recipiendum fuerit.

verticibus = PRwB 𝔑 — 𝔊1. V = *virtutibus.* Gr𝔄𝔊1. — 𝔖 = *vorticibus.* Rell. n. l.

utraque res detestabilis est = PRrw mG Arg.b B ρρ P2. 3. 4. Col. 𝔄𝔑 — 𝔊. GP1. = *u. res detalibus est.* Liber Constantini 𝔑 — 𝔖 = *u. res letalis est.* λΘ mυ = *rapitur hinc.* mγ = *rapitur orco.* ι = *rapitur vento.* V — *unco.*

3. G + *Hec otium sine literis.* rw = *Quid deinde prodest.*

r = *tamquam nos ad maria* om. *non.* rGB Pall. 𝔑 — 𝔅𝔖 = *prosequantur.* Rell. ∞.

emunita = PGwRr Arg.b B μΚΘ et plerique alii ρρ mP2. P3. 𝔄𝔑—𝔊. P 2. 4. = *eminuta.* P 1. = *tam omni vita.* V = *mutata.* 𝔑 — 𝔖 = *munita.* r = *requies.*

Arg.b — *non* ante *dolor.* r = *dolor territi.* Gγ et plerique alii ρρ 𝔑 — 𝔗 = *Quacumque te.*

4. G = *Multa exempla sunt.* 𝔑 — 𝔗 = *Multa extranea sunt.*

𝔄𝔑 — 𝔗 = *circueunt.* PG (m∞) = *circum in nos.*

quo aut fallant = μυ (BV) ℓ — 𝔖. PGwRr Arg.b plerique ρρ 𝔑 — 𝔑 = *quae aut fallant.* αβετ 𝔑 — 𝔗 + *aut falli urgeant.* 𝔊2. — 𝔐α + *quae etiam in media.* Gw noun. recc. ρρ = *sollicitudine.* γ nonnullique alii ρρ = *exaestuent.* r = *Philosophiae circumdandus est.* w — *est* post *circumdanda.* G P1. 3. (4?) = *circ. sunt.* Rτλπ = *circumdata est inexpugnabili muro.* V — *circ. est.* P 2. 3. = ∞ *inexpugnabili muro.* P + *est murus.* Col. + *murus est.*

Cod. Lips. = *lacessitum non traxit.*

In insuperabili loco = PGRr (Arg.b BV) ρρ (exc. εντ) Pinc. Pall. 𝔊 — 𝔐α. ωεντ Iur. 𝔄𝔑 — 𝔊2. 𝔖 — *In.* w = *deserit et in arce sua se.* 𝔗 = *et arte se sua.* rB = *vindicavit.*

5. γ + *in quantum possumus.*

G (s∞) = *quia sola.* PwrB ρρ (exc. λσ ∞) 𝔄𝔑 — 𝔊1. = *naturaeque condicio.* Ab Arg.b *cognitio* ab-

Sciat quo iturus sit, unde ortus, quod illi bonum, quod malum sit, quid petat, quid euitet, quae sit illa ratio quae adpetenda ac fugienda discernat, qua cupiditatum mansuescit insania, timorum saeuitia conpescitur. Haec quidam putant ipsos etiam sine philosophia repressisse: sed, cum securos aliquis casus expertus est, exprimitur sera confessio. magna uerba excidunt, 6 cum tortor poposcit manum, cum mors propius accessit. Possis illi dicere: Facile prouocabas mala absentia. ecce dolor quem tolerabilem esse dicebas, ecce mors quam contra multa animose locutus es. sonant flagella, gladius micat:

Nunc animis opus, Aenea, nunc pectore firmo.

Faciet autem illud firmum adsidua meditatio, si non uerba exer- 7 cueris, sed animum, si contra mortem te praeparaueris aduersus quam non exhortabitur nec adtollet qui cauillationibus tibi persuadere temptauerit mortem malum non esse. Libet enim, Lucili uirorum optime, ridere ineptias Graecas quas nondum, quamuis mirer, excussi. Zenon noster hac collectione utitur: *Nullum malum gloriosum est. mors autem gloriosa est: mors ergo non est malum.* Profecisti: liberatus sum metu. 8 post hoc non dubitabo porrigere ceruicem. Non uis seuerius loqui nec morituro risum mouere? Non mehercules facile tibi di-

fuisse videtur. my = *naturaeque consideratio.* βγδζτοπ + *Si sciat quo.* R Arg.b = *quid illi bonum, quid malum sit.* *quid evitet* = PRrw Arg.b. G ϒℜ — 𝔖 = *quid devitet.* Rell. n. l.

P = *quae ad cupiditatum mansuetudinem.* reliquis omissis. ℜ — 𝔅 = *aut fugienda.* G = *que fugienda.* ν nonnullique alii ρρ — *etiam* ante *philosophia.* Arg.b = *sine philosophia repraehensisse.* Lips. ci. = *sine philosophia repperisse.* r = *cum securis aliquis casus impactus est.* P = *securus.* ℜ — 𝔗 = *secuturos.* 𝔖 = *secundos.*

6. ν nonnullique alii = *poscit.* R (sω) = *pop. manum certa mors.* PGB = *potius accessit.* r = *Posses illi.* r = *quam tolerabilem.* Cod. Iur. = *contra quam multa.* P = *animosa elocutus es.* 𝔍u = *Nunc animus opus.* 𝔛 + *opus est animis* et = *nec pectore.* G = *pectora firma.*

7. P = *Facit autem.* G = *nec extollis qui.* rβγδπ + *cauillationibus suis.* P = *redire ineptias Gr.* Grut. ci. = *quamvis impiger.* Lips. ci. = *quamvis iners* vel *quamvis mirere.* Recte Ruhk. explicat: *quamvis mirer me i. Gr. nondum excussisse.* Col. = *quamvis evitet.* Rw 𝔛 𝔈1. — 𝔐a = *Zeno.* Rell. etiam Iur. ω. Dicit Iuretus eundem librum plerumque etiam *Platon* scribere, quod in nostris quoque alicubi legitur. R (cr. ω) = *collocutione.* w(cr. ω) = *collatione.*

8. *post hoc* = PRB antiqq. ρρ cod. Iur. 𝔛—𝔈1. Gwr ℜ — 𝔅𝔈2. — 𝔖 = *post haec.* sR λ = *post hac.* Col. m𝔈2. = *sed morituro.* P = *moriturum riso movere.* w Arg.b = *moriturum risu movere.* quod fortasse placebit alicui.

RGw ϒℜ — 𝔖 = *mehercule.* V = *hercule me.* Pr ω. Rell. n. l.

GBV antiqq. ρρ 𝔛 = *facile tibi*

xerim utrum ineptior fuerit qui se hac interrogatione iudicauit mortis metum exstinguere an qui hoc, tamquam ad rem pertineret, conatus est soluere. Nam et ipse interrogationem contrariam obposuit ex eo natam, quod mortem inter indifferentia ponimus quae ἀδιάφορα Graeci uocant. *Nihil,* inquit, *indifferens gloriosum est. mors autem gloriosum est: ergo mors non est indifferens.* Haec interrogatio uides ubi obrepat. Mors non est gloriosa. sed fortiter mori gloriosum est. Et cum dicis, *Indifferens nihil gloriosum est,* concedo tibi ita, ut dicam nihil gloriosum esse nisi circa indifferentia. Tamquam indifferentia esse dico (id est nec bona nec mala) morbum, dolorem, paupertatem, exilium, mortem. Nihil horum per se gloriosum est, nihil tamen sine his: laudatur enim non paupertas, sed quem non submittit, non incuruat. laudatur non exilium, sed qui

dix i s s e m. w = *metum ex c u t e r e.* r = *ex eo n a t u r a.*

R = *quae a t a u p e r a Graeci uocant.* r = *quae a a r a Gr. u.* G nonn. ρρ = *quae a t r a p a Gr. u.* Arg.b = *a a c a ϩ p a p a.* w = *quae a d i a i n o p a Gr. u.* B = *quae a l f a f o r a Gr. u.* ϒ = *quae* [sp. vac.] *i d e s t a l t a f o r a Gr. u.* ℜ = *quae* λοπα *Gr. u.* alii aliter.

9. R = *mors autem g l o r i o s a est.* V = *mors i g i t u r n o n est g l o r i o s a.*

ergo mors non e s t indifferens = mss. ϒℜ — ℭϩ.ℭ. ℭ = *e t ergo mors non ind.* ℌ — ℜα — *est.* r = *u p r e p a t.* Arg.b = *c r e p a t.* ℜ — ℬ = *fortiter a u t e m mori.* Gϒℌ — *s e d.*

et cum d i c i s = mss. etiam Gr. (exc. Col. ?) Ops. Norimb. Herbip. ℜ — ℬ. ϒℭϩ. — ℌ = *et cum d i c i t.* Erlang. Iani ℭ1. — *et cum d i c i s — nisi circa indifferentia.*

tamquam indifferentia esse dico (*id est nec bona nec mala*) *morbum* = PGRr ρρ P2. 3. Col. Erfurt. Heins. ϒℜ — ϒ ℭ 1. ℜu — ℌ. ℬ — *tamquam.* P1. 4. = ∞ *dico i d e m nec d i c o bona nec mala morbum.* w = ∞ *dico s c i l i c e t* nec ∞. ℭ2. — ℬ 1. = *indiff. a u t e m esse dico nec bona nec mala t a m q u a m morbum.* P + *s c i l i c e t morbum.* r = *morb o s.* r recc. ρρ ℜ — ℬ + *nihil tamen l a u d a t u r sine his.*

10. G — *enim non paupertas.* RBαβηιχλμοπτυ Col. P 3. 4. ϒℜ — ℬ + *laudatur enim p a u p e r v o l u n t a r i u s, non* [B = *nam*] *p a u p e r t a s.* Etiam rell. ρρ fere omnes hoc additamentum in oris ferunt. P1. = *n i l tamen sine his laudatur. Paupertas non submittit sed incurvat.*

sed quem non submittit = GwV ℜ — ℬℌ.

n o n incurvat = R Arg.b ℜ — ℬ. w + *non s e d incurvat.* V = *n e c s e incurvat.* Pνσ ϒ = *non paupertas non submittit, s e d incurvat.* Etiam Arg.b — *sed quem.* R + *non paupertas, sed i l l e quem non submittit, non inc.* rP 3. 4. *non paup., sed i l l e quem non submittit n e c inc.* G = ∞ *n e c incurvat.* B = *n a m paup. non subm., s e d incurvat.* αβηιχλμοπτυ = *non paup. s e u quem non subm. n e c incurvat.* K = *non paup., sed i l l e quem non submittit, sed i s q u i p a t i e n t e r t u l i t n e c incurvatur.* ζ = *non paupertas, s e d p a u p e r v o l u n t a r i u s. P a u p e r t a s non submittit, s e d incurvat.* φ = *laudatur enim non paupertas, sed p a u p e r v o l u n t a r i u s. L a u d a t u r m o r b u s, sed i l l e quem non submittit n e c incurvat.* Col. = *non paup., sed*

hoc non doluit. laudatur non dolor, sed ille quem nihil coegit dolor. nemo mortem laudat, sed eum cuius mors ante abstulit animum quam conturbauit. Omnia ista per se non sunt honesta nec gloriosa: sed quicquid ex illis uirtus adiit tractauitque honestum et gloriosum facit. Illa in medio posita sunt: interest 11
utrum malitia illis an uirtus manum admouerit. Mors enim illa quae in Catone gloriosa est in Bruto statim turpis est et erubescenda. Hic est enim Brutus qui, cum periturus mortis moras quaereret, ad exonerandum uentrem secessit et euocatus ad mortem iussusque praebere ceruicem: *Praebebo*, inquit, *ita uiuam*. Quae dementia est fugere, cum retro ire non possis? *Praebebo*, inquit, *ita uiuam*. paene adiecit, *uel sub Antonio*. O hominem dignum qui uitae dederetur! Sed, ut 12
coeperam dicere, uides ipsam mortem nec malum esse nec bo-

quem ipsa non etc. P2. ℭ2. — 𝔐α = *non paupertas, sed is quem non subm. nec inc.* ℭ1. = *non paup. sed quenquem non subm. nec inc.* Rr Arg.b P3. Col. ℜ — 𝔅 + *laudatur enim non exilium.* V — *laudatur — doluit.*

sed qui hoc non doluit = mG ℭ1. — ℭ. Hoc tenui: sed vide, num quid melius possis eruere ex depravata mstorum scriptura. Pw Arg b = *non exilium ut quam misisset.* GP1. = *non exilium numquam misissetis.* Δ = *non exilium, sed ille Rutilius qui fortior in exilium ire vult, quam ut misisset.* Fortasse hic latet verum: certe scripturae codd. Pw Arg.b G P1. hinc ortae. B = *non exilium, sed quisquis hoc non doluit, quamvis isset* cr. *vel esset.* rto P2. = *non exilium, sed qui patienter tulit.* Quidam Pinc. = *non exilium, sed is qui patienter tulit.* P4. = *non exilium, sed is qui fortiter tulit exilium.* R P3. Col. + *non ex., sed qui hoc non doluit, quamvis inisset.* Alii Pinc. + *n. exil., sed qui non doluit, quamvis isset.* Ipse Pinc. ci. = *sed qui non doluit, cum exulasset.* Rell. ρρ (exc. γδν, qui sunt manci hoc loco) promiscue + *sed qui hoc non doluit, quamvis* [*quantumvis*] *isset* [*ivisset. inisset. misisset. invisus*].

r — *ille* ante *quem nihil coegit.* G(m∞) P1. — *sed ille — dolor.* P2. = *sed eum quem coegit nil dolor.* P4. = *sed is nil coegit dolor.* φ + *nihil inhonestum coegit dolor.* εμK = *nihil cepit dolor.*

cuius mors = PG Arg.bB ρρ (exc. λ) ℜ — 𝔅. Iunge *cuius* cum *animum.* Rrwλ ℵℭ1. — ℭ = *cui mors.* V = *sed cuius mors non abstulit.* Etiam P2. = *non abstulit.* w = *non gloriosa.*

11. 𝔐 = *utrum malacia illi.*

w — *est* ante *enim Brutus.* r — *enim* ante *Brutus.* ℜ — 𝔅 = *moriturus mortis moras.* vo = *cum paratae mortis inducias quaereret.* πα = *cum paratae mortis moras.* ℵℭ1. — 𝔐 = *mortis moras peteret* contra mstos etiam Mod. Ops. Gr. w bis = *Praebeo.* rπφ bis + *ita ut vivam.* γδ bis = *ut vivam.* ℵ + *ita ut vivam* et mox — *Praebebo, inquit, ita vivam.* w = *bene adiecit.* B — *paene adiecit.*

12. Arg.b = *qui vitae deberetur.* Col. = *qui vitae dederat.* mCol. = *qui vitae dedignatur.* mP2. = *qui vitae dignatur.* RB ℜ — 𝔗 = *qui vivere dedignatur.* PB P1. ℵℭ1. — 𝔐 = *dicere, ut des ipsam mortem.* P2. =

num: Cato illa honestissime usus est, turpissime Brutus. Omnis res quod non habuit decus uirtute addita sumit. Cubiculum lucidum dicimus. hoc idem obscurissimum est nocte: dies illi lucem infundit, nox eripit. Sic istis quae a nobis indifferentia ac media dicuntur, diuitiis, uiribus, formae, honoribus, regno et contra morti, exilio, malae ualitudini, doloribus quaeque alia aut minus aut magis pertimuimus aut malitia aut uirtus dat
13 boni uel mali nomen. Massa per se nec calida nec frigida est: in fornacem coniecta concaluit, in aquam remissa refrixit. Mors honesta est per illud quod honestum est, id est uirtus et animus externa contemnens. Est et horum, Lucili, quae adpellamus media grande discrimen. Non enim sic mors indifferens est quomodo utrum capillos pares habeas: mors inter illa est quae
14 mala quidem non sunt, tamen habent mali speciem. Sui amor est et permanendi conseruandique se insita uoluntas atque adspernatio dissolutionis, quia uidetur multa nobis bona eripere et nos ex hac cui adsueuimus rerum copia educere. Illa quoque res morti nos alienat, quod haec iam nouimus, illa ad quae transituri sumus nescimus qualia sint et horremus ignota. Naturalis praeterea tenebrarum metus est in quas adductura mors
15 creditur. Itaque etiam si indifferens mors est, non tamen ea est quae facile neglegi possit: magna exercitatione durandus

uel des. G P1. Col. = *Omnis res qui.* P2. 4. = *Omnis res quae.* R (cr. ∞) = *dies illi lucem infundunt.* Arg.b — *uiribus.* 𝔄 = *moribus, formae.* w = *forma, honoribus.* R = *doloribus omnibusque aliis aut minus.*

13. r = *non calida.* β = *remissa refriguit.* ζ = *rem. refrigescit.* 𝔄 = *rem. refrinxit.* w = *per illum quem honestat.* Arg.b ν nonnullique alii ρρ ℜ — 𝔗 = *quod honesta est.* P P1. = *id virtus* om. *est.* Arg.b Col. 𝔄 = *idem virtus.* PG Arg.b antiqq. ρρ P1. 2. 𝔄ℜ — 𝔗𝔈1.𝔊 = *extrema contemnens.* o = *Sunt et horum — magna discrimina.* P 3. 4. 𝔄𝔈 1. — 𝔖 = *Est et horum — grande discrimen.* Rell. etiam Gr. = *Sunt — grande discrimen.* ℜ — 𝔅 = *Sunt et eorum, mi Lucili.* Arg.b ℜ — 𝔅 = *appellantur.* r — *enim* ante *sic mors.* G = *quomodo verum capillos.* r = *utrum cap. habeat partes.* w = *habeat.* P 2. 3. 𝔅𝔔 — 𝔖 + *pares habeas, necne.* Rell. etiam Gr. ∞. Arg.b + *mors quidem inter illa* et — *mali* ante *speciem.*

14. βt = *insita voluptas.* PR rG Arg.b BV μKΘ all. recc. ρρ Pall. 𝔄ℜ — 𝔗 = *aeque aspernatio.* Arg.b = *adsuevimus iterum copia.* V + *rerum corporum copia.* w + *iam non novimus.* r recc. ρρ nonn. + *in quas nos adductura mors.* P 2. 3. + *adductura nos mors.* P4. = *adducta mors.* R + *adductura mors nos est.* 𝔄 = *mors traditur.*

15. 𝔊 — 𝔐a — *est* post *indifferens mors.* *non tamen ea est quae facile neglegi possit* = PRrB ρρ Pall. Erlang. Iani (qui ita scribendum esse

est animus, ut conspectum eius accessumque patiatur. Mors contemni debet magis quam solet: multa enim de illa credimus. multorum ingeniis certatum est ad augendam eius infamiam. descriptus est carcer infernus et perpetua nocte obpressa regio in qua ingens ianitor Orci

Ossa super recubans antro semesa cruento
Aeternum latrans exsangues territat umbras.

Etiam cum persuaseris istas fabulas esse nec quicquam defunctis superesse quod timeant, subit alius metus: aeque enim timent ne 16
apud inferos sint quam ne nusquam. His aduersantibus quae nobis obfundit longa persuasio fortiter pati mortem quidni gloriosum sit et inter maxima opera mentis humanae? quae numquam ad uirtutem exsurget, si mortem malum esse crediderit: exsurget, si putabit indifferens esse. Non recipit rerum natu- 17
ra, ut aliquis magno animo accedat ad id quod malum iudicat: pigre ueniet et cunctanter. non est autem gloriosum quod ab inuito et tergiuersante fit. Nihil facit uirtus, quia necesse est. Adice nunc quod nihil honeste fit, nisi cui totus animus incubuit atque adfuit, cui nulla parte sui repugnauit. Ubi autem 18
ad malum acceditur aut peiorum metu aut spe bonorum ad quae peruenire tanti sit deuorata unius mali patientia: dissident inter

primus docuit). Norimb. ϒ — *est.* ℜ — ℬ — *ea.* Herbip. = *ea est q d'* ∞. Gw + *non tamen inter ea est* ∞. Col. ℭ1. — 𝔑a = *n. t. inter ea est quae — possint.*

rArg.b = *de illa credidimus.*

mGP1. 2. 4. Col. = *carcer inferis.* Grut. ci. = *inferus.* w = *ingens enitor Orci.* P 1. = *ingerens ianitor.* G = *recumbens antro.* P = *recubans atro.* G = *exsanguis.*

territat = Rr P3. Pinc. v. l. 𝔊 — 𝔖. P = *terrat.* Gw Arg.b Gr. (exc. P 3.) ϒ𝔐 — ℭ 2. = *terreat*, quod legitur apud Virg. (A. VI, 401.). Sed cum alium Virgilii versum (A. VIII, 297.) huic praefixerit Seneca, ipse videtur etiam *territat* scripsisse, quod huic loco magis est accommodatum. w + *et etiam cum persuaseris.* R𝔐 — 𝔖 + *Sed etiam cum.* De *Sed* a librariis temere addito cf. ad §. 32.

Priscus cod. Pinc. 𝔊 — ℭ4. = *ista fabulas esse.* B𝔛 = *superesse quod timeatur.*

16. ℜ — 𝔗 = *quam ne usque.* Mod. ci. mmℭ2. 𝔊 = *His obversantibus quae nobis.*

obfundit (*off.*) = P Arg.b γ duo Ops. Erfurt. Iur. 𝔑u — 𝔖. B = *offendit.* P1. 4. = *offendat.* μν ΚΘ = *offendit* vel *offendat.* w αιχοπσ P2. ℜ — ℬ = *effundit.* mG β = *effudit.* Rr P3. Col. ϒ = *ostendit.* δεζηλτυ = *ostendit* vel *ostendat* = G. Vℭ 1. — ℭ 4. = *infudit.* 𝔊roℬ1. = *offudit.*

μνΚΘϒ = *quid nisi gloriosum sit.* ℜ — 𝔗 = *quod nihil gloriosum sit.* ℜ — ℬ = *si putaverit indiff. esse.*

17. r = *quod necesse est* et *quia nihil honeste.* R = *animus incumbit.*

18. (Recc. nonn. ρρ) Col. mP2. ϒ𝔐 — 𝔑a (exc. ℭ4.) + *aut peiorum metu fit.* Rell. ∞. r = *aut sepe bonorum.*

se iudicia facientis: hinc est quod iubeat proposita perficere, illinc quod retrahat et ab re suspecta ac periculosa fugiat: igitur in diuersa distrahitur. Si hoc est, perit gloria. Uirtus enim concordi animo decreta peragit. non timet quod facit.

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito
Qua tua te fortuna sinet.

19 Non ibis audentior, si mala illa esse credideris. Eximendum hoc e pectore est: alioquin haesitabit inpetum moratura suspicio. trudetur in id quod inuadendum est. Nostri quidem uideri uolunt Zenonis interrogationem ueram esse, fallacem autem alteram et falsam quae illi obponitur. Ego non redigo ista ad legem dialecticam et ad illos artificii ueternosissimi nodos: totum genus istuc exturbandum iudico quo circumscribi se qui interrogatur existimat et ad confessionem perductus aliud re-
20 spondet, aliud putat. Pro ueritate simplicius agendum est, contra metum fortius. Haec ipsa quae uoluuntur ab illis soluere malim et expendere ut persuadeam, non ut inponam. In aciem educturus exercitum pro coniugibus ac liberis mortem obiturum quomodo exhortabitur? Do tibi Fabios totum reipublicae bellum in unam transferentes domum. Laconas tibi ostendo in ipsis

r = *iudicia facientes.* w = *a re suspecta.* r = *et periculosa.* *fugiat* = mss. etiam Gr. ϒℜ — ℊ𝔖. Pinc. ci. mℊℜ — 𝔐a = *fuget.* r = *Tu ne crede malis.* Gw = *audacior ito.*

Qua tua te fortuna sinet = P Rr(B) βζν ϒℊGro — 𝔖. wGr. ℜ — ℊ 𝔈 — 𝔈4. mss. et plerique imprr. Virgil. = *Quam tua* ∞. G = *Quam tute fort.* ∞. Arg.b. Ops. = *Quam tua te fortuna sinat.* Haec omisit Mur. negatque in *Notis* in mstis Sen. aut apud Virg. (A. VI, 96.) exstare.

19. ϒℜ—𝔈1. = *Non ibis audacior.* B = *sic mala illa credideris.* Haec in B sunt ultima Senecae verba, quae excipiuntur ab Symmachi Epistolis.

Arg.b — *illa* post *mala.* G = *existimandum hoc pectore.* *alioquin haes.* = PRr ci. Erm. 𝔐 — 𝔖 (𝔖 = *alioqui*). wArg.b P2. = *aliquis haesit.* Col. ℜ — 𝔅 = *aliquando haes.* G = *aliqm exitabit.* P3. = *alioqui exhitabit.* P4. = *adhaesitabit.* Nonn. ρρ = *aliquem* vel *aliquando excitabit.* ϒℊ 1. 2. = *aliquem haesit.* Grut. Lips. cii. = *alioquin hebetabit.* Sed Gron. defendit et explicat *haesitabit.* ℑu = *impetum* pro *inpetum.* Arg.b = *moratus. suspicio.* ℜ — 𝔅 = *retrudetur in id.* P3. Col. = *veternosissimos.*

genus istuc = Pr. ιμKΘτ = *genus isthuc.* R ϒℜ — 𝔖 = *genus istud.* w = *istud genus.* G = *genus illud.* Rell. n. l.

G = *exturbabis.* ℜ — 𝔅 = *circumscribi sese.* R P3. = *deductus aliud resp.* G(s∞) P1. 4. = *ductus.*

20. w(s∞) = *supplicius agendum.*

expendere = mss. ϒℜ — 𝔈4. Gro — 𝔖 = *expandere.* ex librarii errore, puto. ν = *non ut imponant.* Cod. Iur. = totum *Romani populi bellum.* vid. ad Ep. 51, 11.

Thermopylarum angustiis positos: nec uictoriam sperant nec reditum. ille locus illis sepulcrum futurus est. Quemadmodum 21
exhortaris ut totius gentis ruinam obiectis corporibus excipiant et uita potius quam loco cedant? Dices: *Quod malum est gloriosum non est. mors gloriosa est: mors ergo non malum?* O efficacem concionem! Quis post hanc dubitet se infestis ingerere mucronibus et stans mori! At ille Leonidas quam fortiter illos adlocutus est! *Sic*, inquit, *commilitones, prandete tamquam apud inferos coenaturi.* Non in ore cre- 22
uit cibus, non haesit in faucibus, non elapsus est manibus: alacres et ad prandium illi promiserunt et ad coenam. Quid? dux ille Romanus qui ad occupandum locum milites missos, cum per ingentem hostium exercitum ituri essent, sic adlocutus est: *Ire, commilitones, illo necesse est unde redire non est necesse.* Uides quam simplex et imperiosa uirtus sit. Quem mortalium circumscriptiones uestrae fortiorem facere, quem erectiorem possunt? Frangunt animum qui numquam mi- 23
nus contrahendus est et in minuta ac spinosa cogendus, quam cum aliquid grande conponitur. Non trecentis, sed omnibus mortalibus mortis timor detrahi debet. Quomodo illos doces malum non esse? quomodo opiniones totius aeui quibus protinus infantia imbuitur euincis? quod auxilium inuenis? quid dicis 24

sperant = PG Arg.b antiqq. ρρ et alii Sc P1. Col. 𝔄𝔑 — 𝔊2. 𝔖. P4. = *sperent*. Rrw P2. 3. castigatiss. eod. Pinc. 𝔊 — 𝔐a = *sperantes*.

Cod. castigatiss. Pinc. = *sepulcrum funditus est*.

21. rGw = *vitae potius*. r + *mors autem gloriosa est*. R + *mors vera*. R = *mors autem non*. GwR 𝔑 — 𝔅 + *non est malum*. r + *malum non est*. R mG recc. ρρ 𝔅 = *O efficacem contentionem*. 𝔑 — 𝔗 = *contemptionem*. wvσ = *conclusionem*. V = *rationem*. r = *posthac dubitet*. 𝔄𝔊1. mm𝔊2. 𝔊 = *statim mori*.

22. 𝔄 = *non in haesit in fauc*. Gw — *in* ante *faucibus*. GP1. 4. 𝔑 — 𝔗 = *ad prandium illi promiserant*. r recc. ρρ nonn. P2. 𝔄𝔊1. — 𝔐 = *processerunt*. 𝔅 = *processerant*. RP3. = *accesserunt*. Alii ρρ Col. = *cesserunt*. Rell. etiam Mod. ∞. 𝔐 — *unde* ante *redire*. 𝔄 — *unde redire non est necesse*. Arg.b recc. ρρ nonn. (P1. 2. 3.) 𝔄𝔊1. — 𝔐 = *circumscriptiones nostrae*. w — *quem erectiorem*. Cod. Iur. = *quem exercitiorem*.

23. R = *qui nusquam minus*. 𝔑 = *componit*.

illos doces = mss. etiam Sc Erl. Norimb. Herbip. 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *docebis*.

evincis = Prw Erl. Nor. 𝔊2. — 𝔊. RG Herb. 𝔄𝔑 — 𝔊1. 𝔐 — 𝔖 = *evinces*. Rell. n. l.

invenis = Prw Erl. Nor. 𝔊2. — 𝔊. GR Herb. 𝔄𝔑 — 𝔊1. 𝔐 — 𝔖 = *invenies*.

24. *quid dicis* = P rw Erl. Nor. 𝔊2. — 𝔊. GR Herb. 𝔄𝔑 — 𝔊1. 𝔐 — 𝔖 = *q. dices*. Eadem est scriptura huius dictionis etiam infra, praeterquam quod r eam omittit.

inbecillitati humanae? quid dicis quo inflammati in media pericula inruant? Qua oratione hunc timendi consensum, quibus ingenii uiribus obuixam contra te persuasionem humani generis auertis? Uerba mihi captiosa conponis et interrogatiunculas nectis? Magnis telis magna portenta feriuntur. Serpentem illam in Africa saeuam et Romanis legionibus bello ipso terribiliorem frustra sagittis fundisque petierunt. ne Pythio quidem uolnerabilis erat, cum ingens magnitudo pro uastitate corporis solida ferrum et quicquid humanae torserant manus reiceret: molaribus demum fracta saxis est. Et aduersus mortem tu tam minuta iacularis? subula leonem excipis? Acuta sunt ista quae dicis: nihil est acutius arista. Quaedam inutilia et inefficacia ipsa subtilitas reddit. Uale.

EPISTULA LXXXIII.

Seneca Lucilio suo salutem.

Singulos dies tibi meos et quidem totos indicari iubes. Bene de me iudicas, si nihil esse in illis putas quod abscondam.

𝔄𝔑 — 𝔗 = *quod inflammati.* Arg.b = *quo inflanti.* RwArg.b recc. ρρ nonn. cod. Iur. = *qua ratione hunc.* Arg.b = *hunc timendum est sensum.* sRCol. = *obnoxiam contra te.* P1. = *obnixum.*

auertis = mss. etiam Sc Erl. Nor. Herb. Iani (qui primus monuit etiam supra esse Praesens restituendum) 𝔄𝔑 — 𝔊𝔖. 𝔑 — 𝔑𝔞 = *auertes.* P = *interrogatiunculas noctis.*

25. RG fere omnes ρρ (P3. 4. Col.) 𝔄𝔑 — 𝔑 = *Serpentem illum — saevum.* Rell. etiam Mod. Ops. cod. Moniousii ∞. vid. Ind. 𝔑 — 𝔗 = *etiam Romanis.* r = *terribilem.*

ne Pythio quidem = VB. γη = *ne Pythico q.* P = *ne Pithyo q.* r = *ne Phitro Apollini q.* Ops. = *ne Pithio* vel *Phithio* vel *Phitio q.* R = *ne Phiton q.* G𝔄 = *Nephiton q.* P3. 4. Col. = *Ne Phiton q.* wArg.b P1. = *Nephitio quidem.* ι = *Ne Phitio quidem pilo.* P2. = *Nephitio quidem pilo.* Matth. ci. + *ne Pythio quidem pilo.* Alii ρρ = *ne Python q.* alii = *ne Phytion q.* alii = *ne Phitio q.* Sc = *ne phitos q.* Uuus Mod. = *ne Pilio q.* 𝔑 = *ne Phycio quidem.* 𝔗 = *ne phicio q.* 𝔊2. — 𝔑𝔞 = *ne Python q.* e𝔖 = *ne pilo quidem* ex ci. Ermi, qua nihil certius esse dicit: sed non cito cuiquam persuadebit codicum optimorum scripturas examinanti, quamvis e idem illud exhibeat. e = *volnerabit.* Pinc. ci. = *invulnerabilis.* Sed haec omnia spuria esse arbitratur et a librario sciolo ingesta: assentitur Ruhk. RG (s∞) P1. 3. 4. = *vulnerabilis fuit.*

fracta hic habent omnes libri.

PRr Gw Iur. = *mortem totam.* Arg.b = *totam minutam.* 𝔑 — 𝔅 = *totam munita.* P = *sububa.* R = *non excipit.* rG = *excipit.* Haec epistola in Θ est ultima: nam in fine mancus est liber.

Ep. LXXXIII.

R = *iudicare.* w = *iudicare debes.* R P3. = *illic inesse putas.* GP1. 4. = *illis inesse.*

Sic certe uiuendum est, tamquam in conspectu uiuamus. sic cogitandum, tamquam aliquis in pectus intimum inspicere possit. Et potest. Quid enim prodest ab homine aliquid esse secretum? nihil deo clusum est: interest animis nostris et cogitationibus mediis interuenit. Sic interuenit, dico, tamquam aliquando discedat. Faciam ergo quod iubes et quid agam et 2 quo ordine libenter tibi scribam. Obseruabo me protinus et quod est utilissimum diem meum recognoscam. Hoc nos pessimos facit, quod nemo uitam suam respicit. Quid facturi simus cogitamus et id raro. quid fecerimus non cogitamus: atqui consilium futuri ex praeterito uenit. Hodiernus dies solidus est. nemo ex illo quicquam mihi eripuit. totus inter stratum lectionemque diuisus est. minimum exercitationi corporis 3 datum. Et hoc nomine ago gratias senectuti: non magno mihi constat. cum me moui, lassus sum: hic autem exercitationis etiam fortissimis finis. Progymnastas meos quaeris? unus mihi sufficit Earinus, puer, ut scis, amabilis: sed mutabitur. Iam aliquem teneriorem quaero. Hic quidem ait nos eamdem crisim

V = *antequam in conspectu.* R + *cogitandum est.* rG = *inspectus intimum.* w = *inspectis.* V = *aliquis inspecturus animum nostrum perspicere.* R = *perspicere possit.* rGw ϒ ℜ — 𝔊1. = *prospicere.* αζ Col. — *Et potest.* ι + *Et potest deus.* Rw nonn. ρρ ϒℜ—𝔊 = *deo clausum.* R(l.) = *intus animis.* RG (ϵ∞) P 1. 3. 4. Col. = *medius intervenit.* P4. = *Sic intervenit.* 𝔊1. 2. + *dico non tamquam.*

2. P2. = *et quod est ultimum.* mP2. = *utilimum.* quod nihil est, Grutere, nisi ipsum *utilissimum* compendio scriptum. P 4. — *diem* post *utiliss.* 𝔊 2. — 𝔐 = *diem mecum* ex ing. Ermi. Rr = *facturi sumus.* RrGw Arg.b V ρρ (exc. γδυ) P 1. 2. 3. Col. — *et id raro — non cogitamus.* rG (m∞) wArg.b ϒ = *atque consilium.*

3. P1. = *In unum exercit.* P3. = *corpus datum.* sw ϒℜ — 𝔊 1. + *datum est.* rw + *Hic est autem.* GArg.b ϒℜ — 𝔊 + *Hic autem est.* Pℜ — 𝔗 — *etiam* ante *fortissimis.* P Arg.b ℜ — 𝔗 = *fortissimus.* 𝔐 — 𝔖 + *finis est.* Utrobique delevi *est* cum Pr. Rr = *progimnasios meos.* G = *Gincisias mons.* mG = *pro ginnacias mons.* P1. = *Gimnisias meos.* P2. = *paginasias meos.* ρρ vel cum Gr. cod. Mur. 𝔗—𝔐 = *progymasios meos.* vel = *progymnasias m.* ϒ = *progynasios m.* ℜ𝔐 = *progignasias m.* P ∞.

Earinus puer = 𝔊2. — 𝔖. P Iur. = *Farvius p.* wv = *Farinus puer.* r = *Farcius p.* Rλ = *Pharphius p.* P3. = *Parphius puer.* G = *Sanus p.* P1. = *Sanius p.* mG quidam ρρ P2. 4. mP1. ϒ𝔊 1. = *Farius p.* Alii ρρ Col. ℜ = *Pharius p.* 𝔗𝔅 = *Valerius puer.* P. Faber Agonist. III, 11. laudat *Carinus p.* rıP2. = *ut scis amatur.* Recc. ρρ nonn. + *mihi amabilis.* Col. + *mihi amabilis, quia docibilis et innocens est.* Grut. ci. + *mire amabil.* w + *sed iam mutabitur.* R = *Hic quidam ait.* r = *crisin.*

habere, quia utrique dentes cadunt: sed iam uix illum odsequor currentem et intra paucissimos dies non potero: uide quid exer-
4 citatio cotidiana proficiat. Cito magnum interuallum fit inter duos itinere diuerso euntes: eodem tempore ille adscendit, ego descendo. nec ignoras quanto ex his uelocius alterum fiat. Mentitus sum: iam enim aetas nostra non descendit, sed cadit. Quomodo tamen hodiernum certamen nobis cesserit quaeris? quod raro cursoribus euenit, hieran fecimus. Ab hac fatigatione magis quam exercitatione in frigidam descendi: hoc apud me uo-
5 catur parum calda. Ille tantus psychrolutes qui calendis Ianuariis Euripum salutabam, qui anno nouo quemadmodum legere, scribere, dicere aliquid, sic auspicabar in Uirginem desilire, primum ad Tiberim transtuli castra, deinde ad hoc solium quod, cum fortissimus sum et omnia bona fide fiunt, sol temperat. Non multum mihi ad balneum superest. Panis deinde siccus et
6 sine mensa prandium post quod non sunt lauandae manus. Dormio minimum. Consuetudinem meam nosti: breuissimo somno utor et quasi interiungo. Satis est mihi uigilare desiisse. aliquando dormisse me scio, aliquando suspicor. Ecce Circensium

cadunt = PRrGw ϪϜ — ϩ4. Gro — ϬϬ = *cadant*. G = *uexillum assequor*. P = *adsequar*. wϜ — ϪϬ = *inter paucissimos*. r — *Quid* ante *exercitatio*.

4. PGP1. = *inter diversos euntes*. r = *inter diversum*. Rλυφ P3. (s.m.) = *in diversum*. wγδ = *in diversa*. xvo = *iter diversum*. Cod. Iur. = *diverso* om. *itinere*. Rell. etiam Gr. ∞. R recc. ρρ nonn. Col. P3. (s.m.) + *alterum altero fiat*. r = *tam enim aetas*. r = *quidem caro cursoribus*.

hieran fecimus = Pw antiqq. ρρ Ϭ1. — Ϭ. rG recc. ρρ ϪϜ — Ϯ = *hieram f.* eP4. = *moram fec.* Col. = *dictam fec.* ϪϬ = *dictam fec.* R — *hieran*. Valde suspecta est haec scriptura: sed nihil aliud extrico. Matth. coniecerat ἱερὸν sc. ἀγῶνα: mox retineri volebat ἱερὰν intellecto *coronam*, ut esset *coronam sacram deo dedicavimus*. GϪ = *patrum calda*. Rr Col. (P2. 4.) Ϝ — ϜϜ (exc. Ϭ2. ∞) = *calida*. Sed in Col. huic uoci adscriptum *i. e. calida*, quod ipsum confirmat reliquorum scripturam *calda*.

5. w = *psicrolutes*. P = *phisicrolites*. P1. = *physcolites*. P3. 4. = *physcrolites*. P2. = *psicrolites*. Col. = *physcrolutes*. mCol. = *sichrobates*. Pr ∞. cf. Ep. 53, 3.

Euripum salutabam = mss. etiam Gr. Sc ϪϜ — ϜϬ. ϩ — Ϝa = *in Euripum saltabam* ex ci. Ermi.

Arg.b = *qui anno nono*. r + *scribere et dicere*. Col. Ϝ — Ϯ = *in virginem dissilire*. r — *cum* ante *fortissimus*. GP1. 3. Col. Ϝ — ϮϬ1. = *quod oura fortissimus*. ϪϬ = *quod circa fortiss.* Ϫ = *quod hoc fort.* P1. P3. (cr. ∞) P4. = *panis superest siccus*.

6. R(lit.) r recc. ρρ nonn. Col. P2. (s.m.) P3. (s.m.) ϪϬ1. — Ϭ = *et quasi intervigilo*. quod defendit Steph. P = *interiugo*. Rell. etiam Mur. ∞. w Col. mP2. Ϝ — Ϭ = *immensa voce*. Ϝ — ϪϬ = *cogitationes meas*. φ Sc ϪϬ = *dormisse me nescio*. Sed rell. ∞.

obstrepit clamor. subita aliqua et uniuersa uoce feriuntur aures meae: nec cogitationem meam excutiunt nec interrumpunt. Fremitum quidem patientissime fero: multae uoces et in unum confusae pro fluctu mihi sunt aut uento siluam uerberante et ceteris sine intellectu sonantibus. Quid ergo est nunc cui animum 7
adiecerim? Dicam. Superest ex hesterno mihi cogitatio, quid sibi uoluerint prudentissimi uiri qui rerum maximarum probationes leuissimas et perplexas fecerunt: quae ut sint uerae, mendacio tamen similes sunt. Uult nos ab ebrietate deterrere Zenon, uir maximus, huius sectae fortissimae ac sanctissimae conditor. Audi ergo quemadmodum colligat uirum bonum non futurum ebrium: *Ebrio secretum sermonem nemo committit.* 8
uiro autem bono committit: ergo uir bonus ebrius non erit. Quemadmodum obposita interrogatione simili derideatur adtende. satis est enim unam ponere ex multis: Dormienti nemo secretum sermonem committit. uiro bono autem committit: uir bonus ergo non dormit. Quo uno modo potest Posidonius Zenonis nostri causam agit: sed ne sic quidem, ut existimo, agi potest. Ait enim *ebrium duobus modis dici: altero, cum* 9
aliquis uino grauis est et impos sui. altero, si solet ebrius fieri et huic obnoxius uitio est. Hunc a Zenone dici qui soleat fieri ebrius, non qui sit: huic autem neminem commissurum arcana quae per uinum eloqui possit. Quod est falsum. Prima enim illa interrogatio conplectitur eum qui est

nec interrumpunt. Fremitum quidem = PRr. G — *quidem.* 𝔑 — 𝔅 = *nec interrumpi quidem. fremitum.* w𝔄𝔊 |. — 𝔖 = *nec interrumpunt quidem. Frem.* 𝔑 — 𝔗 = *patienter fero.*

7. r = *Superest mihi esterna cogitatio.* 𝔑 — 𝔅 = *Superest ergo mihi ex externo nunc cogitatio.* Gwr fere omnes ρρ Pall. 𝔄𝔊|. — 𝔊 = *perplexas fecerint,* Ambian. = *perperas fecerunt,* quod placet Opsopoeo. rβγδζφ = *quae etsi sint verae.* ε = *quamvis sint verae.* 𝔄 = *si sint verae.* V = *non mendacio simil.* GP1. 3. = *ab ebrietate divertere.* P2. 4. Col. = *deterere.* r = *vir Zenon magnus.* 𝔐 — 𝔐𝔞 = *Zeno* contra mstos, quemadmodum et infra.

8. r — *vir* ante *bonus ebrius.* R (cr. ∞) = *unam ex multis exponere.* wV — *secretum.* r𝔄 — *Quo* ante *uno modo.* Arg.b = *Quoquo modo.* V = *Quo uno medio.* R = *sed nec siquidem.* G𝔑 — 𝔅 = *nec sic q.*

9. P = *Atenim ebrium.* r + *dici potest.* w = *alterum cum aliquis.* P = *gravis est et inposui.* P4. = *et imposito.* G (m∞) P1. 3. = *et in praesto.* w = *qui solet ebrius fieri.* 𝔄 = *si soleat ebrius f.* *Hunc a Zenone dici* = mss. 𝔄 𝔑 — 𝔐𝔖. 𝔈 — 𝔐𝔞 = *Nunc a Z. d.* r = *a Zenone notari.* Pr = *non qui est.* P2. — *illa* ante *interrogatio.* G (s∞) P1. 3. 4.

ebrius, non eum qui futurus est. Plurimum enim interesse concedes inter ebrium et ebriosum: potest et qui ebrius est tunc primum esse nec habere hoc uitium, et qui ebriosus est saepe
10 extra ebrietatem esse. Itaque id intellego quod significari uerbo isto solet, praesertim cum ab homine diligentiam professo ponatur et uerba examinante. Adice nunc quod, si hoc intellexit Zenon et nos intellegere uoluit, ambiguitate uerbi quaesiuit locum fraudi: quod faciendum non est, ubi ueritas quaeritur. Sed sane hoc senserit: quod sequitur falsum est ei qui so-
11 leat ebrius fieri non committi sermonem secretum. Cogita enim quam multis militibus non semper sobriis et imperator et tribunus et centurio tacenda mandauerint. De illa C. Caesaris caede (illius dico qui superato Pompeio rempublicam tenuit) tam creditum est Tullio Cimbro quam C. Cassio: Cassius tota uita aquam bibit. Tullius Cimber et nimius erat in uino et scordalus. In hanc rem locutus est ipse: *Ego*, inquit, *quemquam feram*
12 *qui uinum ferre non possum?* Sibi quisque nunc nominet eos quibus scit et uinum male credi et sermonem bene: unum tamen exemplum quod occurrit mihi referam ne intercidat: instruenda est enim uita exemplis inlustribus. non semper confugiamus ad

= *Prima autem interrog.* R = *complectitur illum.* G + *qui post futurus est.* w = *qui futurus sit.* w = *interesse dices.* Arg.b + *et inter ebrium.* R + *potest enim et qui ebrius.* G = *semper extra ebrietatem esse.*

10. 𝔄 = *significari verbo isto volo.* rArg.b 𝔑 — 𝔅 = *professo proponatur.* 𝔑 = *quod sic hoc intellexit.* G (n.) wR Pall. = *intellexerit.* Tres Ops. = *intelligere noluit.* probat Mod. R𝔅 + *Sed si sane.* 𝔑 — 𝔗 = *Si ei sane hoc.* 𝔄𝔈 1. 2. + *Sed sane si hoc.* r = *ea qui soleat ebrius.* G = *solet ebrius.*

11. Col. = *non semper sobrius.* w = *centurio celanda commiserint.* *mandaverint* = mss. (exc. w) 𝔄𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 = *mandaverit.* R = *Gai Caesaris.* r = *C. Caesaris sede.* P = *qui sub imperatore Pompeio remp.* P1. 3. — *publicam.* P = *creditum est illinc Cimbro quam Cassio* (etiam R𝔑 — 𝔅 — *C*). rP2. = *T. Cimbro.* RGw recc. ρρ P 1. 3. 4. 𝔄𝔈 1. 2. = *illi Cimbro* (*Cymbro*). sR mG rell. ρρ sP 3. Col. ex. Francisc. 𝔅𝔊𝔊 = *Tullio Cimbro* (*Cymbro*). et mox omnes etiam Gr. = *Tullius Cimber.* 𝔐 — 𝔖 = *Tillio Cimbro*, sicut etiam infra. GP 1. 3. (s∞) 𝔑 — 𝔅 = *et sordalus.* P 4. = *et sordidus.* cf. Ep. 56, 2. Nonn. ρρ = *Hac in re locutus.*

locutus est = mss. etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 = *iocatus est* ex ing. Mur. sR + *ita locutus est.* P2. — *ipse.*

12. Arg.b — *nunc* ante *nominet.* GP 1. 3. Col. = *Unum tantum exemplum.* 𝔄 — *tamen.* w = *intercedat.* G = *intendat.* Steph. (ad Dal. Ep. 30.) ci. = *exemplis recentibus, ne semper.* r P2. = *confugiam.*

uetera. L. Piso, Urbis custos, ebrius ex quo semel factus est fuit: maiorem partem noctis in conuiuio exigebat. usque in horam fere sextam dormiebat: hoc eius erat matutinum. Offi- 13
cium tamen suum quo tutela Urbis continebatur diligentissime administrauit. Huic et diuus Augustus dedit secreta mandata, cum illum praeponeret Thraciae quam perdomuit, et Tiberius proficiscens in Campaniam, cum multa in Urbe et suspecta relinqueret et inuisa. Puto, quia bene cesserat illi Pisonis ebrietas, postea Cossum fecit Urbis praefectum, uirum grauem, moderatum, sed mersum et uino madentem, adeo ut ex senatu aliquando in quem e conuiuio uenerat obpressus inexcitabili somno tolleretur. Huic tamen multa manu sua Tiberius scripsit quae 14
committenda ne ministris quidem suis iudicabat. Nullum Cosso aut priuatum secretum aut publicum elapsum est. Itaque declamationes istas de medio remoueamus: *Non est animus in sua potestate ebrietate deuinctus. quemadmodum musto dolia ipsa rumpuntur et omne quod in imo iacet in summam partem uis caloris iectat: sic uino exaestuante quicquid in imo iacet abditum effertur et prodit in medium. onerati* 15
mero quemadmodum non continent cibum uino redundante, ita ne secretum quidem. quod suum alienumque est pariter effundunt. Sed quamuis hoc soleat accidere, ita et illud solet, ut cum his quos sciamus libentius bibere de rebus necessariis deliberemus. Falsum ergo est hoc quod patrocinii loco ponitur

r — *L.* ante *Piso.* w = *Lelius Piso.* Arg.b = *Lepiso.* Col. = *Lu. Piso.* rP2. (m∞) — *ebrius.* rG(s∞) w recc. ρρ nonn. P 2. 4. ℜ𝔄 — 𝔄 — *est* post *factus.* Alii ρρ = *factus fuit fuit.* Rell. etiam Pinc. ∞.

G (m∞) = *maioris partis noctem.* Arg.b = *maiorem potius noctem.* G = *in conv. exibebat.* ℜ — 𝔗 = *exhibebat.* 𝔅 = *exhigebat.* Arg.b = *sextam fere noctis: hoc eius erat.*

13. Nonn. ρρ — *et* ante *diuus Aug.* G = *dius Aug.* P = *praeponeret Trahitiae.* r = *postea cessum fecit.*

mersum et vino = mss. etiam P1. 3. 4. Col. 𝔄. (P2.) ℜ — 𝔖 = *mersum vino et madentem.* w = *ex convivio.* r = *oppressius inexcitabili.* r = *somno tolletur.*

14. Arg.b = *multa sub manu.* R = *scripserat.* P = *elapsus est.* r = *removemus.* G (s∞) w — *ipsa* post *dolia.* 𝔄 = *erumpuntur.* GRr recc. ρρ Gr. 𝔛𝔄 — 𝔊 = *ebrietate devictus.* Rell. etiam cod. Moniousii ∞. r — *in summam partem — quicquid in imo iacet.* w — *vis caloris.* ν aliique ρρ = *vis caloris eiicit.* 𝔄 = *in vino iacet.* R = *et procedit in medium.*

15. r = *cibum non continet more nec potum vino red.*

R = *nec secretum q.* r = *alienum ve est.* G — *est.*

quos sciamus = mss. etiam Sc 𝔛𝔄 — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *quos scimus.* Arg.b + *non deliberemus.* Matth. ci. = *ratio cinii loco.*

16 ei qui soleat ebrius fieri non dari tacitum. Quanto satius est aperte accusare ebrietatem et uitia eius exponere? quae etiam tolerabilis homo uitauerit, nedum perfectus ac sapiens cui satis est sitim exstinguere, qui, etiam si quando hortata est hilaritas aliena causa producta longius, tamen citra ebrietatem resistit. Nam de illo uidebimus an sapientis animus nimio uino turbetur
17 et faciat ebriis solita. Interim, si hoc colligere uis *uirum bonum non debere ebrium fieri,* cur syllogismis agis? Dic quam turpe sit plus sibi ingerere quam capiat et stomachi sui non nosse mensuram, quam multa ebrii faciant quibus sobrii erubescant, nihil aliud esse ebrietatem quam uoluntariam insaniam. Extende in plures dies illum ebrii habitum, numquid de furore dubita-
18 bis? nunc quoque non est minor, sed breuior. Refer Alexandri Macedonis exemplum qui Clitum carissimum sibi ac fidelissimum inter epulas transfodit et intellecto facinore mori uoluit. Certe eruit omne uitium ebrietas et incendit et detegit: obstantem malis conatibus uerecundiam remouet. Plures enim pudore peccandi quam bona uoluntate prohibitis abstinent. Ubi possedit
19 animum nimia uis uini, quicquid mali latebat emergit. Non facit ebrietas uitia, sed protrahit. tunc libidinosus ne cubiculum

GP 1. 3. 𝔛 = *non dare tacitum.* P2. + *non comitti secretum vel non dari tacitum.* r + *n. dari tacitum secretum.* αβπστυ = *non commendari secretum.* w mP 3. 𝔑u 𝔐a = *non commendari tacitum.*

16. r = *quae etiamsi quando. hortata est* = mss. (exc. Gw nonn. ρρ P1. 3.) etiam Gr. Mod. Ops. Sc 𝔛𝔖. G quidam ρρ P 1. 3. 𝔑 — 𝔐a = *orta est* (P 1. — *est*). w = *ornata est.* Nonn. ρρ = *ex hortata est*, alii = *exorta est.*

G = *tamen scitura ebrietatem.* 𝔑 — 𝔅 = *citra ebr. restitit.*

17. P1. 3. — *sibi* ante *ingerere.* G(s∞) = *quam capiat.* r = *ebrii faciunt.* G = *faciant.*

Gw Arg.b P3. 𝔛𝔑 — 𝔗 = *Extendi in plures.* G quidam Pinc. P 3. = *in plures vires.* P4. + *plures vires dies.* Arg.b quidam Pinc. — *dies.* R(s∞) r 𝔊2. — 𝔐 = *ebrium habitum.* Arg.b = *de furore dubitantis.* r = *se brevior.*

18. w = *Alexandrum Macedonum* om. *exemplum.* r + *Clitum amicum.*

Certe eruit omne vitium = P Rr quidam ρρ 𝔛𝔊 1. 2. Gw Arg.b quidam Pinc. Col. 𝔑 — 𝔅 = *Certe diruit* (Col. = *esse vitium.* G — *omne*). P 2. 3. = *Certe deruit.* x P 4. = *certe decuit. Omne*, quod ferri poterat. 𝔈 — 𝔔4. = *certe debuit. Omne* ex ing. Lips. P1. = *mori voluit; concederit omne.* 𝔊ro — 𝔖 = *certe meruit. Omne* ex ing. Grut. Ex. divae Mariae mP1. = *certe delivit.* unde Pinc. ci. = *certe delituit* = 𝔊𝔊. 𝔐 = *et intendit et detegit.* R — *enim* post *Plures.*

Arg.b — *prohibitis.* r = *prohibiti sunt a celere. at ubi.* Etiam R nonn. recc. ρρ + *At ubi possedit.* Alii recc. ρρ + *Sed ubi.* G = *Ubi possidebit.* 𝔑 = *possederit.* 𝔗𝔅 = *possiderit.*

19. 𝔐 = *vitia, sed prodit* contra mstos etiam Gr. 𝔑 — 𝔅 + *libidinosus quidem.* r = *nec*

quidem exspectat, sed cupiditatibus suis quantum petierunt sine dilatione permittit. tunc inpudicus morbum confitetur ac publicat. tunc petulans non linguam, non manum continet. Crescit iusolenti superbia, crudelitas saeuo, malignitas liuido. omne uitium laxatur et prodit. Adice illam ignorationem sui, dubia 20
et parum explanata uerba, incertos oculos, gradum errantem, uertiginem capitis, tecta ipsa mobilia uelut aliquo turbine circumagente totam domum, stomachi tormenta, cum efferuescit merum ac uiscera ipsa distendit. Tunc tamen utcumque tolerabile est, dum illi uis sua est: quid, cum somno uitiatur et quae ebrietas fuit cruditas facta est? Cogita quas clades ediderit pu- 21
blica ebrietas. Haec acerrimas gentes bellicosasque hostibus tradidit. haec multorum annorum pertinaci bello defensa moenia patefecit. haec contumacissimos et iugum recusantes in alienum egit arbitrium. haec inuictos acie mero domuit. Alexandrum cuius modo feci mentionem tot itinera, tot praelia, tot hiemes per quas uicta temporum locorumque difficultate transierat, tot flumina ex ignoto cadentia, tot maria tutum dimiserunt: intemperantia bibendi et ille Herculaneus ac fatalis scyphus condidit. Quae gloria est capere multum? Cum penes te palma fuerit et 22
propinationes tuas strati somno ac uomitantes recusauerint, cum

cubiculum q. P = *nec umbiculum quidem.*

petierunt = PRrG Arg.b 𝔛. w 𝔑 — 𝔖 = *petierint.* r𝔊1. — 𝔅1. = *morbum profitetur.* Rell. etiam Gr. ∞. P = *credulitas saeuo.*

laxatur = ci. Lips. Gro 𝔅1. 𝔖. PrGw Arg.b γδεϑυκνστ Pr.a d P1. 2. 4. Col. 𝔑 — 𝔅 = *taxatur.* Pr.b = *texatur.* Rβ P3. 𝔊 1. — 𝔔4. = *detegitur.* ζo = *detegit et prodit.* αλμπυ cod. Lips. 𝔛𝔐u 𝔐a = *detexitur.* η = *taxatur et errantem prodit.* K in sequentibus mancus est.

20. G recc. ρρ = *Adice illum ignorantem.* P = *parum exparata.* Arg.b + *et incertos.* w + *incertos et languescentes oculos.* 𝔛 = *oculos gaudii in errantem.* G Col. = *gradum morantem.* R + *verba promentem.* Arg.b — *ipsa* ante *mobilia.* P = *vel aliquo turbine.* ν mo = *aquilonis turbine.* G = *viscera ipsa extendit.* P1. 4. P3. (cr. ∞) = *dum illius sita est.*

PG(s∞) = *quid curo somno vitiatur.* 𝔛 = *quid est cura somno.* G (n.) Arg.b Pall. = *crudelitas facta est.*

21. PGw + *a bello defensa.* de quo vide. ν = *contumacissimas.* π = *contumacissimas gentes.* rw 𝔑 — 𝔅 = *in alienum redegit.* G(s∞) = *agit.* εζηιμ = *invictas acies.* G (m∞) = *convinctos acie.* G (m ∞) P 1. (cr. ∞) P3. (cr. ∞) = *tot homines per quas.* Col. = *tot hyemes per aquas.* Etiam G (cr. ∞) = *per aquas.* 𝔑 = *demiserunt.*

G (m∞) = *intemperantia vivendi.* G P1. 3. = *fatalis servus.* w = *fatalis cifus.* m𝔔2. = *perdidit.*

22. P 1. 3. 4. = *propitiationes tuas.* P = *tuas tracti somno.*

superstes toti conuiuio fueris, cum omnes uiceris uirtute magnifica et nemo tam uini capax fuerit: uinceris a dolio. M. Antonium, magnum uirum et ingenii nobilis, quae alia res perdidit et in externos mores ac uitia non Romana traiecit quam ebrietas
23 nec minor uino Cleopatrae amor? Haec illum res hostem reipublicae, haec hostibus suis inparem reddidit. haec crudelem fecit, cum capita principum ciuitatis coenanti referrentur, cum inter adparatissimas epulas luxusque regales ora ac manus proscriptorum recognosceret, cum uino grauis sitiret tamen sanguinem. Intolerabile erat, quod ebrius fiebat: quanto intolerabi-
24 lius, quod haec in ipsa ebrietate faciebat? Fere uinolentiam crudelitas sequitur: uiolatur enim exasperaturque sanitas mentis. Quemadmodum difficiles faciunt oculos diutini morbi etiam ad minimam radii solis offensionem, ita ebrietates continuae

RX = *toto convivio* r + *ac cubitantes ac vomitantes.*

X = *recusaverunt.* R + *et vinceris.* G(cr. ∞) = *qui multas res perdidit.* r = *extremos mores.* G(cr. ∞) = *Romana transierit.* P1. 3. 4. ℭ = *transiecit.* Rell. ∞. rγδ = *ebrietas et exicialis urbi Cleopatrae amor.* Col. = *nec minor vini exitialis urbi Cleopatrem amor.* βοπφ ℬ + *nec minor vino exitialis urbi Cl. a.*

23. *quod ebrius fiebat: quanto intol.* = βζϑμοσ Pr.b tres Ops. cod. Lips. (Elect. I, 16.) P 2. (p.m.) ℭ. Rrw mG αεηικλνπτφ P2. (s.m.) 4. ℜ — ℬ + *quod ebrius fiebat, cum haec* [mG ρρ P2. 4. = *hoc*] *faceret.* et P bis haec eadem exhibet. Col. + *ebrius fiebat, dum hoc faceret.* Gγδ P1. 3. = *quod ebrius faceret: quanto.* Arg.b = *ebrius sitiebat, cum hoc faceret: quanto.* 𝔊1. — ℭ = *ebrius faciebat, si sobrius faceret: quanto.* 𝔐 — 𝔐a = *faciebat, etiamsi sobrius faceret.* X + *non fiebat, cum hoc faceret.* Arg.b = *quod hoc in ipsa.*

24. Arg.b = *Vere vinolentiam.* G = *violentiam.*

violatur = Rυ quidam Pinc. ℜ — ℬ 𝔊 — ℭ. P 2. = *vilatur.* PGw P4. quidam Pinc. = *villatur.* P1. 3. = *vellatur.* Cod. divae Mariae Salmentic. X = *bellatur.* unde Pinc. ci. = *belluatur* „i. e. in belluae naturam transit." Col. = *bullatur.* 𝔊 1. 2. = *vallatur.* r = *Efferatur.* Rell. ρρ (exc. υ) = *vallatur, vellatur, vellitur, villatur, bullatur.* Lips. ci. = *fellatur* aut *biliatur.* Gron. putat olim fuisse *libatur*, quod, cum scriptum esset *livatur*, abierit in eas scripturas, quae nunc a codd. feruntur.

Quemadmodum difficiles faciunt oculos = RXℜ — ℭ. G = *quam difficilem faciunt d'ni morbi ad mortem.* r = *quam difficilem faciunt intimi morbi.* w = *quem difficiles faciunt diutini morbi.* P = *quem difficilesque faciunt diutini morbi.* Arg.b = *Quem difficilesque faciunt divini morbi.* Cod. Iur. = *Quemadmodum afficiunt oculos diutini morbi.* De reliquis nihil proditur. GR ℜ — X = *et ad nimiam radii solis.* r = *et ad minimam rabiosi offensionem.* w = *et ad minimam babidos off.* Arg.b = *et ad nimiam radios offensionem.* β = *solis ostensionem.* Rw (cr. ∞) = *ita ebrietas.*

efferant animos. Nam cum saepe apud se non sint, consuetudine insaniae durata uitia uino concepta etiam sine illo ualent. Dic ergo quare sapiens non debeat ebrius fieri. deformitatem rei et inportunitatem ostende rebus, non uerbis. Quod facillimum est, proba istas quae uoluptates uocantur, ubi transscenderint modum, poenas esse. Nam si illud argumentaberis sapientem multo uino inebriari et retinere rectum tenorem, etiam si temulentus sit: licet colligas nec ueneno poto moriturum nec sopore sumpto dormiturum nec elleboro accepto quicquid in uiscеribus haerebit eiecturum deiecturumque. Sed si temptantur pedes, lingua non constat: quid est quare illum existimes in parte sobrium esse, in parte ebrium? Uale.

EPISTULA LXXXIV.

Seneca Lucilio suo salutem.

Itinera ista quae segnitiem mihi excutiunt et ualitudini meae prodesse iudico et studiis. Quare ualitudinem adiuuent uides: cum pigrum me et neglegentem corporis literarum amor faciat, aliena opera exerceor. Studiis quare prosint indicabo. A lectionibus non recessi. Sunt autem, ut existimo, necessariae:

Gwr Arg.b antiqq. ρρ P1. 2. 3. 4. ϒ Ɛ1. 2. = *apud se non sunt.* P2. + *et consuetudine.* G (cr. ∞) w Arg.b P 1. 3. = *consuetudo insaniae* ∞. P 4. ed. Tauchn. = *consuetudo insaniae durat ac vitia vino.* νοφ = *consuetudo insaniae durat: vitia.* Ex. Fac. et Primit. = *non sint, ubi consuetudo insaniae durata est.* Rell. ∞. rP2. + *vitia* [P2. *vitia* tantum in marg. habet et ab al. m.] *cum vino concepta.* P + *e vino conc.* Pall. = *et sine illa valent.* Recc. ρρ Col. + *etiam tunc* [Col. = *et tunc*] *sine illo valent.*

25. r = *et inoportunitatem.* Arg.b = *Proba ista quae.* G (cr. ∞) ϒ = *transcenderunt.* P3. 4. = *transcendunt.* P 1. = *transcendum.* R = *Nam si istud.* PrGw ρρ Gr. ϒℜ — ϒƐ1. = *argumentaveris.* ℑ = *argumentaris.* Gwr nonn. ρρ ϒℜ — Ɠ = *veneno potato.* Quidam ex recc. ρρ = *veneni potu.* P4. — *nec sopore sumpto dormiturum.* Col. — *nec.* ενσ mo ℜ — ℑ Ɛ2. — ℜ = *nec uopio sumpto.* Rell. etiam Iur. ∞. Arg.b = *Sed si titubant pedes.* ℜ = *non constant.* Pr Arg. b ϒ = *quidem quare.* G(m∞) — *in parte sobrium esse.*

Ep. LXXXIV.

segnitiem = mss. (exc. μν) ϒℜ — ƓƓ. μν ℜ — ℜα = *segnitiam.* RG = *adiuvant.* w(s∞) = *adiuvit.* Vημν Iur. = *pigrum viae et negl.* t = *pigrum vitae et negl.* ℜ — ϒ = *aliena corpora.* G(s∞) R μν alii ρρ P1. 2. 3. Col. ϒℜ — Ɛ1.Ɠ = *exerceo.* Rell. ∞. r = *Studia quare.* wArg.b P1. 2. ϒℜ — ƓƓ = *Studio.* G P1. 3. — *Studiis.* Rell. ∞. Col. P2. (p.m.) = *a lectoribus.* rGw (maior pars ρρ) P1. P2. (p.m.) P3. (p.m.) P4. ℜ — ℬ1. (exc. Grα) — *non* ante *recessi.* PRβιλπφ ScCol. P2. (s.m.) P3. (s.m.) cod. Francisc. ϒGroℜu—Ɛ∞. r = *existimo necesse.* P1. 3. =

primum ne sim me uno contentus. deinde ut, cum ab aliis quaesita cognouero, tum et de inuentis iudicem et cogitem de inueniendis. Alit lectio ingenium et studio fatigatum, non sine
2 studio tamen, reficit. Nec scribere tantum nec tantum legere debemus: altera res contristabit, uires exhauriet (de stilo dico), altera soluet ac diluet. Inuicem huc et illo commeandum est et alterum altero temperandum, ut quicquid lectione collectum est stilus redigat in corpus. Apes, ut aiunt, debemus imitari quae uagantur et flores ad mel faciendum idoneos carpunt, deinde quicquid adtulere disponunt ac per fauos digerunt et, ut Uergilius noster ait,

liquentia mella
Stipant et dulci distendunt nectare cellas.

3 De illis non satis constat utrum succum ex floribus ducant qui protinus mel sit, an quae collegerunt in huuc saporem mixtura quadam et proprietate spiritus sui mutent. Quibusdam enim placet non faciendi mellis scientiam esse illis, sed colligendi. Aiunt inueniri apud Indos mel in arundinum foliis quod aut ros illius coeli aut ipsius arundinis humor dulcis et pinguior gignat.
4 in nostris quoque herbis uim eamdem, sed minus manifestam et notabilem poni quam prosequatur et contrahat animal huic rei

exist. necessar i i. P4. = *neces-sar i a.* rGArg.b P4. = *primo ne sim.* Col. = *p r i o r i ne sim.* P = *ne sim e uno.* G P1. 3. = *t a m e n et de inventis.* Rw = *tum e t i a m de inventis.* r = *c u m de inventis.* ϒ = *c u m et de inventis.*

2. Recc. ρρ = *tamen, refic i t u r. contristabit, vires exhauriet* = ℜ—𝔅. 𝔊 1. — 𝔖 + *et vires exhaur.* Mss. ϒ + *contr. vires e t exhauriet.* 𝔅1. — 𝔑a = *c o n t r a st a b i t et vires exh.* contra mstos. G P1. 3. 4. = *de stilo l o q u o r.* w — *dico.* P = *solvet ac d e l u e t.* w = *e t diluet.*

h u c et illo commeandum. Ita scripsi contra codices, qui omnes habent *hoc:* sed saepissime mss. *u* in *o* mutant, ut exempla proferre supersedeam. sP GwrV αγδζηϑικμνοστυ Ops. Pall. Pinc. omnes cod. Iur. ϒ𝔊1. 𝔑u — 𝔖 (sed 𝔑u 𝔑a — *et*) = *h o c et illo commeandum est.* P = *h o c et illo comm e n d a n d u m est.* mG Arg.b P4. (s.m.) Col. ℜ 𝔅 𝔊2. — 𝔅1. = *h o c et illo comm u t a n d u m est.* (𝔊2. — 𝔅1. — *et.*) R = *h o c et i l l u d comm u t a n d u m est.* Maior pars Pinc. = *alterum altero r e p a r a n d u m.* w (cr. ∞) = *quicquid a b s t u l e r e.*

3. R = *De i l l o non satis.* Recc. ρρ nonn. ℜ — 𝔅 = *mel f i t.* R = *quae colleg e r a n t in u n u m.* ϒ = *colleg e r i n t.* ℜ — 𝔅 = *proprietate sui s p e c i e s mutent.* P2. = *Quibusdam t a n t u m placet.* Steph. (Prood. II, 3.) ci. = *Quibusdam t a m e n* et + *Aiunt e n i m.* Recc. ρρ nonn. = *scientiam i n e s s e.* Rrw = *i p s i u s coeli.* PrArg.b = *g i g n i t.*

4. ℜ — 𝔅 + *sequatur e t p o n a t.* R = *et colli g a t animal.* P = *et c o n t r a u t animal.*

genitum. Quidam existimant conditura et dispositione in hanc qualitatem uerti quae ex tenerrimis uirentium florentiumque decerpserint: non sine quodam, ut ita dicam, fermento quo in unum diuersa coalescunt. Sed ne ad aliud quam de quo agitur 5
adducar, nos quoque has apes debemus imitari et quaecumque ex diuersa lectione congessimus separare: melius enim distincta seruantur. deinde adhibita ingenii nostri cura et facultate in unum saporem uaria illa libamenta confundere, ut, etiam si adparuerit unde sumptum sit, aliud tamen esse quam unde sumptum est adpareat: quod in corpore nostro uidemus siue ulla opera 6
nostra facere naturam. Alimenta quae accepimus, quamdiu in sua qualitate perdurant et solida innatant stomacho, onera sunt: at cum ex eo quod erant mutata sunt, tunc demum in uires et in sanguinem transeunt. Idem in his quibus aluntur ingenia praestemus, ut quaecumque hausimus non patiamur integra esse ne aliena sint. Concoquamus illa: alioquin in memoriam ibunt, 7
non in ingenium. Adsentiamur illis fideliter et nostra faciamus, ut unum quiddam fiat ex multis, sicut unus numerus fit ex singulis, cum minores summas et dissidentes conputatio una conprehendit. Hoc faciat animus noster: omnia quibus est adiutus abscondat, ipsum tantum ostendat quod effecit. Etiam si cuius 8
in te conparebit similitudo quem admiratio tibi altius fixerit, si-

R + *conditura quadam.* G — *in* ante *unum coalescunt.*

5. *adducar* = PRrGw ϒℜ — 𝔊1. 𝔊2. — 𝔖 = *abducar.* Rell. n. l. *has apes* = mss. etiam Gr. ϒℜ — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 — *has.* wℜ — 𝔗 = *lectione collegimus.* Arg.b Ναεϑλμνοσ ℜ — 𝔅 mm𝔊1. 2. 𝔊 = *ingenii nostri aura.* γδ habent *aura* et *cura.* t = *ing. nostri aula.* ℜ — 𝔗 = *et ubi etiam si apparuerit.* Arg.b — *unde* ante *sumptum.*

6. Rrw = *quae accipimus.* GP1. 3 4. = *in sui qualitate.* ℜ — 𝔗 = *atqui cum eo quod erant.* G = *in mutata sunt.*

GP1. 3. 4. + *et in vires.* mγ = *in venas.* Arg.b = *in illis quibus aluntur.* P — *his.* r = *et quaecumque.* G = *quicumque hausimus.* G (lit.) βειχλπτ ℜ — 𝔅 = *nec aliena. sed concoq.* Optimus cod. Ops. Mod. = *nec aliena sint. Concoq.* γ𝔊2. — 𝔐 + *ne aliena sint. Sed concoq.* ϒ𝔖 = *nec aliena. Concoq.* Rell. etiam Gr. ∞. w = *Concocamus.* 𝔖 = *alioqui* contra mstos et imprr. Gw — *in* ante *ingenium.*

7. rG Gr. ℜ — 𝔅𝔖 = *Assentiamus illis.* Rell. ∞. P1. 3. — *ut* ante *unum quiddam.* r = *una comprehendat.* Gv nonn. alii ρρ = *ipsum tamen ostendat.* wv nonn. alii ρρ = *quod efficit.*

8. *Etiam si cuius* = PArg.b μν ϒℜ — 𝔅𝔖. P2. = *Etiam sicut in te.* Correctum ex. Pinc. = *Quodsi alicuius.* Rell. mss. 𝔊1. — 𝔐a. = *Etiamsi alicuius.* Gw recc. ρρ nonn. P1. 3. 4. Col. ϒ = *vitae* pro *in te.* GP1. = *similitudo sic cooperabit.* P3. = *sim. sic cooperabitur.* P4. = *sim. sic comparabit.* ϒ = *comparabitur simil.* Col. = *sim. apparebit.*

Gw𝔊2. — 𝔐 = *quam admiratio tibi.* G (mω) P1. 3. (σr. ∞) =

milem esse te uolo quomodo filium, non quomodo imaginem: imago res mortua est. Quid ergo? non intellegetur cuius imiteris orationem? cuius argumentationem? cuius sententias? Puto aliquando ne intellegi quidem posse, si magni uiri ingenium omnibus quae ex quo uelut exemplari adstruxit formam suam

illius fuerit. similem. G = *non intelligeretur.* 𝔍u = *n. intelligitur.*

si magni viri ingenium omnibus quae ex quo velut exemplari adstruxit formam suam inpressit, ut in unitatem illa conpetant. 𝔈 = ∞ *ex quo voluit exemplari* ∞. Ruben. ci. = ∞ *quae ex quoque velut* [vel *ex quo voluit*] *exemplari traxit* ∞. Mire variant mss. in hoc loco valde depravato: certe β (?) γ nonn. Pinc. habent *si magni viri ingenium* (π = *si magni vir ingenii*), et βγ etiam in reliquis consentiunt, praeterquam quod scribunt *exemplaria struxit.* P = *si magni viri nec enim omnibus quae ex quo velut exemplaria traxit* ∞ *et invitantem illa conpetat* (Ops. = *et invitantem illa conpetat* vel *et invitatem illa conpetat* vel *et in veritatem illa conpetat*). r = *sibi magni viri nec enim omnibus quae ex eo velud exemplaria traxit* ∞ *et in unitatem* ∞. R P3. (s.m.) = *si* [sR + *est*] *magni viri nec enim* [mR = *Ennii*] *omnibus quae echo velut exemplaria struxit* ∞ *illam* ∞ (P3. = *et in veritatem illam conpetat*). w = *si magni viri nicenii* [= cod. Heins. m𝔈 1. = *Necenii*] *omnibusque ex quo velut exemplaria traxit* ∞ *illam conpetat.* GP1. P 3. (p.m.) = *si magni viri nec enim* [mG = *Ennii. r.*] *ex omnibus quae ex quo velut exemplaria strucxit* [sic certe G] *formam suam impressit et* [sG = *ut*] *veritatem illam competant* [P1. 3. = *competat*]. P2. = *si magni viri Ennii r. nec enim omnibus quae equo velut exemplaria struxit formam suam expressit ut unitatem cum illa petant.* Arg.b = *si magni viri nec enim omnibus quae ex aequo traxit velut exemplari formam suam impressit et in veritate illa competat.* P4. = *posse imagini internii viri: nec enim omnibus quae ex quo velut exemplari attraxit* [ita commode poterat edi et fortasse debebat] ∞ *et unitatem cum illa competat.* Col. = *si est magni viri Ennii. nec enim omnibus quae ex quo velut exemplaria struxit* ∞ *ut unitatem cum illa petat.* αβ (?) εϑιχτυ = *sic est magni viri Ennii.* o = *sicut magni viri Ennii.* λμπ = *quae echo.* Rell. ρρ = *quae ex eo, ex aequo, ex quo*: nullus = *ex quoque.* Solus υ = *exemplaria traxit*: rell. ρρ = *exemplaria struxit.* αβεζιλμππ = *ut unitatem cum illa petant.* γδϑ = *ut in veritate illa competat* (*competant*). o = *et imitantem illa competant.* φ = *et unitatem illam computat.* Quaedam exx. Pinc. = *in unitatem illa computat.* Rell. ρρ = *in unitatem illa competat.* Quidam Pinc. = *ex aequo*, alii = *exemplari*, alii = *struxit.* Cod. Lips. = *nec enim ex omnibus quae heco vel ex quo.* Lips. ci. = *nec enim omnibus, quae velut exemplaria struxit, formam sui impressit, ut in veritatem illam competant.* 𝔄𝔈 1. — 𝔅 1. = *posse, si* [𝔄 — *si*] *magni viri* [𝔄 + *ennii*]. *nec enim omnibus quae ex quoque* [𝔄 = *quae heco.* 𝔈 1. = *quae ex quo*] *velut exemplaria traxit* [𝔄 = *struxit*] *formam suam impressit, ut unitatem cum illa petant* [𝔐 — 𝔅 1. = *ut in unitatem illa competant*]. 𝔑 — 𝔙 = *si* [𝔙 + *est*] *magni viri Enni* [𝔍𝔙 = *Ennii*]. *nec enim omnibus quae ex quo velut exemplaria struxit formam suam impressit, ut in unitatem illa* [𝔙 = *illam*] *petant* [𝔙 = *competant*]. 𝔎u 𝔐a ex ci.

inpressit, ut in unitatem illa conpetant. Non uides quam mul- 9
torum uocibus chorus constet? unus tamen ex omnibus sonus redditur: aliqua illic acuta est, aliqua grauis, aliqua media. accedunt uiris feminae, interponuntur tibiae. singulorum illic latent uoces, omnium adparent. De choro dico quem ueteres philosophi nouerant. In commissionibus nostris plus cantorum est quam in theatris olim spectatorum fuit. cum omnes uias or- 10
do canentium inpleuit et cauea aeneatoribus cincta est et ex pulpito omne tibiarum genus organorumque consonuit, fit concentus ex dissonis. Talem animum esse nostrum uolo, ut multae in illo artes, multa praecepta sint, multarum aetatum exempla, sed in unum conspirata. Quomodo, inquis, hoc effici poterit? Adsidua intentione: si nihil egerimus nisi ratione suadente. Hanc si audire uolueris, dicet tibi: Relinque ista iamdudum ad 11
quae discurritur. relinque diuitias, aut periculum possidentium aut onus. relinque corporis atque animi uoluptates: molliunt

Ruhk. = *si magni Virgilii: nec enim omnibus, quae ex quo velut exemplari traxit, formam* ∞. Postea Ruhk. scribi voluit *si magni Virgilii ingenium omnibus* etc. Censor ed. Ruhk. (Diar. Litt. Ien. a. 1813. m. Iun. p. 407.) ci. = *si magni viri ingenium omnibus quae ex quoque velut exemplari traxit formam* etc. Erm. ci. = *si magni viri: nec enim ex omnibus exemplaria traxit* vel *traxerit.* Si quis miretur ex *ingenium* facta esse *nec enim, nicenii, Ennii*, alia: consideret vetustam scripturam INCENIUM, ex qua primum factum NCENIUM absorpta I ab eadem littera praecedenti: deinde orta sunt reliqua.

9. r = *Non vides quod multorum.* r = *una tamen ex omnibus.* PrG (s∞) Arg.b P1. 3. 4. tres Ops. 𝔄 — *sonus.* Arg.b = *reddit.*

G(m∞) P1. 3. = *singulorum illi dant voces.* P2. = *singulorum illis dant voces.* Pro *philosophi* Lips. ci. *philodi.* r = *In commixtionibus.* Unus Ops. = *commessionibus.* RwP 3. Col 𝔄𝔑 — 𝔐 = *in commessationibus.* Arg.b = *In consessionibus.* αεγμν ∞: rell. ρρ = *commessationibus, comestionibus, commixtionibus.*

10. G = *omnis vias.* G = *et caduca a venatoribus sita est.* R𝔄𝔑 — 𝔊2. = *et cavea venatoribus.* μ nonn. alii ρρ = *et cavea a venatoribus.* P2. = *et cavea a venatoribus evicta est.* Arg.b = *et cavea cantoribus.* γδ = *et cavea a viatoribus.* P1. 3. = ∞ *sita est.* Rell. etiam ex. Fac. et Prim. ∞. GGr. 𝔄𝔑 — 𝔅 — *ut* ante *multae.* Arg.b — *multae* ante *in illo artes* et + *multa in illo praecepta* et = *multarum gentium exemplar.* GP1. 2. 3. Col. = *praecepta sunt.* Grut. ci. = *sunto.* r = *si nihil egerimus fusa ratione suadenti cesserimus, hanc si.* Arg.b = *egerimus fusi ratione.* γδη = *egerimus frustra ratione.* G = *si nil senserimus nisi rationi suadenti.* ζμ 𝔄𝔑 — 𝔅 = *nisi* [ζμ 𝔄 = *si*] *rationi cesserimus suadenti.* PArg.b = *ratione suadenti.* ευ = *nisi cesserimus rationi suadenti.* ν addit etiam *nihil vitaverimus nisi ratione suadente:* sed notat haec non in omnibus exemplaribus legi.

11. G𝔑 — 𝔅 = *aut animi vo-*

et eneruant. relinque ambitum: tumida res est, uana, uentosa. nullum habet terminum. tam sollicita est ne quem ante se uideat quam ne post se. laborat inuidia et quidem duplici: ui-
12 des autem quam miser sit, si is cui inuidetur et inuidet. Intueris illas potentium domos, illa tumultuosa rixa salutantium limina? multum habent contumeliarum, ut intres, plus, cum intraueris. Praeteri istos gradus diuitum et magno adgestu suspensa uestibula: non in praerupto tantum illic stabis, sed in lubrico. Huc potius te ad sapientiam dirige tranquillissimasque
13 res eius et simul amplissimas pete. Quaecumque uidentur eminere in rebus humanis, quamuis pusilla sint et conparatione humillimorum exstent, per difficiles tamen et arduos tramites adeuntur. Confragosa in fastigium dignitatis uia est. At si conscendere hunc uerticem libet cui se fortuna submisit, omnia quidem sub te quae pro excelsissimis habentur adspicies, sed tamen uenies ad summa per planum. Uale.

EPISTULA LXXXV.

Seneca Lucilio suo salutem.

Peperceram tibi et quicquid nodosi adhuc supererat praetereieram contentus quasi gustum tibi dare eorum quae a nostris dicuntur, ut probetur *uirtus ad explendam beatam uitam*

luptates. P1. = *aut animi voluntates.* P3. + *relinque corporis uoluptates aut animi uoluntates.* Gw P1. 3. = *timida res est.*

quam ne post se = ηϑκμνο quidam Pinc. Probat Grut. Pinc. v. l. ℭ𝔊 + *quam ne alium post se.* 𝔩 — 𝔖 + *quam ne post se alium.* R mG ρρ (exc. ηϑκμνο) P2. Col. 𝔄𝔑 — ℭ1. 𝔑 + *quam ne* [R p.m. = *nec*] *se post alium.* P3. = *quam ne se posse altum.* PrGw Arg.b V P1. 4. — *post.* G(s∞) = *inuidiae.*

12. w = *illas potentum.* G = *illas potentias domus.* r + *multum enim habent.* G = *Praeter istos.* P = *magno adiestu.* w = *ad gesta.* R = *magno gestu.* r = *magno usu.* mG 𝔑 — 𝔗 = *magno aggressu.*

illic stabis = rGw 𝔑 — 𝔅. R ℭ1. — 𝔖 = *istic stabis.* 𝔄 = *istic stabilis.* P — *illic stabis — potius te.* Rell. n. l. R = *Hac potius te.*

res eius = mss. etiam Pinc. P2. Col. Pr.b Sc 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. ℭ1. — 𝔑a — *eius.* P1. = *tranq. quaere et simul ampl. pete.* P3. = *tranquillissimasque eius et simul ampl. pete.*

13 R + *et in comparatione.*

GP1. = *Transfagosa infastigium.* P3. = *Transfragosa.* 𝔄 = *hanc verticem.* r = *pro excellentissimis.* P = *adspicias.* G = *adspicere rs haberentur.* 𝔑 — 𝔅 = *prospicies.*

Ep. LXXXV.

V pauca tantum huius epistolae continet. Arg.b — *adhuc.* G = *praeterirem.* GP1. 3. = *ut prohibetur.* GP 1. 3. Col. = *virtus ad exemplandam.*

sola satis efficax. Iubes me quicquid est interrogationum aut nostrarum aut ad traductionem nostram excogitatarum conprendere: quod si facere uoluero, non erit epistula, sed liber. Illud totiens testor hoc me argumentorum genere non delectari. Pudet in aciem descendere pro dis hominibusque susceptam subula armatum. *Qui prudens est et temperans est. qui temperans est et constans. qui constans est inperturbatus est. qui inperturbatus est sine tristitia est. qui sine tristitia est beatus est: ergo prudens beatus est et prudentia ad beatam uitam satis est.* Huic collectioni hoc modo Peripateticorum quidam respondent, ut inperturbatum et constantem et sine tristitia sic interpretentur, tamquam *inperturbatus* dicatur qui raro perturbatur et modice, non qui numquam. item *sine tristitia* eum dici aiunt qui non est obnoxius tristitiae nec frequens nimiusue in hoc uitio: illud enim humanam naturam negare alicuius animum inmunem esse tristitia. sapientem non uinci moerore, ceterum tangi. et cetera in hunc modum sectae suae respondentia. Non his tollunt adfectus, sed temperant. Quantulum autem sapienti damus, si inbecillissimis fortior est et moestissimis laetior et effrenatissimis moderatior et humillimis maior? Quid, si miretur uelocitatem suam laudans ad claudos debilesque respiciens?

2 3 4

𝔄 = *Iube me.* R = *a traditione nostra excog.* ϙοϙ 𝔄𝔊 1. — 𝔐 = *ad traditionem.* Sw malebat *ad traductionem nostrorum.* G (sω) = *excogitare comprehendere.* Nonn. recc. ρρ = *excogitatum.*

𝔄 = *Istud totiens.* r = *argumenti genere.* 𝔑 — 𝔗 = *Puderet in aciem.* G = *pro his omnibusque susceptam.* γδη = *suscepta subula.* mγ = *susceptis subula.* 𝔄 = *suscipiam subula.*

2. 𝔄 — *et* ante *temperans est.* 𝔑 — 𝔅 = *constans est* om. *et.* GArg.b + *et constans est.* 𝔊1. — 𝔖 + *et inperturbatus est.* P = *qui perturbatus est.* r — *ergo prudens beatus est.* P3. — *hoc modo.* R (lit.) rG P1. 3. 4. 𝔗𝔅 = *Peripatetici quidam.* 𝔑 = *Peripatetici quiddam.* w = *Peripatetici quaedam.* P1. 3. 4. = *responderunt.*

3. G(mω) = *iam sine tristitia.* R = *nec frequens nimis.* ɛ𝔑 — 𝔅 + *illud enim esset hum.* Noun. alii ρρ + *illud enim est hum.* 𝔊1. = *Illum enim hum.* 𝔑 — 𝔅 = *humanam vitam.* Rr = *immunem esse tristitiae.* *Non his tollunt* = mss. 𝔄𝔑 — 𝔐. 𝔔2. — 𝔖 = *Non hi tollunt.* Sed in nota 𝔔2. habet *his.* 𝔑 — 𝔅 = *Quantum autem sapienti.* *inbecillissimis* = mss. (exc. P Arg.bσ P1. 4. P3. p.m.) etiam Gr. Ops. Ss. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. σ (Arg.b P1. 4.) P3. p.m. 𝔊1. — 𝔐a = *imbecillimis.* P = *inbecillimi.* r = *et effeminatissimis moderatior.*

4. r = *Quid si quis iret velocitatem.* 𝔐 — 𝔅1. ex ci. Lips. = *velocitatem suam Ladas* (de *Lada* cursore celeberrimo cf. praeter alios Fr. Jacobs ad Anall. III, 2. p. 58.) et confirmari videtur Lipsii coniectura codd. αγδ = *vel. suam lau-*

Illa uel intactae segetis per summa uolaret
Gramina nec cursu teneras laesisset aristas,
Uel mare per medium fluctu suspensa tumenti
Ferret iter celeres nec tingeret aequore plantas.

Haec est pernicitas per se aestimata, non quae tardissimorum conlatione laudatur. Quid, si *sanum* uoces leuiter febri-
5 citantem? non est bona ualitudo mediocritas morbi. Sic, inquit, sapiens *inperturbatus* dicitur, quomodo apyrina dicuntur, non quibus nulla inest duritia granorum, sed quibus minor. Falsum est. Non enim diminutionem malorum in bono uiro intellego, sed uacationem: nulla debent esse, non parua: nam si ulla sunt, crescent et interim inpedient. Quomodo oculos maior et perfe-
6 cta suffusio excaecat, sic modica turbat. Si das aliquos adfectus sapienti, inpar illis erit ratio et uelut torrente quodam auferetur, praesertim cum illi non unum adfectum, sed uniuersum adfectuum coetum relinquis cum quo conluctetur. Sed omnis plus potest quamuis mediocrium turba quam posset unius magni uiolentia. Habet pecuniae cupiditatem, sed modicam. habet ambitionem, sed non concitatam. habet iracundiam, sed placabilem. habet inconstantiam, sed minus uagam ac mobilem. ha-
7 bet libidinem, non insanam. Melius cum illo ageretur qui unum uitium integrum haberet quam cum eo qui leuiora quidem, sed omnia. Deinde nihil interest quam magnus sit adfectus: quan-

das. At reliqui libri omnes ∞, et facile, quod monet Ruhk., ex superioribus suppletur *sapiens.* Arg.b = *fluctum suspensa.* Pr = *tinguueret.* Arg.b ΥΘ1. 2. = *Quod si sanum.*

5. P = *apirina.* rw ρρ = *aprina.* GRΥ = *a prima.* ℜ = *a priua.* Col. rell. Θ1. — Θ ∞.

ℜ — ℑ = *sed euacuationem.*

Θ1. — ℜα = *Nam si ulla sint* contra mstos. r = *crescunt.*

Gζϑφ = *iterum impedient.* o = *iter impedient.*

6. G(s∞) *torrente quadam.*

ℜ—ℑ Θ2. — ℬ1. — *adfectum* post *unum.* P = *non unum adfectum, sed uniuersum adfectuum, sed cum quo conluctetur* rell. om. rγδη ϑναφ = *cum illi non unus adfectus sit cum quo colluctetur* rell. om. GwArg.b = *illi non unum adfectum, sed cum quo colluctetur* rell. om. P1. = *illi non unum affectum, sed cum quo reluctetur.* (R = ∞ *re colluctetur*). P3. = *illi non unum affectum cum quo colluctetur* rell. om. P4. = *non unum affectum des, sed eum cum quo colluctetur.* Grut. ci. = *non unum des affectum cum quo colluctetur* rell. om. Rell. ∞.

Sed omnis plus potest = mss. etiam Gr. ΥΝ — ΘS. ℜ — ℜα — *Sed omnis.* ℜ — *posset* ante *unius magni.* Arg.b = *minus magni.* r = *si placabilem.*

non insanam = Pμν alii ρρ duo Ops. mG. Ambian. ΥS + *sed non insanam.* r = *sed non insaniam.* GwRℜ — ℜα = *non insaniam.*

7. r + *Melius autem cum illo.* w = *cum eo.* G + *sed levia omnia.*

tuscumque est parere nescit, consilium non accipit. Quemadmodum rationi nullum animal obtemperat, non ferum, non domesticum et mite: (natura enim illorum est surda suadenti:) sic non sequuntur, non audiunt adfectus quantulicumque sunt. Tigres leonesque numquam feritatem exuunt, aliquando sub- 8
mittunt. et cum minime exspectaueris, exasperatur toruitas mitigata. numquam bona fide uitia mansuescunt. Deinde, si ratio proficit, ne incipient quidem adfectus: si inuita ratione coeperint, inuita perseuerabunt. Facilius est enim initia illorum prohibere quam inpetum regere. Falsa est itaque ista *mediocri-* 9
tas et inutilis, eodem loco habenda quo, si quis diceret modice insaniendum, modice aegrotandum. Sola uirtus habet (non recipiunt animi mala) temperamentum: facilius sustuleris illa quam rexeris. Numquid dubium est quin uitia mentis humanae inueterata et dura quae *morbos* uocamus inmoderata sint ut auaritia, ut crudelitas, ut inpotentia, inpietas? Ergo inmoderati sunt et adfectus: ab his enim ad illa transitur. Deinde si 10
das aliquid iuris tristitiae, timori, cupiditati ceterisque motibus prauis, non erunt in nostra potestate. Quare? quia extra nos sunt quibus iuritantur. Itaque crescent, prout magnas baduerint minoresue causas quibus concitentur. Maior erit timor, si plus quo exterreatur aut propius adspexerit, acrior cupiditas quo illam amplioris rei spes euocauerit. Si in nostra potestate 11
non est an sint adfectus, ne illud quidem est quanti sint: si ipsis permisisti incipere, cum causis suis crescent tantique erunt

o = *non domitum et mite.* Arg.b — *est* ante *surda.* Gwr ℜ = *secuntur.*

quantulicumque sunt = Pr. Gw R ℑℜ — 𝔖 = *q. sint.* Rell. n. l.

8. Rw mG Arg. b recc. nonn. ρρ ℜ — 𝔅 + *feritatem suam.* GP1. 3. = *et cum ouem exspectaueris.* P = *torpitas mitigat.* G(m∞) = *uitia marcescunt.* r = *inuita ratio.* rArg.b = *uitia illorum.*

9. P4. = *Falsa est enim.* 𝔄𝔈1. — 𝔐 = *Falsa est utique.*

eodem loco = PGR r meliores Ss. ℑℜ — 𝔅𝔖. wℭ1. — 𝔐a + *eodemque loco.* 𝔄 — *modice aegrotandum.* sR recc. ρρ nonn. P2. Col. = *Solida virtus.* RP3. = *habeat.* wGr. (?) = *non recipiunt animalia.* GP 1. 3. ℑℜ — 𝔗 = *mala temperamenta.* w = *vocamus inueterata.* G = *et innocentia impietas.* Prw = *ut innocentia inpietas.* Arg.b μν alii recc. ρρ 𝔄 = *ut nocentia.* ℭ1. = *et nocentia impietas.* ℭ2. — 𝔐a + *ut impietas.* r = *ergo moderati sunt.* Gw — *et* ante *adfectus.*

10. G𝔄 = *ceteris* om. *que.* Rr ℑℜ — 𝔐 = *si moribus pravis.* w𝔄 = *Ita crescent.*

crescent = Prw Arg.b μν fere omnes alii ρρ Sc ℑ𝔖. RGℜ — 𝔐a = *crescunt.* G(m∞) = *maior enim timor.* GP1. 3. = *si plus quo exerceatur.* P4. = *si plus aequo exterreatur.*

11. r = *crescunt.*

quanto fient. Adice nunc quod ista, quamuis exigua sint, in maius excedunt: numquam perniciosa seruant modum. Quamuis leuia initia morborum serpunt et aegra corpora minima interdum mergit accessio. Illud uero cuius dementiae est credere quarum rerum extra nostrum arbitrium posita principia sunt
12 earum nostri esse arbitrii terminos? Quomodo ad id finiendum satis ualeo ad quod prohibendum parum ualui, cum facilius sit excludere quam admissa conprimere? Quidam ita distinxerunt, ut dicerent: *Temperans ac prudens positione quidem mentis et habitu tranquillus est, euentu non est. Nam quantum ad habitum mentis suae non perturbatur nec contristatur nec timet: sed multae extrinsecus causae incidunt quae illi*
13 *perturbationem adferant.* Tale est quod uolunt dicere: iracundum quidem illum non esse, irasci tamen aliquando. et timidum quidem non esse, timere tamen aliquando, id est uitio timoris carere, adfectu non carere. Quod si recipitur, usu frequenti timor transibit in uitium et ira in animum admissa habitum illum ira carentis animi retexet. Praeterea si non contemnit uenientes extrinsecus causas et aliquid timet, cum fortiter cundum erit aduersus tela, ignes, pro patria, legibus, libertate, cunctanter exibit et animo recedente. Non cadit autem in sa-
14 pientem haec diuersitas mentis. Illud praeterea iudico obseruandum, ne duo quae separatim probanda sunt misceamus. Per se enim colligitur unum bonum esse quod honestum, per se rur-

quanto fient = PGw𝔄𝔑 — 𝔗. RrB — 𝔖 = *quanti fient.* Rell. n. l. 𝔊1. — 𝔐a = *quantum vis exigua* contra mstos etiam Sc. R = *in maius excedent.* G(m∞) = *vitia morborum.* w = *interdum mersit.* 𝔄 = *mergit accersio.* ν nonn. alii ρρ = *Illud ergo cuius dem.* G (s∞) 𝔄 = *dementia est.* 𝔄 — *principia.*

12. 𝔄 = *Quomodo ad id sumendum.* w(s∞) = *Quidam ita dixerunt ut.* ζϽτ = *prudens bonae quidem mentis habitu* om. *et.* Etiam G Pl. 3. = *bonae quidem mentis* (ortum hoc ex *pone* i. e. *positione*). sGαβειντ+ *eventu vero non est.* Gw = *causae accidunt.*

13. 𝔄 — *et timidum — aliquando.* Arg.b — *quidem* post *timidum.* Arg.b𝔑 — 𝔅 = *timere autem aliquando.* PArg.b ρρ (exc. λ) 𝔄𝔑 — 𝔗 = *Quod si recipit.* G = *Quod si non recipit.* w = *Quod si recepit.*

transibit — retexet = Pr λν nonn. alii ρρ 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. R Arg.b 𝔄 = *transibit — retexit.* G = *transibit — recessit.* w𝔊1. — 𝔐a = *transit — retexit.* P = *venientis extrinsecus.* Recc. ρρ + *tela ignesque* vel *tela et ignes.* w = *constanter exibit.*

14. GArg.b Pl. 4. = *iudicio obseruandum.* Col. + *iudico non obseruandum.* r + *quod honestum est.* Pl. P3.(n.) + *quod honestum omnes concedunt ad beate viuendum. Rursus per se.* w — *per se rursus — honestum.*

sus ad uitam beatam satis esse uirtutem. Si unum bonum est quod honestum, omnes concedunt ad beate uiuendum sufficere uirtutem: e contrario non remittetur, si beatum sola uirtus facit, unum bonum esse quod honestum est. Xenocrates et Speu- 15
sippus putant *beatum uel sola uirtute fieri posse, non tamen unum bonum esse quod honestum est.* Epicurus quoque iudicat, *cum uirtutem habeat, beatum esse, sed ipsam uirtutem non satis esse ad beatam uitam, quia beatam efficiat uoluptas quae ex uirtute est, non ipsa uirtus.* Inepta distinctio: idem enim negat *umquam uirtutem esse sine uoluptate.* Ita si ei iuncta semper est atque inseparabilis, et sola satis est: habet enim secum uoluptatem sine qua non est, etiam cum sola est. Illud autem absurdum est quod dicitur *beatum* quidem fu- 16
turum uel sola uirtute, non futurum autem *perfecte beatum.* quod quemadmodum fieri possit non reperio. Beata enim uita bonum in se perfectum habet, inexsuperabile. quod si est, perfecte beata est. Si deorum uita nihil habet maius aut melius, beata autem uita diuina est: nihil habet in quod amplius possit adtolli. Praeterea si beata uita nullius est indigens, omnis beata uita perfecta est eademque est et beata et beatissima. Numquid 17
dubitas quin beata uita summum bonum sit? ergo si summum bonum habet, summe beata est. Quemadmodum summum adiectionem non recipit: (quid enim supra summum erit?) ita ne beata quidem uita quae sine summo bono non est. Quod si aliquem magis beatum induxeris, et multo magis innumerabilia dis-

R = *Si enim unum bonum esse quod honestum est.* ℜ — ℬ + *Si enim unum bonum est quod honestum est.* R = *virtus faciat.*

15. r = *Senocrates.* 𝔛 — *Xenocrates — quod honestum est.* R — *est* post *honestum.* r = *cum virtute habeat.* βζλ + *cum qui virtutem habeat.* Arg.b = *et beatum efficiat.* PG = *efficiat voluntas.* Arg.b = *id est enim negatum quam virtutem esse.* Etiam G P1. = *negatum quam.* P2. 4. Col. 𝔛ℜ — 𝔊ℓ. = *negat numquam virtutem.* R = *etiam sola satis est.*

16. w — *autem* ante *absurdum.* w = *perfectum habet inexpugnabile.* rG = *perfecta beata est.* P1. 4. Col. = *perfecta est, beata est.* P3. = *perfecta est beata vita.* w(s∞) = *perfecte bona est.* RG (s∞) = *maius vel melius.* Arg.b = *maius aut levius.* Gw = *in quo amplius possit attolli.*

17. Rrw mG P2. Col. sP 3. ℜ — ℬ + *Quemadmodum summum bonum.* ℭ + *Q. s.* [*bonum*]. P4. — *summum.* RrGw φχ et fere omnes ρρ Ops. Gr. 𝔛ℜ — ℬℭ + *induxeris, induces.* X + *induxeris aut induces.* PArg.b 𝔛𝔊1. — 𝔐a ∞. rφχ = *et multos et magis.*

crimina summi boni facies, cum *summum bonum* intellegam
18 quod supra se gradum non habet. Si est aliquis minus beatus quam alius, sequitur ut hic alterius uitam beatioris magis concupiscat quam suam. Beatus autem nihil suae praefert. Utrumlibet ex his incredibile est: aut aliquid beato restare quod esse quam quod est malit, aut id illum non malle quod illo melius est. Utique enim quo prudentior est hoc magis se ad id quod est optimum extendet et id omni modo consequi cupiet. Quomodo autem beatus est qui cupere etiamnunc potest, immo qui
19 debet? Dicam quid sit ex quo ueniat hic error. Nesciunt beatam uitam unam esse. In optimo illam statu ponit qualitas sua, non magnitudo. Itaque in aequo est longa et breuis, diffusa et angustior, in multa loca multasque partes distributa et in unum coacta. Qui illam numero aestimat et mensura et partibus id illi quod habet eximium eripit. Quid autem est in beata uita eximium? quod plena est. Finis, ut puto, edendi bibendique satietas est. Hic plus edit, ille minus: quid refert? uterque iam satur est. hic plus bibit, ille minus: quid refert? uterque
20 non sitit. hic pluribus annis uixit, hic paucioribus: nihil interest, si tam illum multi anni beatum fecerunt quam hunc pauci. Ille quem tu minus beatum uocas non est beatus: non potest nomen inminui. *Qui fortis est sine timore est. qui sine timore est sine tristitia est. qui sine tristitia est beatus est.* Nostrorum haec interrogatio est. Aduersus hanc sic respondere conantur: *falsam nos rem et controuersiosam pro confessa*

β = *summum bonum facies.* RP2. (s∞) S — *facies.* In λπσ *facies* est expunctum. Rell. omnes ∞.

Recc. ρρ plerique = *cum summum bonum intellig as.*

18. w = *Si est alius minus.* Arg.b — *nihil* ante *suae praefert.* R(s∞) ℜ — 𝔗 — *id* ante *illum non malle.* r + *quod illud illo melius.* ν = *quod ille melior est.* 𝔄 = *quod illa melius est.* r = *quoque prudentior est.* r = *optimum extendit.* G(m∞) = *etiamnunc premio qui debet.*

19. r = *beatam vitam bonum unum esse.* γδυ = *b. vitam unum esse.*

id illi quod habet eximium = mss. (exc. Sc) 𝔄ℜ — ℭS. Sc — *id.* ℜ — ℜa = *iam illi q. h. ex.*

Finis, ut puto = mss. etiam Ops. 𝔄ℜ — ℭ1. 24. S. ℭ2. — ℜa (exc. 24.) = *Finis, ut puta.* o = *edenti bibentique.* G = *ille minus quidem, uterque.* ι = *utrique iam satis est.* G(s∞) — *iam.*

20. R = *multi anni* [s *beatum*] *fecerint.* Etiam w = *fecerint.* sR = *numen imminui.* P2. Col. P3. (s.m.) = *numen minui.* π = *numerus imminui.* r = *Quid fortis est?* R + *Nostrorum autem haec.* Arg.b = *Adversus hanc respondere sic conantur.*

RGw P2. 3. Col. ℜ — 𝔗 = *et controversiam.* ℜ — 𝔅1. = *et controversam.* Rell. etiam ssR P2. 3. ∞.

uindicare. cum qui fortis est sine timore esse. Quid ergo? 21
inquit, fortis inminentia mala non timebit? istud dementis alienatique, non fortis est. Ille uero, inquit, moderatissime timet: sed in totum extra metum non est. Qui hoc dicunt rursus in idem reuoluuntur, ut illis uirtutum loco sint minora uitia. Nam qui timet quidem, sed rarius et minus, non caret malitia, sed leuiore uexatur. At enim dementem puto qui mala inminentia non extimescit. Uerum est quod dicis, si mala sunt: sed si 22
scit mala illa non esse et unam tantum turpitudinem malum iudicat, debebit secure pericula adspicere et aliis timenda contemnere. aut si stulti et amentis est mala non timere, quo quis prudentior est hoc timebit magis. Ut uobis, inquit, uidetur, praebebit se periculis fortis. Minime: non timebit illa, sed uitabit: cautio illum decet, timor non decet. Quid ergo? inquit: mor- 23
tem, uincula, ignes, alia tela fortunae non timebit? Non: scit enim illa non esse mala, sed uideri. omnia ista humanae uitae formidiues putat. Describe captiuitatem, uerbera, catenas, egestatem et membrorum lacerationes uel per morbum uel per iniuriam et quicquid aliud adtuleris: inter lymphaticos metus uumerat. Ista timidis timenda sunt. Au id existimas malum ad quod aliquando nobis nostra sponte ueniendum est? Quaeris quid sit malum? Cedere his quae mala uocantur et illis libertatem suam dedere pro qua cuncta patienda sunt. Perit liber- 24

uindicare = mss. (exc. w recc. ρρ P2.) etiam Gr. Ops. S. w recc. ρρ P2. ΑΜ — G = *iudicare*. M — Ma = *inducere* ex ing. Mur.

21. G recc. ρρ nonn. = *Quid ergo, inquis.* w(s∞) = *eminentia mala.* r = *istuc dementis.*

G = *in toto extra metum.* νυ = *ex toto extra metum.*

Qui hoc dicunt = mss. ΑR — S = *Qui haec dicunt.* R = *resolvuntur ut in illis.* r = *Et enim dementem.* G (s∞) = *non pertimescit.*

22. *Verum est quod dicis* = mss. etiam Sc ΑR — G1. S. G2. — Ma = *dicit.* r = *et unum tantum turpitudinem.* R Pinc. v. l. GG = *at si stulti et amentis.*

P = *prudentior est obtimebit magis.* r = *Ut inquit nobis videtur.* GGr. = *Ut nobis inquit vid.* Arg.b — *inquit.* R = *sed evitabit.* w = *si vitabit.*

Ju — *timor non decet.*

23. *Quid ergo, inquit* = mss. ΑBS (P = *inquid*). R — Ma (exc. B) = *inquis.* w = *vincla.*

GΑM = *Describere captivitatem.* rG = *egestates.* Arg.b = *lacerationem.* γδηϛιχλμνοπσυOps. = *lymphatos metus.* P1. 4. = *limphatos metus.* P2. Col. Α = *lymphaticos metuentes.* rG1. 2. = *numera.* Arg.bσ = *enumerat.* Α = *Ipsa timidis.* ΑG1. — Ma — *nobis* post *aliquando* contra mstos etiam Ops. Gr. P4. — *aliquando.* P1. — *sponte.* r = *sponte nostra.* Α = *Credere usque mala vocantur.* PG = *iis quae mala.* R = *libertatem suam debere.*

tas, nisi illa contemnimus quae nobis iugum inponunt. Non dubitarent quid conueniret forti uiro, si scirent quid esset *fortitudo*. Non est enim inconsulta temeritas nec periculorum amor nec formidabilium adpetitio: scientia est distinguendi quid sit malum et quid non sit. Diligentissima in tutela sui fortitudo est et eadem patientissima eorum quibus falsa species malorum est. Quid ergo? si ferrum intemptatur ceruicibus uiri fortis, si pars subinde alia atque alia subfoditur, si uiscera sua in sinu suo uidit, si ex interuallo, quo magis tormenta sentiat, repetitur et per adsiccata uiscera recens dimittitur sanguis: non timere istum tu dices nec dolere? Iste uero dolet: sensum enim hominis nulla exuit uirtus. sed non timet: inuictus ex alto dolores suos spectat. Quaeris quis tunc animus illi sit? Qui aegrum amicum adhortantibus. *Quod malum est nocet. quod nocet deteriorem facit. dolor et paupertas deteriorem non faciunt: ergo mala non sunt.* Falsum est, inquit, quod proponitis: non enim, si quid nocet, etiam deteriorem facit. Tempestas et procella nocent gubernatori, non tamen illum deteriorem faciunt. Quidam Stoici ita aduersus hoc respondent: Deteriorem fieri gubernatorem tempestate ac procella, quia non possit id quod proposuit efficere nec tenere cursum

24. G (mω) P1. 3. 4. Col. = *nisi illa contempserimus.* P = *enim consulta.* r = *quod sit malum et quod non sit.* PG (sω) = *in tutela vi.* RP3. = *in tutelam sui.* „quod mihi ambrosia omni dulcius." Grut. r = *in tutelam levi fort.* Arg.b — *sui.* Arg.b — *est* post *species malorum.*

25. P1. Col. = *viscera nostra.* P3. = *viscera ipsa.* Rμ nonn. alii ρρ P2. 3. = *in sinu suo videt.* ℜ — 𝔅 = *in sinu suo viderit.* Arg.b = *commenta sentiat.* Pinc. ci. = *referitur* pro *repetitur.* w + *et si per adsiccata.* 𝔊1. — 𝔅1. = *per siccata viscera.* Quidam Pinc. = *per exsiccata v.* Rell. etiam Pinc. Gr. Gron. ω. Gron. ci. = *per adsiccata vulnera.* (P3.) 𝔊 — 𝔐a = *demittitur* ex ci. Pinc. r = *demittetur singulis non.* Arg.b = *demittatur.* w = *remittitur.* Gℜ — 𝔅 = *nec timere.* Prw Arg.b μν et fere omnes ρρ 𝔄ℜ — 𝔗 = *non timet?* ℜ — 𝔗 + *Istum tu dices nec timere nec dolere.* Arg.b = *dicis.*

nec dolere = mss. ℜ — 𝔅. 𝔄 𝔊1. — 𝔊 = *non dolere.* mG αει λπτ ℜ — 𝔗 + *Eya qui aegrum amicum.* μ + *Eia qui aegr. am.* 𝔄 = *Eya aegrum amicum.*

26. P + *Falsum est ergo.* r + *sed dolor et paup.* P4. = *quod proposititis.* wCol. = *quod proponis.* 𝔄𝔊1. — 𝔐a = *quod proponitur.* Rell. etium Gr. Ops. ω.

Arg.b — *Tempestas — faciunt. nocent — faciunt* = Prw. GR 𝔄ℜ — 𝔊 = *nocet — facit.* Rell. n. l. Arg.b = *Stoicis ita.*

haberi prorsus persuasimus. Quam multi furto non erubescunt, quam multi adulterio gloriantur? Nam sacrilegia minuta puniuntur, magna in triumphis feruntur. Adice nunc quod sacrilegium, si omnino ex aliqua parte bonum est, etiam honestum erit et recte factum uocabitur: nostra enim actio est. quod nullius mortalium cogitatio recipit. Ergo bona nasci ex malo non possunt. Nam si, ut dicitis, ob hoc unum sacrilegium malum 21
est, quia multum mali adfert, si remiseris illi supplicia, si securitatem spoponderis, ex toto bonum erit. Atqui maximum scelerum supplicium in ipsis est. Erras, inquam, si illa ad carnificem aut ad carcerem differs: statim puniuntur cum facta sunt, immo dum fiunt. Non nascitur itaque ex malo bonum, non magis quam ficus ex olea. Ad semen nata respondent: bona degenerare non possunt. Quemadmodum ex turpi hone- 22

P2. 3. n.) ℜ — 𝔊 + *ex malo non fit. diuitiae fiunt: fiunt autem.* 𝔞𝔱 + *ex malo non fit. diuitiae ex malo fiunt: fiunt autem.* 𝔐 = *non fit: diuitiae fiunt ex auaritia: diuitiae ergo non.* ν ℜ — 𝔅 = *diuitiae ergo non sunt bonae.*

19. Arg.b — *quidem* post *itaque malum.* r = *facit quam bonum.* 𝔄 + *in sollicitudine.* wSorb.Arg.b — *et* post *tormentis.* G(n.) P1. 3. 4. Col. 𝔄𝔊1. 2. + *ut recipit.* GSorb. P1. = *fieri oportuniosius potest.* R mG rArg.b P3. (s.m.) 4. Col. 𝔄𝔐 — 𝔊2. = *portentuosius.*

20. RSorb. ρρ 𝔄𝔐 — 𝔐 = *Quam sacrilegium, furtum.* ℜ — 𝔊 + *et adulterium* contra mstos. Pinc. ci. = *prorsus persuasi sumus.* μ𝔄 = *Quod multi furto* et *quod multi adulterio.* r — *in* ante *triumphis.* GSorb. P1. 3. 4. Col. = *nostra quoque actio est.* P2. = *quod tamen nullius mortalium cognitio recipit.* R = *nasci ex illo non possunt.*

21. Rw Sorb. Arg.b vett. ρρ Gr. 𝔄𝔐 — 𝔊1. = *Nam sicut dicitis.* r = *Nam si, ut dicis.* P1. 3. = *sacril. ex hoc.* ℜ — 𝔗 — *ob.* Sorb. = *multum mali affert.* w — *mali.* G(cr. ∞) = *afferes.* Sorb. μ nonn. alii ρρ P2. Col. Sc 𝔄𝔐 — 𝔅𝔖 = *si remiseritis — spoponderitis.* P1. 3. — *si.* P1. = *remissis.* r = *sposponderis.* Cod. Iur. = *a carnifice aut a carcere.* Sorb. = *ad artificem.* Gw — *ad* ante *carcerem.* G = *differes.* Gw RArg.b ℜ — 𝔅 = *ex bono malum.* G(s∞)r Sorb. 𝔄 = *ficus ex oleo.*

stum non nascitur, ita ne ex malo quidem bonum: nam idem est honestum et bonum. Quidam ex nostris aduersus hoc sic respondent: *Putemus pecuniam bonum esse undecumque sumptam: non tamen ideo ex sacrilegio pecunia est, etiam si ex sacrilegio sumitur.* Hoc sic intellege. In eadem urna et aurum est et uipera: si aurum ex urna sustuleris, quia illic et uipera est, non ideo, inquam, mihi urna aurum dat, quia
23 uiperam habet, sed aurum dat, cum et uiperam habeat. Eodem modo ex sacrilegio lucrum fit, non quia turpe et sceleratum est sacrilegium, sed quia et lucrum habet. Quemadmodum in illa urna uipera malum est, non aurum quod cum uipera iacet, sic in sacrilegio malum est scelus, non lucrum. A quibus dissentio: dissimillima enim utriusque rei condicio est. Illic aurum possum sine uipera tollere. illic lucrum sine sacrilegio facere non possum. Lucrum illud non est adpositum sceleri, sed
24 inmixtum. *Quod dum consequi uolumus, in multa mala incidimus id bonum non est. dum diuitias autem consequi uolumus, in multa mala incidimus: ergo diuitiae bonum non sunt.* Duas, inquit, significationes habet propositio uestra: unam *dum diuitias consequi uolumus, in multa nos mala incidere.* in multa autem mala incidimus, et dum uirtutem

22. wArg.b = *nec ex malo q.* G = *ne exemplo quidem.* w = *non idem est honestum.* r — *et bonum.* G(s∞) Sorb. (s∞) vett. ρρ 𝔄 — *sic* ante *respondent.* R + *ex sacrilegio pecunia sumitur.* Gw = *substuleris.* G Sorb. — *est* post *vipera.*

inquam = Rr Sorb. Arg.b Ops. P2. P3. (r. m.) Sc 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. wsG = *inquit.* G rell. Gr. 𝔊1. — 𝔐α — *inquam.* r = *quia viperam habeat.* rG (s∞) = *cum et viperam habet.* Sorb. = *cum et vipera habet.*

23. 𝔑 — 𝔐α = *non qua turpe — sed qua lucrum* contra mstos etiam Gr. Ss. 𝔊1. — 𝔐α — *et* ante *lucrum* contra mstos. R + *Quemadmodum et in illa urna.* 𝔄 hic et supra pro *urna* scribit *vena.*

A quibus dissentio = xP4. 𝔖. r = *Sed quibusdam dissimillima.* wϑνοσ P1. 3. Pr.bd = *a quibus dissimillima.* G (lit.) R Sorb. sλ su P2. Col. Sc Pr.a 𝔄𝔑 — 𝔐α = *Quibus opponitur dissim.* Arg.b = *A quibus enim dissimillima.* λτυ = *quibus dissim.* mmγδη = *Sed dissimillima utriusque conditio est.* Apparet propter similitudinem verborum *dissentio* et *dissimillima* illud excidisse et mox locum amplius esse corruptum. Pinc. Pr.bd 𝔑 — 𝔖 — *enim* post *dissimillima.* P2. 𝔑 — 𝔅 + *diss. enim eius.*

illic lucrum = mss. (exc. RP4.) etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊2. RP4. P3. (s.m.) Pinc. ci. 𝔊 — 𝔖 = *hic lucrum.*

Lucrum illud = mss. 𝔄𝔑 — 𝔊1. 𝔊2. — 𝔖 = *Lucrum istud.*

24. r + *id quod bonum non est. dum divitias autem* = mss. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔖. 𝔊1. — 𝔐α — *autem.*

RArg.b Gr. (exc. P4., qui hic plura omittit) 𝔄𝔊1. = *propositio nostra.* Aliqui codd. Pinc. — *vestra.*

consequi uolumus. Aliquis, dum nauigat studii causa, naufragium fecit, aliquis captus est. Altera significatio talis est: *Per* 25 *quod in mala incidimus bonum non est.* Huic propositioni non erit consequens per diuitias nos aut per uoluptates in mala incidere: aut si per diuitias in multa mala incidimus, non tantum bonum diuitiae non sunt, sed malum sunt. Uos autem tantum *illas* dicitis *bonum non esse.* Praeterea, inquit, conceditis diuitias habere aliquid usus. inter *commoda* illas numeratis. Atqui eadem ratione ne commodum quidem erunt: per illas enim multa nobis incommoda eueniunt. His quidam hoc respon- 26 dent: Erratis qui incommoda diuitiis iuputatis. Illae neminem laedunt: aut sua nocet cuique stultitia aut aliena nequitia, sic quemadmodum gladius qui neminem occidit occidentis telum est. Non ideo diuitiae tibi nocent, si propter diuitias tibi nocetur. Posidonius, ut ego existimo, melius: qui ait *diuitias esse cau-* 27 *sam malorum, non quia ipsae faciunt aliquid, sed quia facturos irritant.* Alia est enim causa efficiens quae protinus necesse est noceat, alia praecedens: hanc praecedentem causam diuitiae habent. Inflant animos, superbiam pariunt, inuidiam

25. P1. = *per quod mala incendimus bonum est.* P3. 𝔄 = *per quod in mala incidimus bonum est* om. *non.* G Sorb. P2. Col. — *id* ante *bonum non est.* G(cr.∞) Pr.bd = *Huic propositio.* unde Sw. suspicatur = *propositio.* ν = *et per voluptates.* rν nonn. alii ρρ — *sunt* post *sed malum.* G(cr.∞) P1. 3. = *inquit, concedimus.* Gwr Gr. 𝔑 — 𝔙 = *atque eadem ratione.* R = *ne commoda quidem.* Sorb. μνοσυ 𝔄𝔊 1. = *ratione commodum quidem non erunt.* P3.(s.m.) = *ratione commoda quidem non erunt.* rw sG Arg.b rell. ρρ P4. 𝔑 — 𝔙 = *in commodum quidem erunt.* Col. = *in commode quidem erunt.* G = *ratione commodum quidem emetuerunt.* P1. = *ratione commodum quod emetuere.* P2. = *ratione in commodum emetuerunt.* P3. = *ratione commodum quod emetuerunt.* Excidit *ne* propter similem syllabam in *ratione:* deinde cum desideraretur negatio, vel *in* ante *commodum* supplerunt librarii vel *non* ante *erunt,* vel alio modo aberrarunt.

26. G(s∞) Arg.b P1. 3. = *qui commoda divitiis.* ν nonn. alii ρρ + *Illae enim neminem.* Sorb. = *neminem ludunt.* G(s∞) Sorb. μν 𝔑 — 𝔄 = *ac sua nocet.* Nonn. alii ρρ P1. 3. = 𝔙 = *At sua nocet.* 𝔄𝔊 1. 2. = *et sua cuique nocet.*

sua nocet cuique = mss. 𝔑 — 𝔙. 𝔄𝔊 1. — 𝔐a = *sua cuique nocet.* 𝔊 = *nocet sua cuique.* GArg.b 𝔑 — 𝔙 — *qui* ante *neminem occidit.* GP 1. 𝔑 — 𝔙 + *et occidentis.* P3. 4. Col. + *sed occidentis.* Unus Ops. + *occidentis tamen.*

Gw Arg.b = *sed propter divitias.*

27. ν = *Possidonium ego existimo melius.*

quia ipsae faciunt = mss. 𝔑 — 𝔙. 𝔄𝔊 1. — 𝔊 = *faciant.*

Nonn. ex recc. ρρ = *sed quia factores irritant.* w = *inflammant animos.* ν = *in vitia*

contrahunt et usque eo mentem alienant, ut fama pecuniae nos
28 etiam nocitura delectet. Bona autem omnia carere culpa decet: pura sunt, non corrumpunt animos, non sollicitant. extollunt quidem et dilatant, sed sine tumore. Quae bona sunt fiduciam faciunt, diuitiae audaciam. quae bona sunt magnitudinem animi dant, diuitiae insolentiam. Nihil autem aliud est insolentia quam species magnitudinis falsa. Isto modo, inquit, etiam malum
29 sunt diuitiae, non tantum bonum non sunt. Essent malum, si per se nocerent, si, ut dixi, haberent efficientem causam: nunc praecedentem habent et quidem non inritantem tantum animos, sed adtrahentem. Speciem enim boni obfundunt uerisimilem ac
30 plerisque credibilem. Habet uirtus quoque praecedentem causam ad inuidiam: multis enim propter sapientiam, multis propter iustitiam inuidetur: sed nec ex se hanc causam habet nec uerisimilem. Contra enim uerisimilior illa species hominum animis obicitur a uirtute quae illos in amorem et admirationem uocet.
31 Posidonius sic interrogandum ait: *Quae neque magnitudinem animo dant nec fiduciam nec securitatem non sunt bona. diuitiae autem et bona ualitudo et similia his nihil horum faciunt: ergo non sunt bona.* Hanc interrogationem magis
32 etiamnunc hoc modo intendit: *Quae neque magnitudinem animo dant nec fiduciam nec securitatem, contra autem*

contrahunt. r = *contrahunt in usque eo.* Arg.b = *nocitura delectent.*

28. *Bona autem omnia* = mss. (etiam Gr.) 𝔄𝔑 — 𝔅. 𝔊1. — 𝔖 = *Bona autem omni* ex ing. Ermi. Hoc retinuissem, si liceret per mstos. P1. 4. = *culpa docet.* P3. = *culpa docent.* r = *non compungunt animos.* R (s∞ 𝔄𝔑 = *sed sine timore.* Gw sSorb. ρρ (exc. γδλ) Ss. 𝔄𝔑 — 𝔊 = *magnitudinis falsae.* Sorb. = *m. falso.* *Isto modo, inquit* = mss. etiam Prr. 𝔑 — 𝔅𝔖 (P = *inquid*). 𝔄𝔊1. — 𝔄𝔞 = *inquis.* P1. 3. = *non tamen bonum non sunt.* s.m. + *sed etiam malum.* P2. = *nec tamen bonum non sunt, sed etiam malum.* Col. 𝔑 — 𝔅 = *nec tantum bonum non sunt, sed etiam malum.* R Sorb. 𝔄 + *non sunt, sed etiam malum.*

29. RGw Sorb. Arg.b ρρ Pinc. v. l. Gr. Prr. 𝔅 = *si ipsae nocerent.* 𝔑 — 𝔄 = *si ipsi nocerent.* w — *boni* post *Speciem enim.*

obfundunt (*off.*) = Pw Arg.b ν. μυ = *offendunt.* GRr Sorb. (rell. ρρ) 𝔄𝔑 — 𝔊 = *ostendunt.*

30. P = *addi invidiam.* Sorb. — *enim* post *multis.* Pr G(m∞) Sorb. Arg.b = *sed necesse hanc causam.* 𝔄 = *ne verisimilem.* r — *enim* post *Contra.* G = *vocat.*

31. 𝔄 + *sic ad interrogandum.* P + *animo non dant.* R(s∞) = *animi dant.* w = *neque fid. neque secur.* Arg.b — *non sunt bona — nec fiduciam nec securitatem* §. 32. w — *divitiae autem — ergo non sunt bona.* r = *nihil horum conferunt.*

32. w = *animi dant.*

insolentiam, tumorem, arrogantiam creant mala sunt. a fortuitis autem in haec impellimur: ergo non sunt bona. Hac, inquit, ratione ne commoda quidem ista erunt. Alia est 33
commodorum condicio, alia bonorum. Commodum est quod plus usus habet quam molestiae. bonum sincerum esse debet et ab omni parte innoxium. Non est id bonum quod plus prodest, sed quod tantum prodest. Praeterea commodum et ad animalia pertinet et ad inperfectos homines et ad stultos. Itaque potest ei esse incommodum mixtum. sed commodum dicitur a maiore sui parte aestimatum. Bonum ad unum sapientem pertinet. inuiolatum esse oportet. Bonum animum habe. Unus tibi nodus, sed Herculaneus restat. *Ex malis bonum non fit. ex* 34
multis paupertatibus diuitiae fiunt: ergo diuitiae bonum non sunt. Hanc interrogationem nostri non agnoscunt: Peripatetici et fingunt illam et soluunt. Ait autem Posidonius hoc sophisma per omnes dialecticorum scholas iactatum sic ab Antipatro refelli: *Paupertas non per positionem dicitur, sed per detra-* 35
ctionem uel, ut antiqui dixerunt, *per orbationem* (Graeci κατὰ στέρησιν dicunt). *non quod habeat dicitur, sed quod non habeat. Itaque ex multis inanibus nihil inpleri potest: diuitias multae res faciunt, non multae inopiae. Aliter*, inquit,

R(s∞)ℜ—𝔅 = *insolentiam tumorem.* G𝔊—𝔅 = *in hoc impellimur.* RArg.b ℜ — 𝔅 = *nec commoda quidem.* Arg.b = *ista essent.*

33. *Praeterea commodum* = mss. etiam Gr. Ss. 𝔄ℜ — 𝔊1. 𝔖. 𝔊2. — 𝔑a = *Propterea c.* r = *incommodum.* Arg.b — *ad* ante *stultos.* ℜ — 𝔅 = *Itaque potest esse eis.* GP1. 3. 4. Col. = *eis esse.* P = *incommodo mixtum.* 𝔄 = *si commodum dicatur.* *a maiore sui parte* = mss. 𝔄ℜ — 𝔔4. (𝔔2. = *suae parte*). 𝔊ro — 𝔖 = *sua parte.* Sorb. (cr.∞) = *aestimandum.* P4. = *inviolatum est.* GwR Sorb. Arg.b ρρ Gr. 𝔄ℜ — 𝔊 = *bonum animum habere.* Sed Pr. Pinc. v. l. ∞.

34. P = *Haec interrogationem.* r = *interrogationem nostrum non noscunt.* Cod. Iur. = *Peripatetici effingunt illam.* w — *dialecticorum.* ℜ = *ab Antipatre.*

35. Gw Sorb. Arg.b ρρ Iur. P2. 4. Col. Ss. (?) 𝔄𝔅𝔊1. 𝔖 = *non per possessionem.* (Sw. putat Senecam hac voce interpretatum esse Graecam ἕξιν.) P1. 3. = *non propter possessionem.* ℜ — 𝔗 = *non per possessorem.* PRr𝔔2. — 𝔑a ∞. Gw Sorb. — *per* ante *orbationem.* R + *quod Graeci dicunt.*

κατὰ στέρησιν = Prw 𝔊 — 𝔖. G = *tactpuem.* mG = KATACTHPHCYN. Sorb. = τας. τ. ρησιν. Arg.b = *kata ctephein.* ℜ𝔅 — κατὰ. RℜℜT pro his vocibus habent spatium vacuum. 𝔊1. 2. = στέρησιν *cum dicunt.* ultima sunt ex 𝔛 petita. Arg.b ν nonn. alii ρρ Sc Pr.bd Pinc. 𝔛 = *non quod habeat dicit.* ℜ — 𝔅𝔖 = *n. quod h. dicta.*

Aliter inquit = mss. (exc. P1.) etiam Gr. 𝔄ℜ — 𝔔2.𝔖. Pinc. v. l. 𝔊𝔊 + *Aliter enim inquit.* P1. = *Aliter enim* om. *inquit.* 𝔑 — 𝔑a — *inquit.*

35 *quam debes paupertatem intellegis. Paupertas enim est non quae pauca possidet, sed quae multa non possidet. Ita non ab eo dicitur quod habet, sed ab eo quod ei deest.* Facilius quod uolo exprimerem, si Latinum uerbum esset quo ἀνυπαρξία significatur. Hanc paupertati Antipater adsignat. Ego non uideo quid aliud sit *paupertas* quam *parui possessio.*
37 De isto uidebimus, si quando ualde uacabit, quae sit diuitiarum, quae paupertatis substantia: sed tunc quoque considerabimus numquid satius sit paupertatem permulcere, diuitiis demere supercilium quam litigare de uerbis, quasi iam de rebus iudicatum
38 sit. Putemus nos ad concionem uocatos. Lex de abolendis diuitiis fertur: his interrogationibus suasuri aut dissuasuri sumus? his effecturi, ut populus Romanus paupertatem, fundamentum et causam imperii sui, requirat ac laudet, diuitias autem suas timeat? ut cogitet has se apud uictos reperisse, hinc ambitum et largitiones et tumultus in Urbem sanctissimam temperantissimamque inrupisse, nimis luxuriose ostentari gentium spolia, quod unus populus eripuerit omnibus facilius ab omnibus uni eripi posse. Haec satius est suadere et expugnare adfectus, non circumscribere. Si possumus, fortius loquamur: si minus, apertius. Uale.

36. *Paupertas enim est* = mss. ℜ — ℬ. 𝔄𝔊1. — 𝔖 — *enim.* r = *dicitur qui habet.* ℜ — 𝔗 = *quod sibi deest.*

ἀνυπαρξία = P GroS. wεημνφ Ops. Prr. = ANHYIIAPΞIA. (H est aspirationis nota.) G = ANHXTIa-*pyeta.* Sorb. = ANΘYIIAP*etiam.* π = αλιγαργυρια. e = *an nptrap-*ȝια. Rr 𝔄 habent spatium vacuum. ℜ — ℬ = *Arnynapicia.* In rell. ρρ et Gr. adeo est corrupta scriptura, ut nihil potuerit elici. Ex portentosa autem scriptura, quam exhibebat Sc, Sw. ci. = ἀναυτάρκεια. 𝔊1. — 𝔑a (exc. Gro) = ἀπορία ex ing. Ermi. G = *quam parca possessio.*

37. GP 1. 3. 4. = *paupertatem promulcere.* w = *quamvis iam de rebus.* r = *Mutemus nos ad concionem.* R = *ad contemntionem.* G (cr. ω) w Sorb. Arg.b ρρ (exc. φ) Pall. mCol. 𝔄ℜ — ℬ = *ad contentionem.* PrCol. φ ω.

38. Sorb. = *aut desuasuri sumus.* r = *requiretur.* rw = *ac laudes.* GSorb. = *et laudes.* r — *ut cogitet.* r + *has apud se.* Gw Sorb. P1. 3. 4. = *apud victores.* GSorb. ℜ — ℬ = *hunc ambitum.* R = *et temperantissimam.* G + *set temperantissimamque.* 𝔄𝔊1. = *temperatissimamque.* ℬ = *et temperatissimam.* ℜ — 𝔗 = *temperantissimamque.* GP 1. 2. Col. P 3. (p.m.) = *ostensuri gentium.* Grut. ci. = *ostensum iri gentium.* R recc. ρρ P2. Col. ℜ — ℬ = *eripuit omnibus.* Pw vett. ρρ et rell. maior pars 𝔄ℬ = *Hanc satius est.* (Referebant enim ad *paupertatem.*) Rell. ρρ = *Hoc, Hinc, Hac satius est.* ℜ — 𝔗 = *Hanc satis est.* G = *Hanc facilius est suadere.* σ = *refrenare affectus.* mt = *expurgare aff.* w = *si possimus, fortius.*

EPISTULA LXXXVIII.

Seneca Lucilio suo salutem.

De *liberalibus studiis* quid sentiam scire desideras. Nullum suspicio, nullum in bonis numero quod ad aes exit. Meritoria artificia sunt, hactenus utilia, si praeparant ingenium, non detinent. Tamdiu enim istis inmorandum est quamdiu nihil animus agere maius potest: rudimenta sunt nostra, non opera. Quare *liberalia studia* dicta sint nides: quia homine libero digna sunt. Ceterum unum studium uere liberale est quod liberum facit. hoc sapientiae, sublime, forte, magnanimum: cetera pusilla et puerilia sunt. An tu quicquam in istis credis esse 2
boni quorum professores turpissimos omnium ac flagitiosissimos cernis? Non discere debemus ista, sed didicisse. Quidam illud de liberalibus studiis quaerendum iudicauerunt an uirum bonum facerent. Ne promittunt quidem nec huius rei scientiam adfectant. *Grammaticus* circa curam sermonis uersatur et, si latius euagari uult, circa historias, iam, ut longissime fines suos proferat, circa carmina. Quid horum ad uirtutem uiam 3
sternit? syllabarum enarratio et uerborum diligentia et fabularum

Ep. LXXXVIII.

Gγδζϑλστ P1. 3. 4. omittunt hanc epistolam: sed λστ P3. eam exhibent post Ep. 124., GP4. post librum de Remediis Fortuitorum. Etiam Erasmus monet eam deesse in quibusdam libris, et Grut. narrat legi in vetere cod. Palatino, qui M. Senecae Declamationes habebat, et inscribi *L. An. Senecae de septem liberalibus artibus incipit feliciter:* idem titulus est in GP4. In R praefiguntur haec: *De septem liberalibus artibus ubi docet his singulis quod animum ad virtutem non perducunt sed praeparant.* Similem praescriptionem etiam in aliis libris habet. In B bis legitur, suo loco et post librum de Brevitate Vitae his praemissis: *Lucii Annei Senecae Ad Liberalem De Studiis Liberalibus.*

r = *quod adhaesit malis.* P5. = *quod adhaesit magis.* P4. = *quod adhaeserit meritoria.* P = *quod adesit malis.* P2. = *quod ades exit mentoria.* Grut. ci. = *quod ab his exit.* H. Aug. Zeibich (Verm. Betrachtungen etc. Leipz. u. Schleiz 1774. III, 3. p. 192.) ci. = *ad aes adhaesit.* Mur. ci. = *Militaria artificia.*

e vett. ρρ Ss.(?) R — GS = *praeparent ing., non detineant.* XP = *praeparent ∞.* r — *enim* post *Tamdiu.* r + *maius non potest.* Rrw = *dicta sunt vides.* Arg b — *dicta.* wArg.b — *vere* ante *liberale est.* w = *quod liberos facit hoc est sapere.* P4. ci. Dalech. = *hoc est sapientem, fortem, sublimem.* M + *hoc sapientiae studium est sublime.* Tres Ops. ℓ — B1. — *est* ante *sapientiae.*

2. r — *turpissimos.* B1. Ru Mα ed. Tauchn. = *debemus istas* ex librarii errore. ατσR — B = *ista, sed dediscere.* Rv = *Quidam istud de lib.* R recc. ρρ + *Sed ne promittunt quidem.* XM = *Nec prom. q.*

3. P4. XP. G1. = *viam struit.* ενο ci. Pinc. = *Syllabarum enumeratio.*

memoria et uersuum lex ac modificatio? Quid ex his metum demit, cupiditatem eximit, libidinem frenat? Ad geometriam transeamus et ad musicen: nihil apud illas inuenies quod uetet timere, uetet cupere. Quisquis haec ignorat alia frustra scit. Uidendum utrum doceant isti uirtutem an non: si non docent, 4 ne tradunt quidem. si docent, philosophi sunt. Uis scire quam non ad docendam uirtutem consederint? adspice quam dissimilia inter se omnium studia sint: atqui similitudo esset idem docentium. Nisi forte tibi Homerum philosophum fuisse persuadeant, cum his ipsis quibus colligunt negent. Nam modo Stoicum illum faciunt uirtutem solam probantem et uoluptates refugientem et ab honesto ne inmortalitatis quidem pretio recedentem, modo Epicureum laudantem statum quietae ciuitatis et inter conuiuia cantusque uitam exigentis, modo Peripateticum bonorum genera 5 inducentem, modo Academicum omnia incerta dicentem. Adparet nihil horum esse in illo, quia omnia sunt: ista enim inter se dissident. Demus illis Homerum philosophum fuisse. Nempe sapiens factus est, antequam carmina ulla cognosceret: ergo illa discamus quae Homerum fecere sapientem. Hoc quidem me quaerere uter maior aetate fuerit Homerus an Hesiodus non magis ad rem pertinet quam scire, cum minor Hecuba fuerit

r = *cupiditatem exprimit.* ℑ = *cup. exemit, lib. fremit.* e𝔑 — 𝔅 = *lib. refrenat.*

musicen = P vett. ρρ. Rrw𝔑 — 𝔊 = *musicam.*

Quisquis haec ignorat = PRe ρρ (exc. φχ) 𝔛𝔑 — 𝔊𝔖. rwArg.b𝔓 — *haec.* φχ𝔐 — 𝔐α = *quae quisquis ignorat.* rwArg.b — *Videndum.*

ne tradunt quidem = Pr Arg.b 𝔖. Rw𝔛𝔓𝔑 — 𝔐α = *nec tr. q.*

4. Arg.b nonn. recc ρρ𝔓 = *Vis scire quod.* Alii recc ρρ = *Vis scire quoniam.* 𝔛𝔓𝔊1. — 𝔊 = *ad docendum virtutem.* e𝔑 — ℑ = *consiederint.* ℑ = *cum sederint.* R(s∞) = *omnia studia.* e = *atque similitudo.*

persuadeant = RPr Gr. w𝔛𝔑 — 𝔖 = *persuadent.* γπ = *his quibus ipsi.* e — *his.* 𝔛𝔓 = *voluptatem refug.* w = *voluptates fugientem.* R(s∞)e𝔑 — ℑ = *Epicurum.* r = *solatium quietae cecitatis.* 𝔑 — ℑ = *nec inter conuiuia.* 𝔅 = *ut inter conv.* w — *vitam.* γτP4. 5. Col. = *vitam exigentem.* P = *Peripatetici.*

R + *tria bonorum genera.* 𝔑 — 𝔖 + *bonorum tria genera.* Arg.b = *bonorum gratiam inducentem.* Rell. etiam Ops. ∞.

5. RP3. = *in illo qui omnia sumit.* γχπ = *cui omnia sunt.* τP4. 5. Col. 𝔊ro— 𝔐α = *cui omnia insunt.* r — *me* ante *quaerere.*

w = *Homerum fecerunt.*

uter maior = PRr μν plerique alii ρρ 𝔑 — 𝔅 = *videtur: aetate fuerit maior.* quod ex *uter* ortum, non ex *utrum* = w𝔛𝔓𝔊1. — 𝔖. 𝔅 = *quaerere verum: aetate fuerit maior.* γτP4. 5. Col. = *maioris aetatis.*

cum minor Hecuba = Pr. Cod. Iur. = *cum maior Hec.* Rw

quam Helena, quare tam male contulerit aetatem. Quid? in- 6
quam, annos Patrocli et Achillis inquirere ad rem existimas pertinere? Quaeris Ulixes ubi errauerit potius quam efficias ne nos semper erremus? Non uacat audire utrum inter Italiam et Siciliam iactatus sit an extra notum nobis orbem: neque enim potuit in tam angusto error esse tam longus. Tempestates nos 7
animi cotidie iactant et nequitia in omnia Ulixis mala inpellit. Non deest forma quae sollicitet oculos, non hostis: hinc monstra effera et humano cruore gaudentia, hinc insidiosa blandimenta aurium, hinc naufragia et tot uarietates malorum. Hoc me doce quomodo patriam amem, quomodo uxorem, quomodo patrem, quomodo ad haec tam honesta uel naufragus nauigem. Quid inquiris an Penelope inpudica fuerit, an uerba seculo suo dederit? an Ulixem illum esse quem uidebat, antequam sciret, suspicata sit? Doce me quid sit pudicitia et quantum in ea bo- 8
num, in corpore an in animo posita sit. Ad *musicum* transeo. Doces me quomodo inter se acutae ac graues uoces consonent, quomodo neruorum disparem reddentium sonum fiat concordia: fac potius quomodo animus secum meus consonet nec consilia mea discrepent. Monstras mihi qui sint modi flebiles: monstra potius quomodo inter aduersa non emittam flebilem uocem.

ℜ — ℬ 𝔐 — ℭ = *an minor Hec.* Sc 𝔄ℭ1. — ℭ = *an maior Hec.* P4. Col. = *an iunior Hec.* ℭ1. — 𝔐α + *et quare tam male* contra mstos. ℬ = *quae tam male.*

contulerit aetatem = eℜ — 𝔗𝔖. quod ad Homerum referri cum non intellexissent, mutarunt in *tulerit aetatem* = PRrw 𝔄ℜℬ — 𝔐α. Rell. n. l.

6. r — *Non* ante *vacat audire.* R = *intra Italiam.* ѕRβλπχ P3. ℬ + *tam angusto mari.* P2. = *in tam angusto mari tam longos errores.* rβπχmυ = *errores pati tam longos.* εγιπχ ℜ — 𝔗 = *angustos errores seu in tam longas tempestates.* ℜℭ1. = *angusto pati tam longos errores seu tam longas tempestates.*

7. Pr = *Tempestas animi.* r = *iactat.* R = *Hic me doce.* r — *quomodo patrem.* w(s.m.) recc. ρρ P2. 4. ℜ = *vel naufragiis.* Unus ρρ = *veluti naufragus.* Col. = *vel sine naufragiis.* r = *Quid inquires.* rμφχ 𝔐 — 𝔐α = *Penelopa.* φχ = *pudica fuerit.* ν = *casta fuerit.* r = *an miraculum seculo suo.* In P ante *seculo* est *p* erasum. w — *suo.* P — *dederit.* φχ + *dederit et miraculum seculo suo.*

8. w = *in anima posita sit.*

Recc. ρρ 𝔄ℜ — ℭ ℭ = *Ad musicam transeo.* w = *graves et acutae.* ℜ — 𝔗 = *acutae et voces graves.* RwArg.bV vett. ρρ et plerique alii, cod. lur. — *voces.* ℭ1. 2. = *numerorum disparem.* r = *fit concordia.* P = *Monstra mihi qui sint modi flebilem vocem* rell. om. r + *flebilem vocem emittentes flebiles.* R + *flebiles vocem emittentes.* φχ + *modi flebiles voces emittentes.* w = *inter diversa.* r = *inter adversa non emittam.*

9 Metiri me *geometres* docet latifundia potius quam doceat quomodo metiar quantum homini sit satis. Numerare docet me *arithmetica* et auaritiae commodat digitos potius quam doceat nihil ad rem pertinere istas conputationes, non esse feliciorem cuius patrimonium tabularios lassat: immo, quam superuacua possideat qui infelicissimus futurus est, si quantum habeat per se conputare cogetur. Quid mihi prodest scire agellum in partes
10 diuidere, si nescio cum fratre diuidere? Quid prodest colligere subtiliter pedes iugeri et conprehendere, etiam si quid decempedam effugit, si tristem me facit uicinus inpotens et aliquid ex meo abradens? Docet quomodo nihil perdam ex finibus meis: at ego doceri uolo quomodo totos hilaris amittam. Paterno agro et auito, inquit, expellor. Quid? ante auum tuum quis istum agrum tenuit? Cuius, non dico hominis, sed populi fuerit ex-
11 pedire potes? Non dominus isto, sed colonus intrasti. Cuius colonus es? si bene tecum agitur, heredis. Negant iurisconsulti quicquam usucapi quod publicum est: publicum est hoc quod

Geometres docet quomodo metiar latifundia.

9. P = *Metri me geom.* Arg.b = *geometes.* Sc𝔄𝔍 = *geometer.* ℜ — 𝔅𝔖 = *geometria.* Rell. ω. V = *docet late fundos.*

potius quam doceat = mss. (exc. πψ) etiam P2. [male apud Gruterum legitur P1., in quo haec ep. omnino non reperitur: unde coniecit Sw. in P2. a Grutero non commemorato exstare vulgatam] P3. 4. 5. Col. Sc Pr.abd𝔄𝔍𝔓 ℜ — 𝔅. πψ𝔊 1. — 𝔖 — *quam.* r + *satis sit numerare. Numerare.* Pw Arg.bV 𝔄 — *arithmetica*, ut possit suspecta esse haec vox. ℜ — 𝔗 = *aris metrica.* r — *et* ante *auaritiae.*

ν nonn. alii ρρ 𝔄𝔊1. = *commendat digitos.* ℜ — 𝔅 = *accommodat dig.* 𝔊2. — 𝔖 = *commodare digitos.*

potius quam doceat. Eadem est huius scripturae ratio atque supra.

V = *cuius possessio tabularios.* P𝔄ℜ — 𝔅 = *tabularius.* r = *tribularius.* w = *tabellarios.* R recc. ρρ fere omnes ℜ — 𝔅 = *laxat.* w — *est* post *futurus.* Videtur scribendum *ipse conputare.*

cogetur = mss. (exc. Rα) 𝔄ℜ — 𝔅. R(s.m.)α𝔊1. — 𝔖 = *cogatur.* R(p.m.) = *cogitatur.* R — *mihi* ante *prodest.*

10. Rγν + *Quid mihi prodest.* Recc. ρρ ℜ — 𝔗 = *decempedes.* Vett. ρρ = *decempedem.* Ex ρρ soli λχψ ω. R = *effugerit.* P5. = *pedes iugerum.*

vicinus inpotens = Pw Arg.b ν nonn. alii ρρ Pinc. v. l. Norimb. Erlang. et probant Pinc. Ianus. vid. Ind. s. h. v. Recc. nonn. ρρ P4. 5. Col. quidam Pinc. = *vicinus praepotens.* RrP 2. 3. 𝔄ℜ — 𝔖 = *vicinus potens.*

Docet quomodo = PRrw Arg.b. ρρ(?) 𝔄𝔖 + *Docet me q.* 𝔅 — 𝔑𝔞 = *Doces me q.* ℜ — 𝔗 = *Doceto quom.* r = *quomodo mihi perdam.* Arg.b = *de finibus meis.*

Steph. (Prood. II, 5.) ci. = *Paterno, inquis.* μν = *ante auum tuum.* ℜ — 𝔗 = *ante annum tuum.* sR fere omnes recc. ρρ Gr. + *expedire non potes.*

11. R = *Non dominus ista.*

quicquam usucapi quod publicum est: publicum est hoc quod tenes,

tenes. quod tuum dicis publicum est et quidem generis humani. O egregiam artem! scis rotunda metiri. in quadratum redigis quamcumque acceperis formam. interualla siderum dicis. nihil est quod in mensuram tuam non cadat. Si artifex es, metire hominis animum. dic quam magnus sit, dic quam pusillus sit. Scis quae recta sit linea: quid tibi prodest, si quid in uita rectum sit ignoras? Uenio nunc ad illum qui *coelestium notitia* gloriatur: 12

Frigida Saturni sese quo stella receptet,
Quos ignis coeli Cyllenius erret in orbes.

Hoc scire quid proderit? ut sollicitus sim, cum Saturnus et Mars ex contrario stabunt aut cum Mercurius uespertinum faciet occasum uidente Saturno, potius quam hoc discam ubicumque sunt ista propitia esse nec posse mutari? Agit illa continuus 13 ordo fatorum et ineuitabilis cursus. per statas uices remeant. Et effectus rerum omnium aut mouent aut notant. Sed siue quicquid euenit faciunt, quid inmutabilis rei notitia proficiet?

quod tuum dicis: publicum est et quidem = PCol. ed. Tauchn. Rr𝔛 = *quicquam usucapi quod publicum est et quidem* [r = *et quod*] *generis h.* w = *quicquam usucapi. publicum quidem generis humani.* Arg.b = *quicquam publicum usucapi. publicum quidem est generis hum.* ελπφ = *quicquam usucapi publicum. Hoc quod tenes, quod tuum dicis publicum est et quidem gen. h.* 𝔖 = *quidquam publicum usucapi: publicum est hoc quod tenes; quod tuum dicis publicum est, et quidem g. h.* Rell. ρρ P2. 4. = *quicquam usucapi. publicum est et quidem gen. hum.* P5. = *quicquam usucapi quod publicum est. publicum hoc quod tenes, quod tuum dicis, publicum est quidem gen. h.* mR P3. = *quicquam usucapi quod publicum est: hoc quod tenes, quod tuum dicis publicum et quidem gen. hum.* 𝔑 — 𝔅 = *quicquam publicum usucapi. Publicum est et quidem gen. h.* 𝔊1. — 𝔑a = *quicquam usucapi quod publicum est, publicum est hoc quod tenes et quidem g. h.* P = *egregiam artes.* 𝔑 — 𝔗 — *dic* ante *quam pusillus sit.*

12. 𝔊1. — 𝔑a = *quo sese stella* contra mstos et Virg. (Ge. I, 336.) Arg.b = *Frigida Saturni sessio. Hoc scire quid.* rell. om. R = *Quos signis coeli.* w = *signi coeli.* γψ𝔊1. = *segnis coeli.* Rell. ρρ (exc. νχ ∞) promiscue = *Quos signis* vel cum 𝔑 — 𝔗 = *Quot signis coeli.* γτ + *ut scilicet sollicitus sim.* ν = *ut quid sollicitus sum.* P = *stabant aut tum Mercurius.*

potius quam = mss. (exc. αχ) etiam Gr. Ss. 𝔛ΨℜR — 𝔅. αχ𝔊1. — 𝔖 — *quam.* rw = *ubicumque sint.* mo ci. Matth. = *ista perpetua esse.*

nec posse mutari = PRr recc. ρρ 𝔑 — 𝔅. w (antiqq. ρρ) 𝔛𝔊1. — 𝔖 = *non posse mutari.*

13. ρουφχ = *inevitabili cursu.* w recc. ρρ nonn. 𝔑 — 𝔅 = *immutabilis cursus.* RV ρρ Gr. Ss.(?) 𝔑 — 𝔗𝔖 = *per statutas vices.* 𝔅 = *per statuas vices.* Sed PrwArg.b ∞.

Et effectus = mss. etiam Gr 𝔑 — 𝔅. 𝔛𝔊1. — 𝔖 — *Et.* R(s∞) duo recc. ρρ = *aut movent aut vocant.* r = *aut mutant.* P4. = *notitia proficient.* Pinc. ci. = *proficiam,*

siue significant, quid refert prouidere quod effugere non possis? Scias ista, nescias, fient.

Si uero solem ad rapidum stellasque sequentes
Ordine respicies, numquam te crastina fallet
Hora nec insidiis noctis capiere serenae.

14 Satis abundeque prouisum est, ut ab insidiis tutus essem. Numquid crastina non fallit hora? fallit enim quod nescienti euenit. Ego quid futurum sit nescio, quid fieri possit scio. Ex hoc nihil desperabo, totum exspecto: si quid remittitur, boni consulo. Fallit me hora, si parcit: sed ne sic quidem fallit. Nam quemadmodum scio omnia accidere posse, sic scio et non utique 15 casura. Utique secunda exspecto, malis paratus sum. In illo feras me necesse est non per praescriptam euntem. Non enim abducor, ut in numerum liberalium artium *pictores* recipiam, non magis quam *statuarios* aut marmorarios aut ceteros luxuriae ministros. Aeque luctatores et totam oleo ac luto constantem scientiam expello ex his studiis liberalibus: aut et unguentarios recipiam et coquos et ceteros uoluptatibus nostris ingenia adcommodantes sua. Quid enim, oro te, liberale habent isti ieiuni uomitores quorum corpora in sagina, animi in macie et ueter-

ut *notitia* sit Abl. ανσυφχ ℜ — 𝔅 + *aut nescias.*

solem ad rapidum = mss. (exc. α) ℜ — Gro𝔔4. Virg. Ge. I, 424. 𝔅1. — 𝔖 — *ad.* α = *solem occiduum.*

respicies = PArg.b 𝔛 Virg. Ge. I, 425. w = *respiciet.* Rr𝔊2. — 𝔖 = *respicias.* ℜ — 𝔅 = *prospicies.* Rell. n. l. Arg.b = *crastina fallit* et = *Hoc si diis noctis.* w = *non insidiis.* rεφψ = *noctis capieris opacae.* P = *capiere serante.*

14. γμτυψ P5. + *Sed ante satis abundeque.* Rvχ + *Numquid non crastina me fallit hora?* w𝔛 ℜ — 𝔖 + *Numquid me crastina.* P4. = *Numquid me crastina fallit hora?* P5. = *Numquid me crastina non fallit? fallit enim* sine *hora.* Pinc. + *tutus esses. Numquid te crastina non fallit hora nec insidiis noctis capieris opacae. fallit enim.* 𝔛 = *quod me nesciente venit.* mo = *Si quid revertitur.* τ = *hora, si partitur.* o = *si percurrit.* P𝔅 = *sed ne siquidem.* rArg.b — *et* post *sic scio.* o𝔖 ex ing. = *Itaque secunda.* Rell. ∞.

15. Rrλχ P3. = *In nullo feras me.* βετπ P2. = *In nullo ferias me.* w = *In illa speras* [s∞] *me.* ℜ — 𝔅 — *In illo.*

non per praescriptam euntem = Pr. intellige *lineam.* Rw P 2. 3. Col. 𝔔 — 𝔖 = *non per praescriptum euntem.* ℜ — 𝔅 = *non per praescriptionem euntem.* 𝔊1. — 𝔑 = *ad praescriptum.* Vett. ρρ 𝔛 = *non praescriptum euntem.* mι mP2. = *non per cryptam euntem.* P4. = *non proprium scriptum euntem.* Rrλπφχ = *an et unguentarios.* quod placet, modo ut ponatur interrogationis nota. μυ = *haud unguentarios.* Rw ℜ — 𝔗 = *et ceteris voluptatibus.* 𝔛 = *ceteris vol.* om. *et.* Grut. ex 𝔑 laudat *ingenia commodantes,* quod ibi non legitur. xmπ = *in macie et venere.* γψ = *in macie et veneno.*

no sunt? An liberale studium istuc esse iuuentuti nostrae credimus quam maiores nostri rectam exercuerunt hastilia iacere, sudem torquere, equum agitare, arma tractare? Nihil liberos suos docebant quod discendum esset iacentibus. Sed nec haec nec illa edocent aluntue uirtutem. Quid enim prodest equum regere et cursum eius freno temperare, adfectibus effrenatissimis abstrahi? Quid prodest multos uincere luctatione uel caestu, ab iracundia uinci? Quid ergo? nihil nobis liberalia conferunt studia? Ad alia multum, ad uirtutem nihil. Nam et hae uiles ex professo artes quae manu constant ad instrumenta uitae plurimum conferunt, tamen ad uirtutem non pertinent. Quare ergo liberalibus studiis filios erudimus? Non quia uirtutem dare possunt, sed quia animum ad accipiendam uirtutem praeparant. Quemadmodum *prima* illa, ut antiqui uocabant, *literatura* per quam pueris elementa traduntur non docet liberales artes, sed mox percipiendis locum parat, sic liberales artes non perducunt animum ad uirtutem, sed expediunt. *Quatuor* ait esse Posidonius *artium genera:* sunt *uolgares et sordidae*, sunt *ludicrae*, sunt *pueriles*, sunt *liberales*. *Uolgares* opificum quae manu constant et ad instruendam uitam occupatae sunt, in quibus nulla decoris, nulla honesti simulatio est. *Ludicrae* sunt, quae ad uoluptatem oculorum atque aurium tendunt. His adnumeres licet machinatores qui pegmata per se surgentia excogitant et tabulata tacite in sublime crescentia et alias ex ino-

16. *istuc* = Pr. RwΧℜ — ℭ = *istud*. Rell. n. l. RP3. = *recta exercuerunt*. Cod. Lips. = *rectum exerc.*

sed nec haec nec illa edocent = Pr. R = ∞ *docent*. wΧ ℜ — ℜa = *sed nec hae nec* [Χ — *nec*] *illae* [Ξ = *illi*] *docent*. ℭ = *sed nec hae* [*artes*] *nec illae docent* ex ing. Rell. n. l.

ℜ — ℬ + *affectibus autem*. ℜ — ℬ + *Quid enim prodest*.

17. r + *bona liberalia* et — *nobis*. P = *magnũ constant*. r = *quae magno constant*. P = *ad instrumenta unae plurimum*. P = *non pertinet*. ℜ — ℬ = *praeparent*. In e annectuntur verba Ep. 89, 20. *sinum litus curvabitur* usque ad finem Ep. 89.

18. P = *non decet liberales artes*. ℚ — ℭ (exc. ℚ4. ∞) = *sed mox praecipiendis*. Recc. ρρ nonn. + *Quatuor enim artium genera esse Possidonius ait*. R + *Sunt vulgares opificum*. ℜ — ℬ + *Vulgares sunt op.* ϒ = *similatio est*. mϙ = *similitudo est*.

19. r = *qui petĩata per se surgentia*. Arg. b = *epigmata*. r = *et tabula tacite*. r = *in sublime excrescentia*. w = *et alias inopinatas varietates*. Arg.b Iur. = *exopinatas var*. (Iur. = *voluptates?*) ℜ — ℬ = *ex inopinatis*. ΧG1. — ℜ = *ex inopi-*

pinato uarietates aut dehiscentibus quae cohaerebant aut his quae distabant sua sponte coeuntibus aut his quae eminebant paulatim in se residentibus: his inperitorum feriuntur oculi omnia sub-
20 ita, quia causas non nouere, mirantium. *Pueriles* sunt et aliquid habentes liberalibus simile hae artes quas *ἐγκυκλίους* Graeci, nostri *liberales* uocant. Solae autem *liberales* sunt, immo, ut dicam uerius, *liberae* quibus curae uirtus est. Quemadmodum, inquit, est aliqua pars philosophiae naturalis, est aliqua moralis, est aliqua rationalis, sic et haec quoque liberalium artium turba locum sibi in philosophia uindicat. cum uentum est ad naturales quaestiones, *geometriae* testimonio statur.
21 Ergo, quia adiuuat, pars est. Multa adiuuant nos nec ideo partes nostrae sunt: immo si partes essent, non adiuuarent. cibus adiutorium corporis est, non tamen pars est. Aliquid nobis praestat geometriae ministerium. sic philosophiae necessaria est quomodo ipsi faber: sed nec hic geometriae pars est nec illa philosophiae. Praeterea utraque fines suos habet. Sapiens causas naturalium et quaerit et nouit quorum numeros mensu-
22 rasque geometres persequitur et subputat. Qua ratione constent coelestia, quae illis sit uis quaeue natura sapiens scit: cursus et

nato voluptates. ℜ — 𝔗 — *aut his quae distabant.*

w = *sua sponte choeuntibus.*

20. Pinc. ci. = *Pueriles sunt, sed aliquid.* π = *Has artes* ελευτερας *Graeci, nostri liberales.* P = *quas* ενκυκλιους *Graeci.* r = *quas* ενκικλιους *Graeci.* w = *quas* ενκικλιους *Gr.* Rell. ρρ = ενκυκλιους. ℜ = εγκυκολιον. 𝔅 = ετκυλιους. 𝔊1. — 𝔊 = ἐλευθερίας. 𝔐 ἐλευθέρας. Rell. etiam Pinc. Gr. ∞.

PRrwArg.b αειλμστυφ 𝔛𝔐 — 𝔙 + *nostri has liberales*, ut legendum videatur *nostri artes liberales.*

r + *Quemadmodum autem, inquit.* 𝔏 — 𝔐a (exc. 𝔏4.) + *est animi aliqua pars.* Quidam codd. Pinc. — *est aliqua moralis.* ν nonn. alii ρρ bis — *est* ante *aliqua.* 𝔛𝔊1. 2. = *hic quoque liberalium.*

21. *Ergo quia adiuvat pars est* = r. PRwArg.b = *Ergo quam adiuvat pars est.* Vett. ρρ ℜ — 𝔅𝔖 = *Ergo quam adiuvat pars etus est.* 𝔛𝔊1. — 𝔐a = *Ergo eius quam adiuvat pars est.* R + *Cibus est adiutorium.* r + *adiutorium corporis est.* Ex. Fac. et Prim. P5. = *Aliquod nobis praestat geom. min.* w = *Aliquod* ∞ *geometria misterium.* r = *Alioquin nobis praestat.* υ = *Aliquid nobis praestat geometria* om. *ministerium.* r = *Sic philosophia.* P 4. 5. Col. = *necessarium est.* Pr = *ipse faber.* Arg.b — *ipsi.* ανσυ = *ipse faber ei.* r = *sed nec hic geometriae minister est.*

Sapiens causas = Pr. RwX𝔊1. — 𝔖 + *Sapiens enim causas.* ℜ 𝔅 + *Sapiens autem causas.* Rell. n. l. R — *et* ante *quaerit.*

geometres = PRr 𝔊1. — 𝔐a. wSc 𝔛𝔐 — 𝔅 𝔖 = *geometer.* Rell. n. l. w(cr.∞) = *pers. et suspicat.*

22. r = *constant coelestia.*

R + *quae in illis vis sit.* μ = *quae illis sit nunc vis, quae ventura.* υ𝔛 = *quae illis sit*

tes. Fortitudo contemptrix timendorum est: terribilia et sub iugum libertatem nostram mittentia despicit, prouocat, frangit: numquid ergo hanc liberalia studia conroborant? Fides sanctissimum humani pectoris bonum est, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo conrumpitur praemio. Ure, inquit, caede, occide: non prodam, sed quo magis secreta quaeret dolor, hoc illa altius condam. Numquid liberalia studia hos animos facere possunt? Temperantia uoluptatibus imperat. alias odit atque abigit, alias dispensat et ad sanum modum redigit nec umquam ad illas propter ipsas uenit. Scit optimum esse modum cupitorum
26 non quantum uelis, sed quantum debeas sumere. Humanitas uetat superbum esse aduersus socios, uetat auarum. uerbis, rebus, adfectibus comem se facilemque omnibus praestat. nullum alienum malum putat. bonum autem suum ideo maxime, quod alicui bono futurum est, amat. Numquid liberalia studia hos mores praecipiunt? Non magis quam simplicitatem, quam modestiam ac moderationem, non magis quam frugalitatem ac parsimoniam, non magis quam clementiam quae alieno sanguini tamquam suo parcit et scit homini non esse homine prodige uten-
27 dum. Cum dicatis, inquit, sine liberalibus studiis ad uirtutem non peruenìri, quemadmodum negatis illa nihil conferre uirtuti? Quia nec sine cibo ad uirtutem peruenitur, cibus tamen ad uir-

Sw. editurus erat *Singulas a v e t*, nisi desiderarentur exempla huius verbi impersonaliter usurpati. Rr ρρ ℜℜ — 𝔅 = *circuire.* w = *libertatem nostram m i s s u r a.* R + *e t f r a n g i t.*

25. R — *est* post *pectoris bonum.* Ambian. = *humani g e n e r i s bonum est.* r = *V e r e, inquit, caede.* ℜ = 𝔗 — *caede.* sP = *quaerit dolor.* R = *hoc i l l o altius condet.* σκα ℜℜ — 𝔊 1. = *h a e c illa altius condet.* P 4. = *h i c i l l e altius condet.* Rell. ρρ (exc. χ ∞) rell. Gr. = *hoc illa altius condet.* 𝔊2. = *hoc illa altius condent.* Arg.b = *hoc illa altius c r e d a m.* Rell. etiam Pinc. ∞.

R = *a l i o s odit.* P = *a l i a s e d i t.* rφχ = *alias s e d a t.* γεκ = *ad sanum modum p e r d u c i t.*

r = *esse m u n d u m cupitorum.* R = *esse modum cupi d o r u m.* P = *esse modum cupito r e m.*

26. Arg.b cod. Iur. = *a p u d s o c i o s.* R + *vetat e s s e avarum.*

rArg.b plerique ρρ (exc. υ) cod. Iur. ℜℜ — 𝔅 = *affectibus c o m m u n e m.* r — *se* ante *facilemque.*

r = *nullum a u t e m e t e r n u m malum putat.*

i d e o maxime = mss. etiam Gr. ℜℜ — 𝔊𝔖. ℜ — ℜα = *i d maxime.* γεουφ = *alicui bon u m futurum est.* μν — *simplicitatem, quam modestiam ac.* 𝔄 — *simplicitatem — non magis quam* ante *frugalitatem.* 𝔊 1. — 𝔔 4. = *ac modestiam* et — *moderationem non magis quam* contra mstos etiam cod. Fubri. Col. = *ac m o d u m e t r a t i o n e m.* P 5. Col. = *h o m i n i s esse homine pr. utendum.*

27. r = *Cum dicitis.* r = *nihil illa conferre.* ℜ — *nihil.* 𝔔 — ℜα = *illa n i l conf.* r — *sine* ante *cibo.* ℜ — 𝔗 = *cibus a u t e m*

tutem non pertinet. Ligna naui nihil conferunt, quamuis non fiat nauis nisi ex liguis. Non est, inquam, cur aliquid putes eius adiutorio fieri sine quo non potest fieri. Potest quidem etiam illud dici sine liberalibus studiis ueniri ad sapientiam posse: quamuis enim uirtus discenda sit, tamen non per haec discitur. Quid est autem quare existimem non futurum sapientem eum 28
qui literas nescit, cum sapientia non sit in literis? Res tradit, non uerba: et nescio an certior memoria sit quae nullum extra se subsidium habet. Magna et spatiosa res est sapientia: uacuo illi loco opus est: de diuinis humanisque discendum est, de praeteritis, de futuris, de caducis, de aeternis, de tempore de quo uno uide quam multa quaerantur. primum an per se sit 29
aliquid. deinde an aliquid ante tempus sit sine tempore. cum mundo coeperit an etiam ante mundum, quia fuerit aliquid, fuerit et tempus? Innumerabiles quaestiones sunt de animo tantum: unde sit, qualis sit, quando esse incipiat, quamdiu sit. aliunde alio transeat et domicilia mutet ad alias animalium formas

ad virtutem. P4. = *quamvis non sit navis.*

nisi ex lignis = mss. (exc. Pη) etiam Ss. Gr. ΑΜ — Ε1. S. P = *nisi et lignis.* Cod. Iur. = *nisi e lignis.* ηΕ2. — Ma = *sine lignis.*

r (cr. ∞) = *Non est nunquam.* Pr — *eius* ante *adiutorio.* κμνυ = *cum adiutorio.* r — *etiam* post *Potest quidem.* R — *illud.* r = *venire ad sapientiam.* M — B — *posse* post *sapientiam.* wμνσσυ Α Ε1. — G = *quamvis etiam virtus.* R = *non per hoc discitur.* w — *non.*

28. r = *qui literas nescio.*

P3. + *Res virtus tradit.* γλψ + *Res tradit virtus.* r = *et nesciunt an certior.* w (s∞) = *certior materia sit.* mΕ2. mG = *Magna et speciosa res est.* w (r.m.) + *cui de divinis.* εσM — B + *simul discendum est.* Ε1. — G = *humanisque dicendum est.*

29. *an per se sit aliquid* = P Rr ρρ (exc. ν) Sc Pr.ab ΑΕ1. — Ma. wArg.bv mo mτ cod. Iur. Pr.d M — B G = *an ipsum sit aliquid.* illud Sw. pro scholio habet, sed neminem cito assentientem inveniet.

an aliquid ante tempus sine tempore. cum mundo coeperit an etiam ante mundum = P αγεημνστυ tres Ops. duo emendati codd. Pinc. M — TS. Rr rell. ρρ (exc. ψ) P2. Col. B + *an aliquid ante tempus sit. an sine tempore* ∞. w = *an aliquid ante tempus sit temporale. an cum mundo inceperit* [s *an*] *ante etiam mundum, quia.* Arg.b = *an aliquid ante tempus sit, sive in tempore, sive in mundo coeperit, an etiam.* P4. = *Primum autem per se sit, sine tempore cum mundo coeperit an etiam ante mundum* rell. om. Α = *an aliquid ante tempus sit, sive tempus cum mundo coeperit, an et ante mundum.* ψ P5. Ε1. — Ma = *an aliquid ante tempus sit: si tempus cum mundo coepit* [P5. Ε1. = *coeperit*] *an et ante mundum.*

In P rursus excidit folium unum cum verbis [*Innumera*]*biles quaestiones — satius est supervacua scire* §. 38. M — *tantum* post *de animo.* r = *unum sit, qualis sit.* w = *unde sit, quale sit.* w — *an* ante *aliunde alio.*

domicilia mutet = Rr wArg.b ρρ cod. Iur. M — BS. Α = *a domicilio ad alias* om. *mutet.* Ε1. —

aliasque coniectus an non amplius quam semel seruiat et emissus
30 uagetur in toto. utrum corpus sit an non sit. quid sit facturus, cum per nos aliquid facere desierit. quomodo libertate sua usurus, cum ex hac effugerit cauea. an obliuiscatur priorum et illic nosse se incipiat ubi corpori abductus in sublime secessit. Quamcumque partem rerum humanarum diuinarumque conprehenderis, ingenti copia quaereudorum ac discendorum fa-
31 tigaberis. Haec tam multa, tam magna, ut habere possiut liberum hospitium, superuacua ex animo tollenda sunt. Non dabit se in has angustias uirtus: laxum spatium res magna desiderat. Expellantur omnia: totum pectus illi uacet. At enim delectat artium notitia multarum. Tantum itaque ex illis retineamus quantum necessarium est. An tu existimas reprehendendum qui superuacua usibus conparat et pretiosarum rerum pompam in domo explicat? non putas eum qui occupatus est in superuacua literarum supellectile? Plus scire uelle quam sit
32 satis intemperantiae genus est. Quid? quod ista liberalium artium consectatio molestos, uerbosos, intempestiuos, sibi placentes facit et ideo non discentes necessaria, quia superuacua didicerunt. Quatuor milia librorum Didymus grammaticus scripsit: miser erat, si tam multa superuacua legisset. In his libris de

𝔐a = *domicilium mutet.* ν = *aliasque coniectans.* Rell. ρρ (exc. λω) = *aliasque coniectas.*

30. ν — *sit* post *an non.* Arg.b + *et illic nosse se.* ενσ + *et illic nec nosse se.* P4. + *et illic non nosse se.* w = *et illic neptus esse incipiat.* 𝔄 = *priorum illi ne posse se.*

ubi corpori abductus = w. Rr Arg. b νφχ P 3. = *unde corpori abductus.* ιπ = *unde de corpore eductus.* P2. = *unde de corpore vel ab eductus.* ψ = *cum de corpore eductus.* Rell. ρρ = *an de corpore* vel *unde de corpore abductus* = 𝔑 — 𝔗. P5. = *an de corpore deductus.* P4. = *an de corpore eductus.* 𝔄𝔅 — 𝔊 = *an de corpore abductus.* 𝔐 — 𝔖 = *postquam de corpore abductus* ex ing. Mur. r — *in* ante *sublime.* νσ = *inquirendorum ac discendorum.*

31. ειητ + *habere possint virtutes lib. hosp.* wArg.b — *est* post *necessarium.* 𝔑 — 𝔅 = *necessarium sit.* 𝔄𝔊1. — 𝔖 = *est necess.* 𝔑 — 𝔅 = *latius spatium.* w = *At tu existimas.*

supervacua usibus = RrwArg.b αβεηιάχψ P 2. 3. cod. Iur. 𝔑 — 𝔅. probat Grut. πφ Col. + *superv. usibus sibi.* o = *supervacua usui comp.* (Rell. ρρ) P4. 5. 𝔄𝔊1. — 𝔖 = *supervacua usu sibi comp.*

w = *velle quam satis est.* r + *Nempe intemperantiae.*

32. r = *liberalium artium ostentatio molestos, intempestivos, sibi placentes, intumescentes, non necessaria et supervacua didicerunt.* χ = *facit, dum non necessaria, sed supervacua.*

miser erat = Rwλ P3. 5. 𝔊1. — 𝔊. Arg.b plerique ρρ P4. duo Ops. Sc Pr. abd 𝔄 = *miserer er.* r = *si tam multa supervacua legisset, homini, si praesens esset, miserer er.* βιπχ P2. Col. = *mise-*

patria Homeri quaeritur, in his de Aeneae matre uera, in his libidinosior Anacreon an ebriosior uixerit, in his an Sappho publica fuerit et alia quae erant dediscenda, si scires. I nunc 33
et longam esse uitam nega. Sed ad nostros quoque cum perueneris, ostendam multa securibus recidenda. Magno inpendio temporum, magna alienarum aurium molestia laudatio haec constat *O hominem literatum!* Simus hoc titulo rusticiore contenti *O uirum bonum!* Itane est? annales euoluam omnium gentium et quis primus carmina scripserit quaeram? quantum temporis inter Orphea intersit et Homerum, cum fastos non habeam, conputabo? et Aristarchi ineptias quibus aliena carmina conpinxit recognoscam et aetatem in syllabis conteram? Itane 34
in geometriae puluere haerebo? Adeo mihi praeceptum illud salutare excidit *Tempori parce?* Haec sciam? et quid ignorem? Appion grammaticus qui sub C. Caesare tota circumlatus est Graecia et in nomen Homeri ab omnibus ciuitatibus adoptatus aiebat *Homerum utraque materia consummata, et Odyssea et Iliade, principium adiecisse operi suo quo bellum*

rerer homini, si tam multa. ℜ — 𝔅 = *miserere, si tam multa.* Unus Ops. = *mirarer, si tam multa.* Aliqui Pinc. 𝔐 — 𝔖 = *miser, si tam multa* om. *erat.*

r = *de patria Homeri invenies, de matre Aeneae vera.* 𝔄 = *de patria hominum quaeritur.* αναℜ — 𝔗 + *de Aen. matre quaeritur vera.* RwP2. 3. 5. Col. = *libidinosior an acrior an ebriosior.* ℜ — 𝔗 = *ebriosius.* αγιμ στ P2. 3. 4. = *an Sappho publica fuerit.* η = *an Sappho Paphya fuerit.* Onuphr. Panvin. de Sibyllis ex hoc loco laudat *an Sappho Sibylla fuerit.* Lat. Latin. (B. Pr. p. 46.) legit *an Sappho pudica fuerit.* r = *dediscenda. scire sinunt et longam.*

33. ℜ — 𝔗 = *Lege nunc et longam.* Arg.b — *I.* r = *vita nega.* r — *quoque* post *nostros.* w = *securibus excidenda. Magno imperio.* Vett. ρρ 𝔄ℜ — 𝔅 = *hoc circulo rustic.* r = *Itane annales* om. *est.* w = *Itane est annales.* 𝔄𝔊1. = *qui primus carmina.* P2. ℜ — 𝔅 = *quis primum carmina.* 𝔊2. — 𝔐 = *quis prima carmina.* r = *inter Orphea sit et Hom.* w — *intersit.*

Aristarchi ineptias — conpinxit = mss. (exc. rvo) etiam Gr. 𝔄ℜ — 𝔊1.𝔖. r𝔊2. — 𝔐a = *Aristarchi notas — compunxit.* vo utramque scripturam habent ant. m. exaratam. Cod. Iur. = *Eustarchi notas.* Arg.b = *id totum in syllabis conteram.*

34. w = *et quid ignorem haec sciam.* m𝔊2. = *et quid ignorem hoc sciam.* P2. (p.m.) P4. = *Haec scientia et quid ignorem.* γψ + *et quid, si ignorem.* ενοσ = *et ignorem* om. *quid.* 𝔐 — 𝔅1. = *Haec sciam, ut quid ignorem?* ex ing. Mur. Sw. poni voluit exclamandi notam. RSc = *Apion.* ℜ = *Aphion.* 𝔄 = *Apyon.*

Optimus cod. Lips. ℜ — 𝔅𝔖 = *circulatus est.* r — *est.* w = *gratia etiam in nomen Homeri.* r = *principia adiecisse.* αβγ ειπτψ ℜ — 𝔅 + *unum principium adi.*

35 *Troianum conplexus est:* huius rei argumentum adferebat, *quod duas literas in primo uersu posuisset ex industria librorum suorum numerum continentes.* Talia sciat oportet qui multa uult scire. Non cogitas quantum tibi temporis auferat mala ualitudo, quantum occupatio publica, quantum occupatio priuata, quantum occupatio cotidiana, quantum somnus? 36 Metire aetatem tuam: tam multa non capit. De *liberalibus studiis* loquor: *philosophi* quantum habent superuacui? quantum ab usu recedentis? Ipsi quoque ad syllabarum distinctiones et coniunctionum ac praepositionum proprietates descenderunt et inuidere grammaticis, inuidere geometris. Quicquid in illorum artibus superuacuum erat transtulere in suam. Sic effectum est ut diligentius scirent loqui quam uiuere. Audi quan- 37 tum mali faciat nimia subtilitas et quam infesta ueritati sit. Protagoras ait *de omni re in utramque partem disputari posse ex aequo et de hac ipsa an omnis res in utramque partem disputabilis sit.* Nausiphanes ait *ex his quae uidentur esse nihil magis esse quam non esse.* Parmenides ait *ex his quae uidentur nihil esse nisi uniuersum.* Zenon Eleates omnia

35. ϰ𝔊𝔩. = *argumentum asserebat.* r = *Talia scire oportet.* *Non cogitas quantum* = w. Rr ρρ (exc. υψ) P2. 3. 4. Col. Pinc. ϰ𝔑 — 𝔅 = *non cogitare:* assimulaverunt enim praecedenti *scire.* υψ P5. 𝔏 — 𝔖 = *Non vis cogitare.* 𝔊𝔩. — 𝔊 = *Noli cogitare.* V = *Nam cogita.* 𝔐 = *Nunc cogita.* R — *tibi.* 𝔑 — 𝔖 = *temporis tibi.* Pinc. v. l. = *sibi:* ipse Pron. supervacaneum habet.

Arg.b — *quantum occupatio publica.* r — *publica — quantum occupatio* ante *privata.* αγνοπσ nonn. alii ρρ = *quantum privata, quantum quotidiana* om. *occupatio.*

36. r = *et coniunctiones.* Plerique ρρ = *coniugationum ac praep.* Arg.b = *proprietates descendunt.* roφχ cod. Fabri = *et tamquam grammaticis inviderent et geometris.* r — *in illorum artibus.* r = *transtulere in sua.* w — *in* ante *suam.* ϰ + *quare sic effectum est.* w = *Sicque factum est.* r = *Sic effectum est ut ne scirent se vivere* rell. om. ϰ𝔊𝔩. — 𝔐 = *dil. sciant loqui.*

37. *Protagoras* = ry 𝔊𝔩. — 𝔖. Rw = *Pithagoras.* Rell. ρρ ϰ — 𝔊𝔩. = *Pythagoras.* ϰ = *Pitagoras.* 𝔑 = *Pictagoras.* r = *in utramvis partem.* ϰ — *in utramque partem.* r = *et de hoc ipso an omnis res ex quo disputabilis sit.* Etiam oχ = *et de hoc ipso.* R(mω) — *magis esse — videntur nihil.* mR = *ex iis quae videntur.*

nihil esse nisi universum = ci. Gron. 𝔑u 𝔐a. w — *nisi.* Rr ρρ Pinc. Gr. Pr.abd 𝔊𝔩. — 𝔖 = *nihil esse in universo.* Arg.b ϰ = *nihil esse universo.* Sc = *nihil ex his quae videntur universo* rell. om. 𝔑 — 𝔅 = *nihil esse ab universo.* 𝔐 — 𝔅𝔩. = *nihil esse in universum.* quod fortasse ex vet. cod. duxit Mur. Nam primum videtur *nisi* in *in* corruptum: deinde propter ipsam Praep. ex *universum* fecerunt *universo:* denique aliis quoque modis depravatus est locus. 𝔖 ex m𝔊2. = *nihil esse ab uno*

negotia de negotio deiecit: ait *Nihil esse.* Circa eadem fere Pyrrhonei uersantur et Megarici et Eretrici et Academici qui nouam induxerunt scientiam *nihil scire.* Haec omnia in illum 38
superuacuum studiorum liberalium gregem conice. Illi mihi non profuturam scientiam tradunt, hi spem omnis scientiae eripiunt: satius est superuacua scire quam nihil. Illi non praeferunt lumen per quod acies dirigatur ad uerum, hi oculos mihi effodiunt. Si Protagorae credo, nihil in rerum natura est nisi dubium. si Nausiphani, hoc unum certum est nihil esse certi. si Parmenidi, nihil est praeter unum. si Zenoni, ne unum quidem. Quid ergo nos sumus? quid ista quae nos circumstant, 39
alunt, sustinent? Tota rerum natura umbra est aut inanis aut fallax. Non facile dixerim utris magis irascar, illis qui nos nihil scire uoluerunt an illis qui ne hoc quidem nobis reliquerunt nihil scire. Uale.

diversum. Lips. ci. = *videntur unum esse universum* vel *universa.* Pinc. ci. = *nihil esse nisi unum.* Respexit enim ad §. 38. *si Parmenidi, nihil est praeter unum.* r = *Zeno leantes.* w 𝔛𝔊1. = *Zenon cleantes.* 𝔑 = *Zenon Helaites.* 𝔗𝔅 = *Zenon Heleates.* Plerique Pinc. 𝔛 — *de negotio.* Ops. ci. = *omnia negotia uno negotio deiecit.* R + *et ait nihil esse.* αγπτφ + *ait enim nihil esse.* w = *idem fere.* r — *fere.* Rrw 𝔛 = *Phironei.* ρρ (exc. ϰ) = *Pyrrhonei* vel *Phyronei,* 𝔑 — 𝔅 = *Phyronei.* 𝔊1. — 𝔖 = *Pyrrhonii.* Sed cf. Cic. Or. III, 17, 62. Rr ρρ (exc. βφ) Gr. (exc. P5. qui primam syllabam non expressit) 𝔛𝔑 — 𝔊 = *M. et Cretici.* w = *M. et Chretici.* Arg.b = *M. et Greici.* βφ = *M. et Eretici.* Pinc ci. = *M. et Critici.* Brod. Misc. l. I. extr. ci. = *M. et Sceptici.* 𝔑 — 𝔖 ∞ ex em. Lips. Arg b = *induxere.* 𝔅1. — 𝔐a = *dux erunt scientiam.*

38. μντ recc. ρρ fere omnes 𝔛 = *Illa mihi non profut.* R = *omni scientiae.* r — *omnis.* r = *Illi non profertur lumen.* P = *Illi non perfertur lumen.* Sanct. ci. = *Illa non praeferunt lumen.* r = *perdit acies, dirigatur.* P = *acies dirigitur.* 𝔛 = *derigatur.* P = *Si Pytagorae.* Rw = *Si Pithagorae.* Sorb. 𝔛 = *Si Pitagorae.* 𝔑 = *Si Pictagorae.* 𝔗 — 𝔊1. = *Si Pythagorae credo.* In verba *Si Protagorae credo* exeunt Sorb. μν Pr abd, atque idem Sw. affirmat de codd. Ops.: sed unde compererit nescio. In μ reliqua huius epistolae ab alia manu sunt perscripta: in ν extrema sic leguntur: *Si Protagorae* CREDO. EXPLIC. LIB. SENECE. Sequuntur Epitaphium et Epp. Senecae et Pauli.

R = *nihil est in rerum natura nisi.* Arg b — *est* post *natura.*

𝔛 = *Nausiphanti.* R — *est* ante *praeter.* w = *praeter imum.* P = *Si Zenni.* R = *nec unum quidem.*

39. P + *umbra est a tem aut inanis aut fallax.* *utris magis irascar* = PRrβιλμ πφχψ. γχτ = *quibus magis irascar.* w𝔛𝔑 — 𝔖 = *utrum magis irascar.* R = *nec hoc quidem nobis reliq.* Desinunt Prw Arg.b Ops.

L. ANNAEI SENECAE
AD LUCILIUM
EPISTULARUM MORALIUM
LIBER XIV.

EPISTULA I. (89.)
SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Rem utilem desideras et ad sapientiam properanti necessariam, *diuidi philosophiam* et ingens corpus eius in membra disponi. Facilius enim per partes in cognitionem totius adducimur. Utinam quidem, quemadmodum uniuersa mundi facies in conspectum uenit, ita philosophia tota nobis posset occurrere, simillimum mundo spectaculum. Profecto enim omnes mortales in admirationem sui raperet relictis iis quae nunc magna magnorum ignorantia credimus. Sed quia contingere hoc non potest, sic erit a nobis adspicienda, quemadmodum muudi secreta cer-
2 nuntur. Sapientis quidem animus totam molem eius amplectitur nec minus illam uelociter obit quam coelum acies nostra: nobis autem quibus perrumpenda caligo est et quorum uisus in proximo deficit singula quaeque ostendi facilius possunt, uniuersi nondum

Lib. XIV. Ep. 1. (89.)

Iam utimur libro praestantissimo B (Bamberg.). BG (mω) = *et sapientem properanti.* Ͻσℜ — 𝔊 + *utique necessariam.* B = *in cogitationem totius.* ℜ — 𝔐a — *quidem* post *Utinam* contra mstos etiam Gr. Sc. Pro *quemadmodum* G (mω) γδζκσφ P 3. 4. Col. = *ut sicut.* Pl. = *ut.* 𝔊2. — 𝔐a = *universi mundi facies* contra mstos etiam Gr. Sc. ℜ — 𝔊1. = *in conspectu.* ℵℜ — 𝔊 = *possit occurrere.* Pinc. antiquiss. + *simillimum uel mundo.* Probant Pinc. Grut.

relictis iis quae = B. G = *hiis.* Rℵℜ — 𝔊 = *his.* επρ = *magna magistrorum.* χ = *magna maiorum.*

sic erit a nobis adspicienda = Pinc. ant. ex. πψ𝔊 — 𝔖. ακυ = *et sic erit a nobis absciendа.* B = *sic nobis absciendа.* Pl. 3. 4. = *et sic a nobis absciendа* vel *adsciendа.* RGβγδεζηϽιλξοστ ℵB𝔊1. = *et sic* [ℵ = *sit*] *a nobis aspicienda* [G = *abstinenda*]. ℜ — 𝔗 = *et sic a nobis abicienda* (*abiic.*) Cod. Lips. = *abscidenda.* ρ = *Sed contingere hoc non potest: et sic a nobis hoc sciendum.*

ℜ — 𝔗 — *mundi.*

2. πρ = *velociter ambit.* mo = *velociter percurrit.* G (n.) + *obit animum.* G = *prorumpenda.* τ = *universa nondum*

capacibus. Faciam ergo quod exigis et philosophiam in partes, non in frusta diuidam: diuidi enim illam, non concidi utile est: nam conprehendere quemadmodum maxima ita minima difficile est. Describitur in tribus populus, in centurias exercitus. Quicquid in maius creuit facilius agnoscitur, si discessit in par- 3
tes quas, ut dixi, innumerabiles esse et paruulas non oportet. Idem enim uitii habet nimia quod nulla diuisio. simile confuso est quicquid usque in puluerem sectum est. Primum itaque, sicut uidetur, tibi dicam inter sapientiam et philosophiam quid intersit. *Sapientia* perfectum bonum est mentis humanae. *philosophia* sapientiae amor est et adfectatio. Haec ostendit quo illa peruenit. Philosophia unde dicta sit adparet: ipso enim nomine fatetur. Quidam *sapientiam* ita finierunt, ut dicerent 4
diuinorum et humanorum scientiam. Quidam ita: *Sapientia est nosse diuina et humana et horum causas.* Superuacua mihi uidetur haec adiectio, quia *causae* diuinorum humanorumque pars diuinorum sunt. *Philosophiam* quoque fuerunt qui aliter atque aliter finirent: alii *studium* illam uirtutis esse dixerunt, alii *studium corrigendae mentis.* a quibusdam dicta est *adpetitio rectae rationis.* Illud quasi constitit aliquid inter

capacibus. ϑχλ = *universis nond. cap.* BG = *in frustra* solito errore. G(mω) — *non* ante *concidi.* ℜπ + *ita et minima.* ℜ — 𝔅 = *in centuriones.*

3. 𝔄 = *in maius creverit.* P3. = *si descendit in partes.* G(cr.ω) P1. 3. 4. Col. = *quas, ut dixi mus.* 𝔄 — *esse* post *innumerabiles.*

paruulas = mss. (exc. ε) etiam Gr. Sc 𝔄ℭ 4. 𝔖. ε ℜ — 𝔐a (exc. ℭ4.) = *parvas.* ℜ—𝔗 = *vitii habent.* 𝔅 = *vitii habetur.* ℜ — 𝔅 = *mala divisio.* R = *simile confusioni est.* BSc 𝔄 = *si ut videtur.* βδευ 𝔄 = *amor et affectio.* ℜ — 𝔗 = *dicta sit aperiet.* ρ + *nomine se fatetur.*

4. Bβιυψ 𝔄 + *Quidam et sapientiam.* Rαγδεζλοπτφ ℜ — ℭ1. + *Quidam enim sap.* B + *ita quidam finierunt.* Gαγδεζϑλφ ℜ — 𝔅 = *ita finxerunt.* mG rell. ρρ (exc. ο ω) 𝔄 = *ita diffinierunt.* e = *Quidam sapientiam dixerunt divinorum humanorumque scientiam.*

ut dicerent div. = mss. (exc. R βπχ) etiam P1. 3. 4. Col. 𝔄ℜ — 𝔗. Rβπχ (P2.) 𝔅 — 𝔖 + *ut dicerent eam div.* R = *humanorumque.* 𝔄 — *Quidam ita:* — *divinorum humanorum* et pergit *que partes sunt.*

pars divinorum sunt = Bρυ Pinc. ex. Francisc. Probat Ianus et laudat Xenoph. Mem. I, 1, 15 sqq. Herb. = *quia causae divinorum, humanorum partes sunt.* GRℜ — 𝔖 = *quia causae divinorum humanorumque partes sunt.*

aliter atque aliter finirent = Bαυ 𝔄𝔖. ο = *finierunt.* Gℜ — ℭ 1. = *diffinirent.* Rℭ 2. — 𝔐a = *definirent.* 𝔄 — *studium* ante *corrigendae.* mρ = *al' adpetitionem rectae rationis.*

constitit = B sGβιχρτυP2. 4. Col. Sc Pinc. omnis emendatior lectio 𝔄 𝔖. π = *constat.* RG rell. ρρ P1. 3. ℜ — 𝔐a = *constet.*

philosophiam et sapientiam interesse: neque enim fieri potest ut idem sit quod adfectatur et quod adfectat. Quomodo multum inter auaritiam et pecuniam interest, cum illa cupiat, haec concupiscatur, sic inter philosophiam et sapientiam. Haec enim illius effectus ac praemium est. illa uenit, ad hanc itur. *Sapientia* est quam Graeci σοφίαν uocant. Hoc uerbo Romani quoque utebantur, sicut *philosophia* nunc quoque utuntur. 6 Quod et togatae tibi antiquae probabunt et inscriptus Dossenni monumento titulus:

Hospes resiste et sophian Dossenni lege.

Quidam ex nostris, quamuis philosophia studium uirtutis esset et haec peteretur, illa peteret, tamen non putauerunt illas distrahi posse: nam nec philosophia sine uirtute est nec sine phi- 7 losophia uirtus. Philosophia studium uirtutis est, sed per ipsam uirtutem: nec uirtus autem esse sine studio sui potest nec uirtutis studium sine ipsa. Non enim quemadmodum in iis qui aliquid ex distanti loco ferire conantur alibi est qui petit, alibi quod petitur: nec quemadmodum itinera quae ad urbem perducunt extra ipsam sunt. Ad uirtutem uenitur per ipsam. Cohaerent 8 ergo inter se philosophia uirtusque. *Philosophiae* tres *partes* esse dixerunt et maximi et plurimi auctores: *moralem, naturalem, rationalem.* Prima conponit animum, secunda rerum

5. G — *enim* post *Neque.* R maior numerus ρρ ⅄ℜ — ℑ = *illius affectus.* *ac praemium* = BGR. ⅄ℜ — ☾ = *et praemium.* ρ = *illa venit, haec adducitur.* R = *Graeci sophiã.* G = *Graeci* CCH *vocant.* ℜ — 𝔐a = *quoque Romani* contra mstos. ℜ — ℑ + *in philosophia.* R = *ut i mur.*

6. επχ ⅄ = *toga ti tibi antiqui.* ⅄ = *et in scripti s.* B = *Dossenni* altera *n* supra posita. R = *Dossennii.* 𝔅 = *Dossemi.* G = *Dossempni.* *sophian* = B. G = *sophisma.* R ⅄☾ 1. — ☾ = *sophi a m.* ℜ — 𝔅 = *philosophi a m.* ⅄ — *et* ante *haec peteretur.* ℜ — ☾ + *sine philosophia virtus est* contra mstos.

7. *nec virtus autem esse* = B mG ρρ (exc. αγεϑχσ) Pinc. v. l. P2. P3. (s.m.) Col. ⅄☾ — ☾. R plerique ρρ — *autem.* Gλ (p.m.) τ (p.m.) P1. 4. P3. (p.m.) ℜ — ☾2. = *nec iustus homo esse.* *in iis qui aliquid* = B. G = *in hiis q. al.* R ⅄ℜ — ☾ = *in his q. al.* ⅄ = *ferre conantur.* ρ = *ferire volunt.* *ad urbem — extra ipsam* = fere omnes ρρ. BG ℜ — ☾ = *ad urbes — extra ipsam.* R ℜ — ☾ = *ad urbes extra ipsas.* B(sω) — *sunt.* quod antea post *virtutem* posuerat. G nonn. ρρ P1. P3. (n.) 4. ℜ — ☾2. + *sed ad virtutem.* Pars ρρ P2. + *sic ad virt.* Col. + *sed sic ad virt.* Primus Pinc. monuit partic. esse delendam. *Cohaerent inter se* = B⅄. GR ℜ — ☾ + *Cohaerent ergo inter se.*

8. *naturalem, rationalem* = BG R maior pars ρρ ⅄. ℜ — ☾ + *et rationalem.* Gγδϑχλ = *rerum na-*

naturam scrutatur. tertia proprietates uerborum exigit et structuram et argumentationes, ne pro uero falsa subrepant. Ceterum inuenti sunt et qui in pauciora philosophiam et qui in plura diducerent. Quidam ex Peripateticis quartam partem adiecerunt *ciuilem*, quia propriam quamdam exercitationem desideret et circa aliam materiam occupata sit. Quidam adiecerunt his partem quam *οἰκονομικὴν* uocant, *administrandae familiaris rei scientiam.* Quidam et *de generibus uitae* locum separauerunt. Nihil autem horum non illa parte morali reperitur. Epicurei duas partes philosophiae putauerunt esse, *naturalem* atque *moralem:* rationalem remouerunt. Deinde cum ipsis rebus cogerentur ambigua secernere, falsa sub specie ueri latentia coarguere, ipsi quoque locum quem *de iudicio et regula* adpellant alio nomine rationalem induxerunt, sed eum accessionem esse naturalis partis existimant. Cyrenaici naturalia cum rationalibus sustulerunt et contenti fuerunt moralibus: sed hi quoque quae remouent aliter inducunt. In quinque enim partes moralia diuidunt, ut una sit de *fugiendis et expetendis*, altera de *adfectibus*, tertia de *actionibus*, quarta de *causis*, quinta de *argumentis.* Causae rerum ex naturali parte sunt, argumenta ex rationali, actiones ex morali. Ariston Chius *non tantum superuacuas esse dixit naturalem et rationalem, sed etiam*

9 10 11

turas. mGβειοστ = *rerum causas.* 𝔄 = *verborum naturam exigit et scrutatur et arg.* ρστ + *exigit et naturam et structuram.* RG𝔄𝔑 = *deduceretur.*

B = *quartam partem adicerent.* G = *adicerunt.* 𝔑 — 𝔐a = *quandam propriam.*

9. R𝔈2. — 𝔖 + *quam Graeci.* 𝔑𝔑 = *yconomicam.* 𝔗 = *iconomicam.* In G quaedam notae sunt, quae tamen extricari vix possunt.

𝔄 = *de gentibus vitae.* 𝔑 = *locum superaverunt.*

Nihil autem non illa parte morali reperitur = BP4.𝔄. R maior pars ρρ P2. + *non in illa parte.* G P1. 3. 𝔑 — 𝔈1. = *Nihil autem in illa parte mor. rep.* 𝔈2. — 𝔐a = *Nihil autem in illa parte mor. non reperitur.* 𝔈 errore librarii negationem habet utroque loco. B (s.m.) = *reppperitur.* R ρρ P1. 2. 3. Col. 𝔄𝔑 — 𝔗𝔖 = *reperietur.* G = *reperiretur.* R = *et regula appellent.* R tres ex recc. ρρ 𝔑 — 𝔐 = *sed eam accessionem.* Alterum primus proposuit Pinc.

10. σ = *Cynici naturalia.*

G = *sed hiis quoque quae removent.* Sc 𝔄2 — 𝔐a (exc. 𝔈4.) = *sed hi quoque qui removent.*

R = *altera de effectibus.* BR (m∞) G𝔄 = *argumenta ex morali* rell. om. 𝔑 — 𝔅 — *actiones ex morali.*

11. R (lit.) = *Aristonicus non tantum.* χ = *Aristonichus non tantum.* P3. (s.m.) = *Aristonius n. t.* 𝔄 = *Aristonycus n. t.* 𝔑 — 𝔅 = *Aristonchius.* 𝔈1. = *Aristochius.* 𝔐 — 𝔐a = *Aristo Chius* contra rell. mss. etiam Gr. BG𝔄 = *naturalem et formalem.* de quo vide.

contrarias: moralem quoque quam solam reliquerat circumcidit. Nam eum locum qui *monitiones* continet sustulit et *paedagogi* esse dixit, non *philosophi:* tamquam quicquam aliud sit sa-
12 piens quam generis humani paedagogus. Ergo cum tripartita sit philosophia, *moralem* eius *partem* primum incipiamus disponere. quam in tria rursus diuidi placuit, ut prima esset *inspectio suum cuique distribuens* et aestimans quanto quidque dignum sit, maxime utilis: quid enim est tam necessarium quam pretia rebus inponere? secunda *de actionibus*, tertia *de inpetu.*
13 Primum enim est, ut quantum quidque sit iudices: secundum, ut inpetum ad illa capias ordinatum temperatumque: tertium, ut inter inpetum tuum actionemque conueniat, ut in omnibus istis tibi ipse consentias. Quicquid ex his tribus defuit turbat et cetera. Quid enim prodest intus aestimata habere omnia, si sis inpetu nimius? quid prodest inpetus repressisse et habere cupiditates in tua potestate, si in ipsa rerum actione tempora ignores nec scias quando quidque et ubi et quemadmodum agi debeat?
14 Aliud est enim dignitates et pretia rerum nosse, aliud articulos, aliud inpetus refrenare et ad agenda ire, non ruere. Tunc ergo uita concors sibi est ubi actio non destituit inpetum, inpetus ex dignitate rei cuiusque concipitur proinde remissus acriorque
15 prout illa digna est peti. *Naturalis pars philosophiae* in duo scinditur: *corporalia* et *incorporalia.* Utraque diuiduntur in suos, ut ita dicam, gradus. Corporum locus in hos: primum in ea quae faciunt et quae ex his gignuntur: gignuntur

𝔄 = *Non enim locum qui muniti ones.*

generis humani = BGR𝔄. 𝔐 — 𝔊 = *humani gen.*

12. βπσ = *ut prima eius esset species.* mR𝔄 = *ut prima eius species suum.* 𝔄 = *quid est enim?* G — *tam* ante *necessarium.*

secunda de actionibus, tertia de inpetu = mss. etiam Gr. 𝔄𝔐 — 𝔈1. 𝔊. 𝔈2. — 𝔐a = *secunda de inpetu, tertia de actionibus.* quod probat ten Briuk (Responsio ad Quaestionem — „Quaeritur commentatio de L. Ann. Seneca" etc. Gandavi 1827. p. 85 sq. n. 2.).

13. *quantum quidque* = mss. 𝔄 𝔐 — 𝔊. 𝔐 — 𝔊 = *quanti quidque.* 𝔐 — 𝔅 = *actionemque conueniat.* R𝔐 — 𝔐a = *tibi ipsi consentias.* 𝔄 = *assentias.*

B mGτρσυχ 𝔄 — *his* ante *tribus.* G(mω) — *Quicquid — turbat et cetera.*

defuit = B. RGB (s.m.) 𝔄𝔐 — 𝔊 = *defuerit.* BG 𝔄 = *inter aestimata.* oχ = *integre aestimata.* 𝔄 + *in impetu.* B = *in sua potestate.*

14. B(cr.ω) = *non eruere.*

𝔈2. — 𝔐a = *concipitur perinde* contra mstos etiam Gr. Sc. σ = *remissior.* 𝔐 — 𝔐a = *acriorve* contra mstos etiam Gr. Sc.

B = *acrior* om. *que.*

15. P2. = *Quorum locus in hos.* G(n.) P1. + *in hos primum sci-*

autem elementa. Ipse elementis locus, ut quidam putant, simplex est. ut quidam, in materiam et causam omnia mouentem et elementa diuiditur. Superest ut *rationalem partem philo-* 16
sophiae diuidam. Omnis oratio aut continua est aut inter respondentem et interrogantem discissa. Hanc διαλεκτικὴν, illam ῥητορικὴν placuit uocari. Ῥητορικὴ uerba curat et sensus et ordinem. Διαλεκτικὴ in duas partes diuiditur, in uerba et significationes, id est, in res quae dicuntur et uocabula quibus dicuntur. Ingens deinde sequitur utriusque diuisio. Itaque hoc loco finem faciam

et summa sequar fastigia rerum:

alioqui, si uoluero facere partium partes, quaestionum liber fiet. Haec, Lucili uirorum optime, quo minus legas non deterreo, 17
dummodo quicquid legeris ad mores statim referas. Illos conpesce, marcentia in te excita, soluta constringe, contumacia doma, cupiditates tuas publicasque quantum potes uexa: et istis dicentibus: *Quousque eadem?* responde: Ego debebam dicere: *Quousque eadem peccabitis?* Remedia ante uultis quam uitia 18
desinere: ego uero eo magis dicam et, quia recusatis, perseuerabo. Tunc incipit medicina proficere, ubi in corpore alienato dolorem tactus expressit. Dicam etiam inuitis profutura. Ali-

licet gradus. P3. 4. Col. + *in hos primum gradus.*

ipse elementis locus = BGR αεζ ηικλξοστυφψ Gr. ℜ — 𝔊 2. βγδοτ Pinc. v. l. 𝔄𝔊 — 𝔖 = *ipse elementi locus.* χ = *ipse elementorum locus.* π + *ipse de elementis locus.* quod fortasse verum. R = *et elementa dividuntur.*

16. *dividam* = BG (p.m.). R𝔄 ℜ — 𝔖 = *dividamus.* π = *opponentem et interrog.*

discissa = mss. (exc. B) etiam Gr. Sc 𝔄𝔔4. Gro 𝔖. B = *discisa.* ℜ — 𝔅 = *diffusa.* 𝔊1. — 𝔊 = *diffisa* (𝔊2. = *diffissa*). 𝔐 — 𝔐a (exc. 𝔔4. Gro.) = *divisa.*

Hanc διαλ., *illam* ῥητ. = BG (quamvis in hoc verba Graeca sint corrupta) ρρ Gr. (in his quoque scriptura est corrupta) Pinc. 𝔐 — 𝔖. R + *Hanc grece* διαλ. etc. In 𝔄 locus est vacuus. ℜℜ = *Analeticam* pro διαλ. 𝔗𝔅 = *Analecticam.* 𝔊1. = *Analyticam.* 𝔊2. — 𝔊 = ἀναλυτικήν. ℜ — 𝔊 = *Topicam* (τοπικήν) pro ῥητ.

Ῥητορικὴ = BG (in hoc iterum scriptura est leviter corrupta) R ρρ (praeter π). πℜ — 𝔖 = *Haec.* Utrumque omittit 𝔄.

Διαλεκτικὴ. Eadem hic est librorum impr. varietas ac supra. 𝔄 — *deinde* post *ingens.* G (p.m.) P1. 3. 4. ℜ — 𝔊2. = *Itaque in eo loco.* Alterum Pinc. primus proposuit. 𝔄 = *Inque hoc loco.* ρχ = *liber erit.*

17. Gγδζϑκλπσφ hinc novam epistolam incipiunt. P2. m𝔊2. = *marcentia vitae excita.* 𝔄 = *marcentia in re excita.*

debebam = BsGR pars ρρ P2. Col. (s.m.) P3. Sc 𝔄𝔖. Gγδϑκφ P1. P3. (p.m.) 4. ℜ — 𝔐a = *debeo.* Alii ρρ = *debeam.*

18. G(mω) = *incipit remedia.* 𝔄 = *dolore tactus.* 𝔄 = *invitus profutura.* R = *in viciis profutura.*

quando aliqua ad uos non blanda uox ueniat, et quia uerum singuli audire non uultis, publice audite. Quousque fines possessionum propagabitis? ager uni domino qui populum cepit angustus est. Quousque arationes uestras porrigetis, ne prouinciarum quidem spatio contenti circumscribere praediorum modum?
19 Inlustrium fluminum per priuatum decursus est et amnes magni magnarumque gentium termini usque ad ostium a fonte uestri sunt. Hoc quoque parum est, nisi latifundiis uestris maria cinxistis. nisi trans Hadriam et Ionium Aegaeumque uester uillicus regnat. nisi insulae, ducum domicilia magnorum, inter uilissima rerum numerantur. Quam uultis late possidete. sit fundus quod aliquando imperium uocabatur. facite uestrum quicquid potestis, dum plus sit alieni. Nunc uobiscum loquor quorum aeque spatiose luxuria quam illorum auaritia diffunditur.
20 Uobis dico: Quousque nullus erit lacus cui non uillarum uestrarum fastigia inmineant, nullum flumen cuius non ripas aedificia uestra praetexant? Ubicumque scatebunt aquarum calentium uenae ibi noua diuersoria luxuriae excitabuntur. Ubicumque in aliquem sinum litus curuabitur uos protinus fundamenta facietis

𝔗 — 𝔐a = *blanda vox veniet* contra mstos.

arationes vestras = 𝔊2. — 𝔖. Antea edebatur *a rationibus vestris* = mss. (de P2. tacet Grut.), nisi quod partim iungunt priores voces *arationibus*, partim etiam addunt *fines vestros* = Pinc. v. l. P1. (de hoc diversa tradit Grut.) Col. R βτλοπαφ. Unde natus sit ille error, quem additamento emendare studuerunt quidam librarii, facile perspicitur et explicavit Grut. mπ = *terminum porrigetis.* G = *nec provinciarum q. spatio.* ita emendat Ianus laud. Ep. 90, 39. *provinciarum spatium.* B(p.m.) = *statio.* B(s.m.) R ρρ Gr. 𝔑 — 𝔊2. = *statione.* G = *statione m.* 𝔄 = *constatione.* Pinc. ci. 𝔊 — 𝔖 = *satione.*

19. ρ = *per privata.* 𝔑 — 𝔐a — *est* post *decursus* contra mstos etiam Gr. Pinc. B(s∞) — *magni* post *amnes.* B (cr. ∞) P1. 3. 4. = *latifundis.* RG P2. Col. 𝔑 — 𝔅 = *latis fundis.* G = *circumcistis. nisi.* mG P1. 3. 4. = *circumcinxistis.* Col. = *circumstruxistis.*

Hadriam = B 𝔄2𝔔4. Gro 𝔖. GR ρρ (exc. πρ) Gr. (exc. Col. v. l.) Pinc. = *Adriam.* ρ Col. = *Adriaticum.* π = *Adriacum.* mβ 𝔑 — 𝔐a (exc. 𝔔4. Gro) = *Adrianum* (*Hadr.*). B = *Aegeumque.* ζρ + *Aeg. mare.* B = *vilicus.*

regnat — numerantur = B𝔄. (respice ad *cinxistis*). GR Herbip. 𝔑 — 𝔖 = *regnet — numerentur.* 𝔑 — 𝔗 = *Quam multis late.* R sG 𝔄𝔑 — 𝔊2. = *possidere.* Alterum primus proposuit Pinc.

𝔑 — 𝔅 = *qui aliquando.* In B legitur *ndo* supra lineam. G(cr. ∞) P1. 3. 4. Col. 𝔅𝔊1. = *plus sit alienum.* Steph. (ad Dalech. Ep. 36.) ci. = *non plus sit alieni.*

20. P3. 4. = *aed. vestra praetaxantur.* P1. = *praetereant.* Grut. ci. = *ripis — praetexantur.* (cf. Gierig ad Plin. Pan. 52, 2.)

𝔐a = *deversoria.* quod etiam in B a pr. m. fuisse videtur.

c *litus curvabitur — sed ut melius* annectit ad Ep. 88. et priora huius Ep. (89.) omittit. *facietis* = mss. (exc. ρψ) etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊1. ρψ 𝔊2. — 𝔖 = *iacietis.*

nec contenti solo, nisi quod manu feceritis, maria agetis introrsus. Omnibus licet locis tecta uestra resplendeant, aliubi inpo- 21
sita montibus in uastum terrarum marisque prospectum, aliubi ex plano in altitudinem montium educta: cum multa aedificaueritis, cum ingentia, tamen et singula corpora estis et paruula. Quid prosunt multa cubicula? in uno iacetis. Non est uestrum ubicumque non estis. Ad uos deinde transeo quorum profunda et insatiabilis gula binc maria scrutatur, hinc terras. alia hamis, alia laqueis, alia retium uariis generibus cum magno labore persequitur: nullis animalibus nisi ex fastidio pax est. Quan- 22
tulum ex istis epulis quae per tot conparatis manus fesso uoluptatibus ore libatis? quantulum ex ista fera periculose capta dominus crudus ac nausians gustat? quantulum ex tot conchyliis tam longe aduectis per istum stomachum inexplebilem labitur? Infelices ecquid intellegitis maiorem uos famem habere quam uentrem. Haec aliis dic ut, dum dicis, audias ipse, scribe ut, dum scribis, legas omnia ad mores et ad sedandam

GP2. ℜ — ℭ2. = *non contenti.* P1. 3. = *ne contenti.* P3. = *solio nisi.* P4. = *solum nisi.*

maria = R mCol P3. (s.m.) ℭ2. — ℭ. (Erm. hoc fecit ex *marinam* cuiusdam cod. scriptura.) B = *arme.* P3. (p.m.) = *arina.* GP1. plerique ρρ ℵℜ — ℭ 1. = *arma.* P2. = *marina.* P4. = *mare.* quod si comparo cum scriptura B, verum videtur. Erm. ci. = *arva.*

21. ℜ — ℜα = *tecta uestra splendeant* contra mstos etiam Sc.

aliubi — aliubi = B. cf. Ep. 35, 4. Erl. = *alubi — alubi.* Herb. = *alyubi — alyubi.* G = *alicui* (lit.) — *aliiubi.* mG RℵℜA — ℭ = *alicubi — alicubi* (hoc in R supra lineam conspicitur). Hanc scripturam esse vitiosam primus monuit Ianus. Attamen ferri posset eodem sensu, quo dicitur etiam *quidam — quidam.* αιορτχ = *Ad uos demum.* G(p.m.) = *Ad uos inde.*

G(p.m.) ℬ = *scrutantur.* GA ℜ — ℬ = *labore prosequitur.*

22. G(mω) — *Quantulum — libatis?*

Quantulum ex istis = Rγδζψ P1. 3. 4. probat Grut. BmG αϑκλφ ℵ + *Quantulum est ex istis.* P2. Col. + *Quantulum est quod ex istis.* βιχ tres Ottobon. = *Quantulum est quod ex his.* Pinc. + *Quantulum enim est quod ex istis.* ℜ — ℭ + *Quantulum enim ex istis.* ρ = *Quantum ex istis per tot manus comparatis.* γδζψ = *epulis quas.* ℜ — ℵ = *dominus crude.* B(cr.ω) = *crudus ac nausae angustat.* ℵ = *crudus et naus.* ℵℜ — ℜα = *nauseans.* G (p.m.) = *ex tot consiliis.* sG = *ex tot conciliis.*

Infelices ecquid intellegitis — ventrem? = ℭ4. ex em. Gron. B = *Infelices esse quid intell.* ρ = *Infelices quid intell.* G = *Infelicem* [cr. ω] *esse quod intell.* RεA ℜ — ℬ = *Infelices etiam quod intell.* ℭ1. — ℭ = *Infelices etiam quod non intell.* Rell. ρρ P1. 3. 4. Gron. = *Infelices esse quod intelligitis.* P2. = *Infelices uos quos intelligitis.* Col. = *Infelices estis quod non intelligitis.* B (sω) = *Haec alias dic.*

dum scribis = mss. (exc. απ) etiam Gr. Gron. ℵGro — ℭ. απ ℜ — ℭ4. = *dum scripseris.*

B(pr.m.) G = *ad sedendam ra-*

rabiem adfectuum referens. Stude non ut plus aliquid scias, sed ut melius. Uale.

EPISTULA II. (90.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Quis dubitare, mi Lucili, potest quin deorum inmortalium munus sit, quod uiuimus, philosophiae, quod bene uiuimus, itaque tanto plus huic nos debere quam dis, quanto maius beneficium est bona uita quam uita? Pro certo haberetur, nisi ipsam philosophiam di tribuissent cuius scientiam nulli dederunt, facultatem omnibus. Nam si hauc quoque bonum uolgare fecissent et prudentes nasceremur, sapientia quod in se optimum habet perdidisset, inter fortuita esset. Nunc enim hoc in illa pretiosum atque magnificum est, quod non obuenit, quod illam
2 sibi quisque debet, quod non ab alio petitur. Quid haberes quod in philosophia suspiceres, si beneficiaria res esset? Huius opus unum est de diuinis humanisque uerum inuenire: ab hac numquam recedit religio, iustitia, pietas et omnis alius comitatus uirtutum consertarum et inter se cohaerentium. Haec docuit colere diuina, humana diligere et penes deos imperium esse, inter

biem. GS = *Stude ut non plus aliquid.* B — R = *Stude non ut plus aliis scias.* R — *aliquid.* quod in P3. punctis est notatum. Steph. (Prood. I, 2.) ci. = *sed ut aliquid melius.* RR + *Vale mi Lucili.* In η huius et sequentis ep. aliqua pars perdita est.

Lib. XIV. Ep. 2. (90.)

GP1. Y — *philosophiae — vivimus.* R — G2. + *philos. autem, quod.* deletum est iussu Pinc. βιλο P2. P3. (s.m.) Col. + *et pro certo.* χ = *et certe.* *haberetur* = B sG ρτψ Pinc. v. l. Erl. GG. Y + *haberetur vl' crederetur.* P4. = *habetur.* GR Herb. P2. P3. (s.m.) Col. R — G2. R — S = *deberetur.* (Saepe a librariis haec sunt confusa.) Illud restituit Ianus. B = *cuius scientia ulli dederunt.* GP1. 3. duo antiquiora exx. Pinc. = *scientiam ulli.* BY = *fecisset.* Gαγδειλ πτφ P1. P3. (s.m.) R — G2. + *et sapientia.* deleri iussit Pinc. ζ + *et iam sap.* Y + *et perdidisset.* αεκυ P3. 4. + *quia inter fortuita non* [hoc in P3. notatum] *esset.* GRγδζϑσφ P1. B + *quia inter fortuita nunc* [hoc in G notatum, in R deletum] *esset.* Rell. ρρ Col. + *quia inter fortuita esset.* P2. + *quod inter fortuita esset.* Y + *quia inter fortuita iam esset.* R — TG1. + *quod inter fortuita non esset.* G2. — L4. = *quod inter fortuita non est.* B + *inter fortuita non esset.* Gτσ — S ∞ ex ci. Grut. Ju = *Non enim hoc.* B = *adque magnificum.* Y — *sibi* ante *quisque.*

2. G(m∞) = *suscipere s.* B sG = *verum inveniri.* de quo vide. Y = *numquam recidit.* ρ + *nunq. recedit nec recidit iust. relig., iust., pietas* = B maior pars ρρ Y. GRR — S = *iust., piet., rel.* ρ = *Haec docet colere.*

P3. — *et* ante *penes deos.* R — Ma + *et inter homines* contra

homines consortium quod aliquamdiu inuiolatum mansit, antequam societatem auaritia distraxit et paupertatis causa etiam iis quos fecit locupletissimos fuit. Desierunt enim omnia possidere, dum uolunt propria. Sed primi mortalium quique ex his geniti 3
naturam inconrupti sequebantur eamdem habebant et ducem et legem conmissi melioris arbitrio. Naturae est enim potioribus deteriora submittere. Mutis quidem gregibus aut maxima corpora praesunt aut uehementissima. Non praecedit armenta degener taurus, sed qui magnitudine ac toris ceteros mares uicit. elephantorum gregem excelsissimus ducit: inter homines pro maximo est optimum. Animo itaque rector eligebatur: ideoque 4
summa felicitas erat gentium in quibus non poterat potentior esse nisi melior. Tantum enim quantum uult potest qui se, nisi quod debet, non putat posse. *Illo* ergo *seculo quod aureum perhibent penes sapientes fuisse regnum* Posidonius iudicat. Hi continebant manus et iufirmiores a ualidioribus tuebantur. suadebant dissuadebantque et utilia atque inutilia monstrabant. Ho-

mstos etiam Gr. B = *aliquamdiu.* Re ℜ — 𝔊1. = *aliquando.*

iis quos fecit = B (s.m.) ψ. B(p.m.) = *is quos fecit.* ρ = *eis, quos.* GR𝔄ℜ — 𝔖 = *his quos fecit.* Rell. n. l. ψ = *distraheret avaritia et paupertatis causa fieret etiam iis quos locupl. fecit.* ρ = *at equidem societatem avaritia distraxit et paupertatis causas in eis etiam quos fecit locupl. finxit.* probat Sanctol.

Desierunt = λ ℜ — 𝔖. R = *Desinunt.* Ge ρρ (exc. λ) Gr. 𝔄ℜ — 𝔅 = *Desiderant.* 𝔊1. — 𝔊 = *Desierant.* B = *Desiderium conderunt.* ℜ — 𝔗 + *scire possidere.*

3. ℜℜ = *ex his genti.* B = *eundem habebant.* G (s∞) 𝔅 = *et ducem et regem.* eℜ — 𝔗 + *commissi vitae melioris.* 𝔄 = *Natura est.* 𝔍u = *Multis quidem gregibus.* B = *praecadit armenta.* 𝔄 = *taurus scilicet qui.* B = *magnitudinem ac toris.* G(cr.∞) = *magnitudinem ac thoros.* γδζ = *magnitudine ac robore.* ρ = *magnitudine roboris.* 𝔄 = *magnitudine actionis.*

excelsissimus = BGRe plerique ρρ (Gr.) ℜ — 𝔅1. Nonn. ρρ cod. Gron. Sc𝔄ℜu — 𝔖 = *excellentissimus.* quod commendaverat Gron. Sed Sw. ipse dubitat de hac scriptura.

pro maximo est optimum = R P 3. 𝔖. BG P 1. 2. 4. Col. Sc 𝔄 = *proximo est optimum* (Sc 𝔄 = *optimus*). eℜ — 𝔗 = *proximos est optimum.* 𝔅 — 𝔐a = *pro summo est optimus.* ρ = *probo rum optimus animorumque rector.*

4. mm𝔊1. 2. 𝔊 = *itaque rectoque.* ρ + *ideoque tunc summa.* P3.(cr.∞) = *nisi melior.* B = *Toto enim quantum.* ρυ = *Totum enim quantum.* βιοπστ𝔄 + *vult facere potest.*

non putat posse = mR λρ P3. m𝔊1. 𝔊 — 𝔖. Rell. mss. 𝔄ℜ — 𝔊2. = *non putat esse.* (P1. — *non.*)

P1. 3. 4. Col. = *prohibent penes.* ℜ — 𝔊2. 𝔍u = *perhibetur.* G = *pene sapientes.* 𝔄 = *regna.* γδρ = *Posidon. indicat.*

B(p.m.) = *continuebant.* 𝔄 = *manum.* B (cr. ∞) = *infirmiorem.* G(m∞) — *atque inutilia.*

rum prudentia ne quid deesset suis prouidebat. fortitudo peri-
5 cula arcebat. beneficentia augebat ornabatque subiectos. Officium erat imperare, non regnum. Nemo quantum posset aduersus eos experiebatur per quos coeperat posse: nec erat cuiquam aut animus iu iniuriam aut causa, cum bene imperanti bene pareretur nihilque rex maius minari male parentibus posset, quam ut abirent e regno. Sed postquam subrepentibus uitiis in tyrannidem regna conuersa sunt, opus esse coepit legibus quas et ipsas inter initia tulere sapientes. Solon qui Athenas aequo iure fundauit inter septem aeui sapientia notos. Lycurgum si eadem actas tulisset, sacro illi numero accessisset octauus.
6 Zaleuci leges Charondaeque laudantur. Hi non in foro nec in consultorum atrio, sed in Pythagorae tacito illo sanctoque secessu didicerunt iura quae florenti tunc Siciliae et per Italiam Graeciae ponerent. Hactenus Posidonio adsentior: artes qui-

B (cr. ∞) = *suis qui providebant.* G = *beneficientia.* BG P1. 3. Col. ℜ — 𝔖 = *agebat ornabatque.*

5. R = *nihil rex maius.*

ut abirent = mss. etiam e Gr. Gron. 𝔛ℜ — 𝔊. ℜ — S ex m𝔊2. = *ut abiret.* quod Latinitas non fert. Gron. „placeret, inquit, magis *abire se regno.*“

conversa = mss. etiam e Sc 𝔛ℜ — 𝔚𝔖. 𝔊1. — 𝔐a = *versa.*

𝔛 = *septem cui sap.* χ + *veteris aevi.* Col. (s.m.) + *aevi sui.*

sapientia notos = BGR ρρ (nonn. exc.) P2. Col. ScPinc. castigg. exempll. 𝔛ℳ — Gro 𝔅1. probat Wyttenb. Ep. ad Bakium p. 264. sG e nonn. ρρ P1. 3. 4. ℜ — 𝔊1. = *natos.* Pinc. ci. = *natus.* 𝔊2. — G𝔑u — 𝔖 = *notus* ex ing. Ermi. G = *Ligurgus.* G (m∞) P 1. 4. Col. — *tulisset.*

accessisset = BG ζ (rell. ρρ) P1. 3. Sc ℜ — 𝔚 ℳ — 𝔐a. R P3. (s.m.) Col. 𝔛𝔖 = *arcessisset.* probat Grut. P2. = *accersisset.* 𝔊1. — G = *accensuisset.*

octavus = ζ Col. ℜ — 𝔐a. BG (s.m.) P2. 𝔛 = *octavi.* quod iungunt cum sequentibus. G nonn. ρρ P1. 4. = *octavo* (facile poterat oriri ex *octavꝰ*). R = *octario.* mP1. = *optato.* P3. (s.m. nam omiserat) = *atario.* e ℜ — 𝔊1. = *.Artavi*, tanquam esset nomen proprium. βοχ alii ρρ = *Octavii Gallici et Talluciі* (*Alucii*) *Chorondaeque* (*Choronidaeque*). BG = *Zalluci leges Chorondaeque.* R = *et Talluci leges Chorondaeque.* P1. = *et Alluci leges Corondaeque.* P2. = *Gallici Talluci leges Coronidaeque.* P3. = *et Alluci leges Caronidaeque.* P3. (s.m.) = *et T. Alluci leges Choronidaeque.* P4. = *et Alluci leges Choronidaeque.* Col. = *Alluci leges Choronidaeque.* 𝔛 = *talluti leges tyronnidaeque.* eℜ — 𝔊1. = *et Alluci leges Chorondaeque.* Sanctol. ait neutrum nomen in ρρ recte scribi.

6. 𝔛 = *Pythagoric.* B + *e* [del.] *tacito illo.* 𝔛 — *illo* post *tacito.*

ρ = *et Italiae Gr.* ρσ = *Graeci ponerent.* χ = *et post Italiam Graeciae ponerentur.*

adsentior: artes = 𝔊1. — 𝔐a. et latet haec scriptura in BGe 𝔛ℜ = *adsentio partes.* R ρρ Gr ℜ — 𝔚 𝔖 = *adsentio artes.* quod prius reliquerunt et alterum tantum emen-

dem a philosophia inuentas quibus in cotidiano uita utitur non concesserim nec illi fabricae adseram gloriam. *Illa*, inquit, *sparsos et causiis tectos aut aliqua rupe subfossa aut excisae arboris trunco docuit tecta moliri.* Ego uero philoso- 7
phiam iudico non magis excogitasse has machinationes tectorum supra tecta surgentium et urbium urbes prementium quam uiuaria piscium in hoc clausa ut tempestatum periculum non adiret gula et quamuis acerrime pelago saeuiente haberet luxuria portus suos in quibus distinctos piscium greges saginaret. Quid ais? Philosophia homines docuit habere clauem et seram? Et quid aliud erat auaritiae signum dare? Philosophia haec cum tanto habitantium periculo inminentia tecta suspendit? Parum 8
enim erat fortuitis tegi et sine arte et sine difficultate naturale inuenire sibi aliquod receptaculum. Mihi crede, felix illud seculum ante architectos fuit. Ista nata sunt iam nascente luxu-

darunt. G (p.m.) = *quos a philos.* G(s.m.) 𝔄 = *siquidem a ph. in cotidiano vita utitur* = B. GR𝔑 — 𝔖 + *in quotidiano usu vita utitur.* Plerique ρρ 𝔄 = *in quotidiana vita utitur* (𝔄 = *vicitur.* in msto fortasse fuit *nititur*). *nec illi fabricae adseram* = BGRe ρρ Gr. Sc𝔄𝔊1. 2. 𝔔4. 𝔖. Pinc. v. l. 𝔊 — 𝔐a (exc. 𝔔4.) = *nec illam fabricae asseram* [𝔔2. Ju Gro 𝔅1. = *assertam*] *gloriam.* 𝔑 — 𝔅 = *nec illi fabricae afferam gl. sparsos et causiis tectos* = 𝔖 ex ci. cf. Veget. R. M. IV, 15. Re mP3. 𝔑 — 𝔗 = *sparsos e causis lectos.* BP1. Col. Sc 𝔄 = *sp. e caucasis lectos.* GP3. (p.m.) *sp. e causa sis lectos.* P2. = *sp. et causalis lectos.* P4. = *spasmosos e causa sed lectos.* mR P3. (s.m.) = *sp. e caucasios lectos* (P3. = *lestos*). o = *sparsos homines congrega et causulis tectos.* 𝔅𝔊1. = *sparsos e casis lectos.* 𝔊2. — 𝔔4. = *sp. et casulis tectos.* Gro = *sp. et aut cavis tectos* ex ci. Lips. 𝔅1. = *sp. et aut casulis tectos.* 𝔐u 𝔐a = *sp. et e Caucasiis lectos* nullo sensu. G(s∞) P1. = *offuit tecta moliri.* P3. = *offuit tecta molis.* P4. + *offuit alias docuit tecta moliri.* unde Grut. ci. = *ostendit tecta moliri.* 𝔄 — *tecta.* e𝔑 — 𝔗 = *potuit tecto molliri.* 𝔅 = *docuit tecta molliri.*

7. *urbium urbes prementium* = BGR ρρ Gr. Gron. 𝔄𝔐u — 𝔖. 𝔑 — 𝔊 = *urbes urbium prem.* 𝔐 — 𝔅1. — *urbium.* Gron. ci. = *turrium urbes prem.*

clausa = BGR 𝔄𝔑 — 𝔐a. 𝔖 = *clusa.*

tempestatum periculum = P𝔄. GR 𝔑 — 𝔖 = *temp. pericula.* GR (cr. ∞) 𝔄𝔑 — 𝔊1. = *Quid agis? Philos.* B(s∞) = *glacem et seram.* G (s∞) = *clavim.* Be 𝔄𝔑 — 𝔗 = *quicquid aliud erat.* GR ρρ (exc. π) Gr. (exc. P3.) 𝔅 — 𝔊 = *et quicquid aliud erat.* π = *Quid aliud erat quam avaritiae.* P3. = *et quicquid erat avaritiae.* G = *Philosophia hoc.* 𝔄 — *haec.*

8. *et sine difficultate* = BG ρρ (nonn. — *et*) 𝔄𝔑 — 𝔊2. R𝔊 — 𝔖 — *sine.* R = *istud seculum. ante architectos* = e𝔑 — 𝔅. B = *ante* APKIAHKTOC. sBG Gr. = αρχιτεκτος. ρρ (exc. λ) = *ante* αρκιτετος vel *architectores.* R (al. m.) λ Pinc. 𝔖 = *ante* ἀρχιτέκτονας. 𝔊1. = *ante architectores.* 𝔊2. = *ante architectones.* 𝔊 — 𝔐a = *architectonas.* 𝔄 huius vocis se-

ria, in quadratum tigna decidere et serra per designata currente certa manu trabem scindere.

Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.

Non enim tecta coenationi epulum recepturae parabantur. nec in hunc usum pinus aut abies deferebatur longo uehiculorum ordine uicis intrementibus ut ex illa lacunaria auro grauia pende-
9 rent. Furcae utrimque suspensae fulciebant casam: spissatis ramalibus ac fronde congesta et in procliue disposita decursus imbribus quamuis magnis erat. Sub his tectis habitauere, sed securi. Culmus liberos texit: sub marmore atque auro seruitus habitat. In illo quoque dissentio a Posidonio, quod *ferramenta fabrilia excogitata a sapientibus uiris* iudicat. Isto enim modo dicat licet *sapientes* fuisse per quos

Tunc laqueis captare feras et fallere uisco
Inuentum et magnos canibus circumdare saltus.

10 Omnia enim ista sagacitas hominum, non sapientia inuenit. In hoc quoque dissentio *sapientes fuisse qui ferri metalla et aeris inuenerint, cum incendio siluarum adusta tellus in summo uenas iacentes liquefacta fudisset.* Ipsa tales inueniunt quales colunt. Ne illa quidem tam subtilis mihi quaestio uidetur

dem habet vacuam. B + *fuit ante tectores.* G + *fuit ante architectores.* R (del.) + *fuit aut architectores.* 𝔄 + *fuit architectoris.* e𝔑 — 𝔗 + *fuit ante Archetectores.* P3. 4. = *in quadratum ligna.*

serra per designata = B plerique ρρ duo Pall. Col. Pinc. v. l. 𝔄 𝔑u — 𝔖. P4. = *serva per des.* G R(s∞) 𝔑 — 𝔅1. = *ferro per des.* B (cr. ∞) = *Nam primum cuneis.* 𝔑 — 𝔗 = *scissile lignum.*

coenationi = Βτυφ ex. Fac. et Prim. P4. ℭ — 𝔖. G (cr. ∞) P1. 3. = *coenationia.* R rell. ρρ pars, P3. 𝔑 — 𝔗 = *coenatoria.* Alii ρρ P2. Col. = *coenationem epulumque receptura* (P2. = *receptatura*). Alii ρρ = *coenationis epula receptura.* 𝔅 — 𝔑 = *coenationum epulas receptura.* G P3. 𝔑 — 𝔗 = *epula receptura.* Lips. pro *epulum* ci. = *populum.* BG = *ordine vicit.* ζo = *ex illis.* αxυ = *ex illo.* B (cr. ∞) = *lucunaria.*

9. Lips. ci. = *suspensam.*

B (cr. ∞) = *fulgebant casam.*

o = *fronde contexta.* Ex. Fac. et Prim. m𝔊 = *deposita.*

sed securi = mss. (praeter επ) etiam Gr. (exc. P2.) 𝔑 — 𝔖. επ P2. 𝔑 — 𝔖 — *sed.* 𝔄 = *habitavere securae.*

sapientes fuisse = mss. etiam Gr. (exc. P1.) 𝔄𝔑 — 𝔊. P1. 𝔑 — 𝔖 — *fuisse.*

10. Bochart Hieroz. T. II. l. VI. c. 16. p. 881. 40. ci. = *auri metalla,*

et aeris invenerint = BR Sc 𝔄 𝔖. G𝔑 — 𝔑a = *et aeris inuenerunt.*

liquefacta = BGR ex. Fac. et Prim. Gr. (exc. P3.) 𝔄𝔊2. — 𝔑a. P3. 𝔑 — 𝔊1. 𝔖 = *liquefactas.* R (cr. ∞) P3. = *fuisset.*

Ipsa tales = mss. 𝔄𝔑 — 𝔊. Pinc. ci. 𝔑 — 𝔖 = *Ista tales.*

𝔑 — 𝔗 = *Nunc illa tandem tam subtilis.*

quam Posidonio: *Utrum malleus in usu esse prius an forfices coeperint.* Utraque inuenit aliquis excitati ingenii, acuti, non magni nec elati: et quicquid aliud corpore incuruato et animo humum spectante quaerendum est. Sapiens facilis uictu fuit. 11
Quidni? cum hoc quoque seculo esse quam expeditissimus cupiat. Quomodo, oro te, conuenit ut et Diogenem mireris et Daedalum? Uter ex his sapiens tibi uidetur? qui serram commentus est? an ille qui, cum uidisset puerum caua manu bibentem aquam, fregit protinus exemptum e perula calicem hac obiurgatione sui: *Quamdiu homo stultus superuacuas sarcinas habui?* qui se conplicuit in dolio et in eo cubitauit? Hodie 12
utrum tandem sapientiorem putas, qui inuenit quemadmodum in inmensam altitudinem crocum latentibus fistulis exprimat, qui Euripos subito aquarum inpetu inplet aut siccat et uersatilia coenationum laquearia ita coagmentat, ut subinde alia facies atque alia succedat et totiens tecta quotiens fercula mutentur? an eum qui et aliis et sibi hoc monstrat quam nihil nobis natura durum ac difficile imperauerit? posse nos habitare sine marmorario ac 13
fabro. posse nos uestitos esse sine commercio Sericorum. posse nos habere usibus nostris necessaria, si contenti fuerimus iis quae

BG𐌓 — 𐌁 = *in usu esset.* *forfices* = B (p.m.). B(s.m.) GR 𐌗𐌓 — 𐌂 = *forcipes.* *excitati* = BG fere omnes ρρ P1. 4. Col. a quibus nolui discedere etiam propter locum Cic. N. D. II, 56, 140. in quo ipso componuntur *acutus* et *excitatus.* RP2. 𐌓 — 𐌂 = *aliquis* [P2. = *aliquid*] *exercitati.* P3. = *inexercitati.* 𐌗 = *excogitati.* 𐌓 = *corpore incarnato.* *animo* = mG P2. Col. mP3. 𐌗𐌂1. 2. ♀ — 𐌂. B = *antimo.* GR P1. 3. 4. 𐌓 — 𐌕 = *intimo.* Quidam Pinc. 𐌂 — 𐌜 — *animo.* Grut. ci. = *acie humum sp.* P3. + *in humum.* P4. = *expectante.* G — *quaerendum.* α = *facilis motu.* 11. 𐌗 — *quoque.* G = *seculo quoque.* G (lit.) ρρ (exc. ζψ) = *quisquam expeditissimus.* *ut et Diogenem* = BGSc 𐌗𐌜𐌓 𐌂. 𐌕 = *et ut Diog.* R𐌁 — 𐌑a — *et.* B scribit *Diogenen.* 𐌜 = *mireris et Talum* laudato Diod. Sic. IV, 76. atque idem in vetere libro se invenisse dicit Mur, *sarcinas* = BR P2. 𐌓 — 𐌜. GP 1. 3. 4. ♀ — 𐌂 = *sarcinulas.* Col. = *sarciuncu las.* 𐌗 = *et dolio incubitabit.* B(p.m.) = *doleo.* 12. sR P 3. (s.m.) 𐌓u 𐌑a = *Hoc dic utrum.* 𐌗 = *altitudine.* G nonn. ρρ P1. 𐌗 = *circum latentibus.* R = *orto lat.* P2. Col. = *orto cum latent.* 𐌓 = *ortum lat.* 𐌓𐌕 = *hortum lut.* mG = *orcum lat.* *et versatilia* = BG𐌗𐌂. 𐌓 — 𐌁 = *aut versat.* R𐌂1. — 𐌑a — *et.* B(p.m.) = *fericula mutentur.* 𐌗 = *immutentur.* R plerique ρρ 𐌗 = *imperavit.* 13. *marmorario ac fabro* = mss. etiam Gr. vet. cod. Dalech. 𐌗𐌜 — 𐌂1.𐌂. 𐌓u = *et fabro* quod male dicit fuisse in Grut. libris. 𐌂2. — 𐌁 1. — *ac.* *Sericorum.* hoc restituo ex *servorum* = mss. etiam Gr. 𐌗𐌜 — 𐌂1. 𐌂2. — 𐌂 = *Serum.* *iis quae* = B. GR𐌗𐌜 — 𐌂 = *his quae.* Rell. n. l.

terra posuit in summo? Quem si audire humanum genus uoluerit, tam superuacuum sciet sibi coquum esse quam militem. Illi sapientes fuerunt aut certe sapientibus similes quibus expe-
14 dita erat tutela corporis. Simplici cura constant necessaria: in delicias laboratur. Non desiderabis artifices, si sequere naturam: illa noluit esse districtos. ad quaecumque nos cogebat instruxit. Frigus intolerabile est corpori nudo. Quid ergo? non pelles ferarum et aliorum animalium a frigore satis abundeque defendere queunt? non corticibus arborum pleraeque gentes tegunt corpora? non auium plumae in usum uestis conseruntur? non hodieque magna Scytharum pars tergis uulpium induitur ac
15 murium quae tactu mollia et inpenetrabilia uentis sunt? Opus est tamen calorem solis aestiui umbra crassiore propellere. Quid ergo? non uetustas multa abdidit loca quae uel iniuria temporis uel alio quolibet casu excauata in specum recesserunt? Quid ergo? non quamlibet uirgeam cratem texuerunt manu et uili obliuerunt luto, deinde stipula aliisque siluestribus operuere fastigium et pluuiis per deuexa labentibus hiemem transiere securi?

Quem si audire = BGR plerique ρρ P2. 3. Col. ϐ℘ — ℭ. ψP1. ℭ 1. 2. ℜ = *Quae si audire.* υ Pinc. v. l. ℭℭ = *Quam si audire.* quod probat Pinc. ℜ — 𝔗 = *Quoniam si audire.*

14. *in delicias* = BGβιχυχ P2. 4. Pinc. v. l. 𝔄𝔐 — ℭ. R rell. ρρ P1. 3. 4. Col. ℜ — ℭ = *in delicias.* ℜ — 𝔗 = *laborant.* ℜ — ℭ 2. + *Etiam non desiderabis.*

si sequere = B(p.m.) ασουψ ϐ — ϐ 1. RsB rell. ρρ pars ℜ — 𝔗ℜu 𝔐a = *sequare.* G(s.m.) alii ρρ Dalech. vet. cod. = *sequaris.* Alii ρρ 𝔄ℭ = *sequeris.* B = *intolerabile est.*

Quid ergo? non pelles = BG (s.m.) plerique ρρ P2. Col. Sc 𝔄ℭ. G (p. m.) R γδεζιχλφψ P 1. 3. 4. + *Numquid ergo? non pelles.* ℜ — ℭ 1. = *Quid ergo? numquid pelles.* ℭ 2. — 𝔐a + *Quid ergo? numquid non pelles.* B = *aliarum animalium.* RG = *quaeant.*

Nonn. ρρ = *nonne corticibus — nonne avium.* ℜ — ℭ 1. = *num corticibus — num avium — num hodieque.* ℜ — 𝔗 = *terga vulpium.* B = *murum.* γδεζοφψ = *hodie quoque.* 𝔄 — *tactu.* G = *tacta.* R — *ventis.* mR βϑσχ = *vermibus sunt?*

15. ℜ — ℭ 1. = *num vetustas multa* et mox *num quamlibet.* 𝔄 = *addidit.* Lips. ci. = *abedit loca.*

non quamlibet virgeam = ψℜ — ℭ. B = *non quaelibet v.* Gζ = *non qualibet v.* R rell. ρρ 𝔄 = *non quilibet v.*

oblivierunt = B (p.m.) Rℭ 1. — ℭ. υ 𝔐 — 𝔐a = *obleverunt.* B (s.m.) G rell. ρρ P1. 4. Sc 𝔄𝔐 — ϐℭ = *oblinierunt.* P2. Col. = *oblituerunt.* P3. = *obliniverunt.*

stipula = R mG ζ P1. 3. (uterque s.m.) ℜ — ℭ. P1. 3. 4. = *spicula.* BG 𝔄ℜ = *de spicula.* Etiam ρρ (exc. ζ) addunt praepos.: utrum vero habeant, *stipula* an *spicula*, non proditur. B = *et duviis per devexa.* 𝔄 = *et dumis per devexa.* sR (al. m.) P2. P3. (s.m.) cod. Gron. = *et eluviis.* (vid. Gron. ad N. Q. III, 3.) et potest hoc defendi scripturis B𝔄. Col. = *et cluniis.* το = *et culmis per diversa.*

BGRP1. (cr. ∞) 3. 4. Col. ℜ — ℭ 1. = *latentibus.* mG sR το 𝔄 = *iacentibus.* mmℭ 2. ℭ = *hiemem transegere.* ℜ = *transire.*

Quid ergo? non in defosso latent Syrticae gentes quibusque 16
propter nimios solis ardores nullum tegumentum satis repellendis caloribus solidum est nisi ipsa arens humus? Non fuit tam inimica natura, ut, cum omnibus aliis animalibus facilem actum uitae daret, homo solus non posset sine tot artibus uiuere. Nihil horum ab illa nobis imperatum est, nihil aegre quaerendum, ut possit uita produci. Ad parata nati sumus: nos omnia nobis difficilia facilium fastidio fecimus. Tecta tegumentaque 17
et fomenta corporum et cibi et quae nunc ingens negotium facta sunt obuia erant et gratuita et opera leui parabilia: modus enim omnium, prout [postulabat] necessitas, erat. nos ista pretiosa, nos mira, nos magnis multisque conquirenda artibus fecimus. Sufficit ad id natura quod poscit. A natura luxuria desciuit quae cotidie se ipsa incitat et tot seculis crescit et ingenio adiuuat uitia. Primo superuacua coepit concupiscere, inde contraria, 18
nouissime animum corpori addixit et illius deseruire libidini iussit. Omnes istae artes quibus aut circitatur ciuitas aut strepit corporis negotium gerunt cui omnia olim tamquam seruo praestabantur, nunc tamquam domino parantur. Itaque hinc textorum, hinc fabrorum officinae sunt, hinc odores coquentium, hinc molles corporis motus docentium mollesque cantus et infractos. Recessit enim ille naturalis modus desideria ope neces- 19
saria finiens: iam rusticitatis et miseriae est uelle quantum sat est. Incredibile est, mi Lucili, quam facile etiam magnos

16. ℜ — ℬ = *inde fesso latent* (ℜ — ℭ1. = *iacent*).

quibusque = BGR fere omnes ρρ. 𝔄ℜ — ℭ = *quibus* om. *que*.

χ = *Num fuit tam inim.* π = *An fuit tam inim.* 𝔄 = *tam minuta.* Gron. ci. = *tam iniqua.*

B𝔄 = *facile actum.* Pinc. ci. = *facilem ac tutam vitam.* R + *quaerendum est.* ο = *omnia nobis studia difficilia fecimus.* ℜ — 𝔗 = *difficilia: facilia fastidio fecimus.* ℬℭ1. = *difficilia studio fecimus.*

17. 𝔄 — *sunt* post *facta*.

prout necessitas, erat = B𝔄. GR ℜ — ℭ + *prout postulabat necessitas, erat.* ρℭ1. m𝔍u = *nos ista perniciosa.* mmℭ2. ℭ = *nos ista speciosa.*

nos mira = G(s.m.) P3. 4. Pinc. v. l. ℭ2. — ℭ. BG(p.m.) Rαβγδεζ ιλτυψ P1. 2. Col. 𝔄ℜ — ℭ1. = *nos ista misera.* Steph. (ad Dalech. Ep. 9.) ci. = *Sufficiebat ad id.*

se ipsa = BG𝔄ℭ. Rℜ — 𝔐a = *se ipsam.*

18. GℜR = *adduxit.* 𝔗ℬ = *abduxit.*

circitatur = B Sa (iam enim hoc libro utitur Sw.) P1. 2. 4. ℜ — 𝔗ℭ. RP3. (p.m.) Sc 𝔄ℬ — 𝔐a = *excitatur.* ρρ u. l. B = *molles corpori motus.* GℜR — ℭ1. = *corporum.*

G(mω) — *hinc textorum.* P1. 3. 4. = *hinc tectorum.* Quidam Pinc. = *huic textorum.* quod non minus commodum putat Pinc.

19. B(sω) = *quantum fas est.* G = *satis est.* G(mω)R — *mi* ante *Lucili*.

uiros dulcedo orationis abducat a uero. Ecce Posidonius (ut mea fert opinio, ex his qui plurimum philosophiae contulerunt) dum uult describere primum quemadmodum alia torqueantur fila,
20 alia ex molli solutoque ducantur, deinde quemadmodum tela suspensis ponderibus rectum stamen extendat, quemadmodum subtemen insertum quod duritiam utrimque conprimentis tramae remolliat spatha coire cogatur et iungi: textrini quoque artem a sapientibus dixit inuentam oblitus postea repertum hoc subtilius genus in quo

Tela iugo iuncta est, stamen secernit arundo,
Inscritur medium radiis subtemen acutis
Quod lato pauiunt insecti pectine dentes.

21 Quid si contigisset illi addere has nostri temporis telas quibus uestis nihil celatura conficitur in qua non dico nullum corpori auxilium, sed nullum pudori est? Transit deinde ad agricolas nec minus facunde describit proscissum aratro solum et iteratum, quo solutior terra facilius pateat radicibus. tunc sparsa semina et collectas manu herbas, ne quid fortuitum et agreste subcrescat quod necet segetem. Hoc quoque opus ait esse sapientium, tamquam non nunc quoque plurima cultores agrorum noua inue-

B — *a* ante *vero.*

opinio, ex his = B Sa c ρρ (exc. σ) ϒℜ — ℬ𝔖. G = *opinio, ex eis.* σ𝔊1. 𝔐a = *opinio, unus ex iis.* R = *unus ex hiis.* G(s∞) P1. 3. — *primum* post *describere.* non necessarium habet Grut.

20. B pro *deinde* olim habuit *de:* sed reliqua sunt suppleta. o = *textum stamen.* P1. 3. 4. = *rectum stramen.* G(p.m.) P1. Col. ϒ = *extendant.* probant Scaliger et Grut. et *tela* plurali numero positum significare putant *instrumenta textoria.* GR ρρ ℜ — 𝔊 = *subtegmen* vel *sub tegmen.*

spatha. γδζ = *sparsa.* πmχ𝔊1. — 𝔊 = *separata.* ℜ = *sparta.* GRϒ = *spata* sine *h.* χ = *cogat.* ℜ — ℬ1. = *cogantur.*

textrini = BGR ρρ Gr. Pinc. ϒ 𝔐u — 𝔖. ℜ — ℬ1. = *textricum.* R = *hac subtilius genus.* GR ρρ ℜ = *subtegmen.*

paviunt = ci. Grut. 𝔖. BGR longe plurimi ρρ Gr. Pinc. codd. Lips. ϒℜ — 𝔊2. = *pariunt.* εζσψ ci. Pinc. Ovid. (M. VI, 58.) 𝔊 — 𝔐a = *feriunt.* ζψ versus Ovidii etiam integros exhibent. Lips. defendit *feriunt*, ex quo primum ortum esse putat *fariunt*, deinde *pariunt.* At Seneca cum locum Ovid. circumcideret et immutaret, facile pro *feriunt* potuit substituere *paviunt*, verbum librariis ignotum. 𝔐u — 𝔖 = *dentis.*

21. *addere* = mss. ϒℜ — ℬ𝔖. 𝔊1. — 𝔐a = *videre.* BGR + *in quibus vestis.* ℜ — 𝔊1. — *nihil* ante *celatura.*

iteratum = ci. Pinc. 𝔊 — 𝔖. (cf. Colum. II, 4, 8. al. Salmas. ad Solin. p. 512. sq.) Mss. omnes ϒℜ — 𝔊2. = *inter aratrum.* m𝔊2. = „forte *iterum*, quoniam eadem terra transversim prosciditur." G(m∞) = *parcat radicibus.* 𝔐 — 𝔐a = *tum sparsa semina* contra mstos. GR = *sapientum.*

niant per quae fertilitas augeatur. Deinde non est contentus 22
his artibus, sed in pistrinum sapientem submittit. Narrat enim quemadmodum rerum naturam imitatus panem coeperit facere: *Receptas*, inquit, *in os fruges concurrens inter se duritia dentium frangit et quicquid excidit ad eosdem dentes lingua refertur: tunc uero miscetur, ut facilius per fauces lubricas transeat. cum peruenit in uentrem, aqualiculi feruore concoquitur: tunc demum corpori accedit. Hoc aliquis* 23 *secutus exemplar lapidem asperum aspero inposuit ad similitudinem dentium quorum pars inmobilis motum alterius exspectat. deinde utriusque adtritu grana franguntur et saepius regeruntur, donec ad minutiam frequenter trita redigantur. Tunc farinam aqua sparsit et adsidua tractatione perdomuit finxitque panem quem primo cinis calidus et feruens testa percoxit: deinde furni paulatim reperti et alia genera quorum feruor seruiret arbitrio.* Non mul- 24
tum afuit quin sutrinum quoque inuentum a sapientibus diceret. Omnia ista ratio quidem, sed non recta ratio commenta est. Hominis enim, non sapientis inuenta sunt tam mehercules, quam nauigia quibus amnes quibusque maria transimus aptatis ad excipiendum uentorum inpetum uelis et additis a tergo gubernaculis quae huc atque illuc cursum nauigii torqueant: exemplum a piscibus tractum est qui cauda reguntur et leui eius in utrumque momento uelocitatem suam flectunt. *Omnia*, inquit, 25
haec sapiens quidem inuenit: sed minora, quam ut ipse

G = *sterilitas augeatur.*

22. R = *et in pistrinum.* Gl. — Ru = *coepit facere* contra mstos. Ju = *lingua refert.*

σGl. — Ra + *salivae miscetur.* πφχ + *saliva miscetur.* BG RSa c rell. ρρ XR — B ∞. X = *pervenerit.*

aqualiculi = RB(s.m.) mGλσχ XB — S. ι = *a quo leni ferv.* P2. = *aquae levi ferv.* γ = *aliquali ferv.* ο = *a qualiquali ferv.* B = *aequali eius ferv.* quod propter codicis huius praestantiam olim eram recepturus. Rell. ρρ GP1. 3. 4. R — T = *aequali culinae ferv.*

23. X = *motum alterans exspectat.* βRτσσυ = *inspectat.* Pinc. ci. M = *et saepius reteruntur.* Nonn. ρρ = *donec ad minima.* R — Gl. = *in aquam sparsit.* X = *spargit.*

G(m∞) = *et fluens testa percossit.*

24. *afuit* = B Sa S. GB = *affuit.* X = *a fuit.* R — T = *affuerit.* RGl. — Ra = *abfuit.* R = *mehercule.* X = *herculo.* S = *transivimus* ratione scripturae non reddita. R — Bl. + *et exemplum* contra mstos.

σ + *in utrumque latus.* επ = *in utrumque motu.*

25. Servavi verborum ordinem, quem exhibent mss. XS: vulgatus est ex R. Ex. Fac. et Prim. = *Omnia haec, inquit, sapiens qui-*

tractaret, sordidioribus ministris dedit. Immo non aliis excogitata ista sunt quam quibus hodieque curantur. Quaedam nostra demum prodisse memoria scimus: ut specularium usum perlucente testa clarum transmittentium lumen, ut suspensuras balneorum et inpressos parietibus tubos per quos circumfun-
26 deretur calor qui ima simul ac summa foueret aequaliter. Quid loquar marmora quibus templa, quibus domus fulgent? Quid lapideas moles in rotundum ac leue formatas quibus porticus et capacia populorum tecta suscipimus? quid uerborum notas quibus quamuis citata excipitur oratio et celeritatem linguae manus sequitur? Uilissimorum mancipiorum ista commenta sunt: sapientia altius sedet nec manus edocet: animorum magistra est.
27 Uis scire quid illa eruerit, quid effecerit? Non dedecoros corporis motus nec uarios per tubam ac tibiam cantus quibus exceptus spiritus aut in exitu aut in transitu formatur in uocem. non arma nec muros nec bella: utilia molitur, paci fauet et genus humanum ad concordiam uocat. Non est, inquam, instrumentorum ad usus necessarios opifex. Quid illi tam paruula adsignas? Artificem uides uitae. Alias quidem artes sub dominio habet: nam cui uita illi uitae quoque ornantia seruiunt. ceterum
28 ad beatum statum tendit. illo ducit, illo uias aperit. Quae sint mala, quae uideantur ostendit. uanitatem exuit mentibus,

dem invenit. R(r.m.) E2. — G + *quam a quibus.* M — S + *ab aliis — quam a quibus.* utrumque contra mstos etiam Ss. et edd. vett.

B (n.) + *excogitata iis.* G — *ista.* B (cr.∞) = *Quaedam nostrae.* Mu — S = *prodiisse* contra mstos et edd. vett. A = *suspensas* et mox = *impressis parietibus cubos*, quae vox etiam in εξυπτισ apparet.

simul ac = BGS. RAM — Ma = *simul et.*

26. P3. = *fulgerent.* G(m∞) — *tecta suscipimus.* B (cr.∞) = *suscepimus.* oσ = *tecta suspicimus* solito errore. χ = *tecta suspendimus.* In ζ videbatur legi *tecta substipamus.*

27. *Non decoros* = BG P1. 4. Sac AS (in G P1. *Non* primitus fuerat omissum). RCol. P2. M — B = *Non dedecores* (in R *Non* legitur supra lineam). P3. E1. — G = *Non decoros.* M — Ma = *Non indecoros.* ρρ n. l. B(cr.∞) = *cantis aliqui quibus.* σχ = *civilia molitur.* οω = *inutilia molitur.* G(cr. ∞) M — T = *adversus necessarios.*

nam cui vita illi vitae quoque ornantia = BG(p.m.) P1. R = ∞ *illi vitam quoque ornantia.* P3. 4. E2. — S = ∞ *illi vitae quoque ornamenta.* ιλοσφχ = *Nam cui [quia] ornamentum est vitae illi vitae quoque ornamenta.* ρ = *Nam cui servita* (rell. n. l.). P2. Col. = *Numque ornamentum est vitae illi vitae quoque ornamenta.* A = *Nam cui placet vita illa vitae quoque ornamenta.* R — E1. = *Nam cum vita illi, vitae quoque ornamenta.*

28. R = *Quae sunt mala.*

dat magnitudinem solidam. inflatam uero et ex inani speciosam reprimit nec ignorari sinit inter magna quid intersit et tumida: totius naturae notitiam ac suae tradit. Quid sint di qualesque declarat. quid inferi, quid lares et genii. quid in secundam numinum formam animae perpetitae. ubi consistant, quid agant, quid possint, quid uelint. Haec eius initiamenta sunt per quae 29
non municipale sacrum, sed ingens deorum omnium templum, mundus ipse, reseratur cuius uera simulacra uerasque facies cernendas mentibus protulit: nam ad spectacula tam magna hebes uisus est. Ad initia deinde rerum redit aeternamque rationem toti inditam et uim omnium seminum singula proprie figurantem. Tum de animo coepit inquirere, unde esset, ubi, quamdiu, in quot membra diuisus. Deinde a corporibus se ad incor- 30
poralia transtulit ueritatemque et argumenta eius excussit: post haec quemadmodum discernerentur uitae aut uocis ambigua: in

ℜ = *inflatam vero et esivam spec.* ℜ = *et hesivam spec.* ℑ = *et haesivam spec.* G(s∞)R nonn. ρρ P1. 3. m𝔊2. = *spaciosam.*

ℜ — 𝔅 = *sine t.* ℵ = *timida* et mox = *ac suam.* ℵ + *et quid inferi.* BG = *qui inferi.* Fortasse scribendum *et qui inferi*, ut suppleatur *deorum* ad *qui.* ℵ — *et* ante *genii.*

in secundam numinum formam = 𝔊2. — 𝔖 ex ci Ermi. BG plerique ρρ Gr. codd. Ermi Sa c ℵℜ — 𝔊1. = *in secundam nominum formam.* (etiam Ep. 115, 4. B Sa pro *numinis* exhibent *nominis.* cf. Drkb. ad Liv. VII, 30, 20.) Erm. putavit molliorem fore sermonem, si legeretur *secundum numinum formam.* λοσ = *quid in secundam hominum formam.* quemadmodum legi posse idem Erm. scripsit. (De *hominum* et *nominum* confusione cf. Drkb. ad Liv. XXIV, 18, 8.) R (lit.) P3. (s m.) = *quid inseram hominum formam.* εζχρ = *quid in secula numinum forma.* χ = *quid in secunda numinum forma.* Sanctol. ci. = *Quid infera numinum* vel *hominum forma:* nam in multis ρρ esse *inseram* (pro *in secundam*), quod fieri facile potuerit ex *infera.* Dion. Gothofr. ci. = *Quid in secundam a numinibus formam animae provectae ubi consistant.*

perpetitae = B Sa 𝔖. Sw. explicat: „*perpetuatae*, immortalitate donatae et *in secundam numinum formam* (i. e. ordinem) translatae." cf. *perpes, perpetim.* GRℵℜ — 𝔐a = *perpetuae.*

29. ℜ — 𝔅 = *Hic eius init.* R(s∞) = *municipale sacramentum.*

mundus ipse = BGR ρρ (exc. ϰ) ℵℜ — 𝔊1. 𝔖. ϰ𝔊2. — 𝔐a = *mundus iste.* ℵ = *cernendis mentibus.* π = *cernentibus mentibus.* ℜ — 𝔐a = *et aeternam* contra mstos et ℵ. G(m∞) — *rationem.* R(r.m.) ιλοπσφχ P2. 4. Col. + *toti mundo.* P2. = *inclitam.* ε = *toti reconditam.* π + *figurantem ostendit.* G(m∞) = *Tamen de animo.* ℜℜ = *Tunc de animo.* G(m∞) P1. = *in tot membra.* ℜ — 𝔊 = *membris.* P4. = *in quod membra admissus.*

30. *corporibus* = BG(p.m.) P1. 3. ℜ — 𝔊2. 𝔖. R Pinc. v. l. ℵ𝔊 — 𝔐a = *corporalibus.* βτοπφ = *decernerentur.* ℵ — *vitae.*

aut vocis = BGR Sa ℜ — 𝔅. Sc 𝔖 = *ac vocis.* 𝔊1. — 𝔐a = *ac necis.* Rell. n. l.

utraque enim falsa ueris inmixta sunt. Non abduxit, inquam, se, ut Posidonio uidetur, ab istis artibus sapiens, sed ad illas omnino non uenit. Nihil enim dignum inuentu iudicasset quod non erat dignum perpetuo usu iudicaturus. ponenda non sumeret. *Anacharsis,* inquit, *inuenit rotam figuli cuius circuitu*
31 *uasa formantur.* Deinde quia apud Homerum inuenitur figuli rota, malunt uideri uersus falsos esse quam fabulam. Ego nec Anarcharsim auctorem huius rei fuisse contendo et, si fuit, sapiens quidem hoc inuenit, sed non tamquam sapiens, sicut multa sapientes faciunt, qua homines sunt, non qua sapientes. Puta uelocissimum esse sapientem: cursu omnes anteibit, qua uelox est, non qua sapiens. Cuperem Posidonio aliquem uitrearium ostendere qui spiritu uitrum in habitus plurimos format qui uix
32 diligenti manu effingerentur. Haec inuenta sunt, postquam sapientem inuenire desimus. *Democritus,* inquit, *inuenisse dicitur fornicem, ut lapidum curuatura paulatim inclinatorum medio saxo adligaretur.* Hoc dicam falsum esse. Necesse est enim ante Democritum et pontes et portas fuisse qua-
33 rum fere summa curuantur. Excidit porro uobis eumdem Democritum inuenisse quemadmodum ebur molliretur, quemadmodum decoctus calculus in zmaragdum conuerteretur qua hodie-

B (cr. ∞) = *adduxit.* 𝔄 = *Nihil enim in dignum.* G = *inventum.*

31. 𝔚𝔊1. — 𝔊 = *Demum quia apud Hom.* 𝔑 — 𝔑a = *De in quia. malunt* = BG(s.m.) R𝔄𝔑 — 𝔈1. G(p.m.) 𝔈2. — 𝔖 = *mavult,* quod cum *inquit* referebant ad Posidonium, ad quem neutrum spectat. Rell. n. l.

Anacharsim = BGR 𝔑 — 𝔈1. 𝔄 = *Anacharsis.* 𝔈2. — 𝔖 = *Anacharsin.* o = *fuisse contemno.*

qua — *qua* = B (priore loco B = *quam*: sed *m* notatum est) G(s.m.) *aeq* ci. Pinc. 𝔄𝔊 — 𝔖. G(p.m.) R rell. ρρ Gr. 𝔑 — 𝔈2. = *quia* — *quia.* 𝔑 — 𝔈2. + *qui cursu,* quod ex v. l. tolli iussit Pinc.

vitrearium = B (p.m.) nonn. ρρ Col 𝔚. GR rell. ρρ P1. (2. 3. s.m.) Ss. 𝔑 — 𝔈2. 𝔖 = *vitriarium* Pinc. v. l. P2. 3. (p. m. uterque) 𝔊 — 𝔑a = *vitrarium.* 𝔄 = *vitrianum.* 𝔑 — 𝔗 — *plurimos.*

diligenti manu = BGR P1. (3. s.m.) aliquot ρρ 𝔑 — 𝔖. Plerique ρρ aut cum v. l. Pinc. P2. 4. Col. 𝔄 = *diligentia manuum,* aut cum P3. (p.m.) = *diligentia manus,* quod Grutero omnium maxime probatur.

B(cr. ∞) = *effringerentur.* G = *effigerentur.* 𝔑 — 𝔗 = *efficerentur.*

32. *desimus* = B(p.m.) i. e. *desiimus.* cf. ad Ep. 69, 1. B(s.m.) GR𝔈1. — 𝔖 = *desivimus.* 𝔄𝔑 — 𝔚 = *desinimus.* Rell. n. l.

B (cr. ∞) = *forficem.* B (cr. ∞) = *adligarentur.* 𝔑 — 𝔚 = *pontem.*

33. R ρρ fere omnes Sc 𝔄 = *Excidit porro nobis.*

molliretur = mss. (exc. ε) etiam Gr. Pinc. 𝔄𝔑 — 𝔊 Gro — 𝔖. ε = *emolliretur.* Pinc. ci. 𝔑 — 24. = *poliretur.* Lamalle ad Val. Fl. I. p. 374. ci. = *potiretur.*

zmaragdum = B. cf. Schwabe ad Phaedr. II. p. 136. GR 𝔄𝔑 — 𝔖 =

que coctura inuenti lapides hoc utiles colorantur. Ista sapiens licet inuenerit, non qua sapiens erat, inuenit: multa enim facit quae ab inprudentissimis aut aeque fieri uidimus aut peritius atque exercitatius. Quid sapiens inuestigauerit, quid in lucem 34
protraxerit quaeris? Primum uerum naturamque quam non ut cetera animalia oculis secutus est tardis ad diuina. Deinde uitae legem quam ad uniuersa direxit: nec nosse tantum, sed sequi deos docuit et accidentia non aliter excipere quam imperata. Uetuit parere opinionibus falsis et quanti quidque esset uera aestimatione perpendit: damnauit mixtas poenitentia uoluptates et bona semper placitura laudauit: et palam fecit felicissi- 35
mum esse cui felicitate non opus est, potentissimum esse qui se habet in potestate. Non de ea philosophia loquor quae ciuem extra patriam posuit, extra mundum deos, quae uirtutem donauit uoluptati: sed [de] illa quae nullum bonum putat, nisi quod honestum est, quae nec hominis nec fortunae muneribus deleri potest, cuius hoc pretium est non posse pretio capi. Hanc phi- 36
losophiam fuisse illo rudi seculo quo adhuc artificia deerant et ipso usu discebantur utilia non credo: sicut ante fortunato tempore, cum in medio iacerent beneficia naturae promiscue utenda,

s maragdum. Sed illud restituit ms. Ruhk.

hoc utiles = B Sa. et sic edidisse maluit Sw. G ρρ (praeter eos, qui mox laudabuntur) P1. 3. 4. Col. mG2. + *a d hoc utiles.* mG = *o c c utiles.* Sc 𝔄 = *o cutiles.* 𝔖 + *i n hoc utiles* ex ci. quia *in* magis convenire cum more Senecae arbitrabatur quam *ad.* Rβιλοπρσ P2. 𝔅 — 𝔐a = *c o c t i l e s.* 𝔑 — 𝔗 = *lapides h i c u t i q u e colorantur.* G(sω) Gr. 𝔑 — G2. = *non q u i a sapiens.* 𝔄 = *multa enim f a c i u n t.*

RG2. — 𝔐a = *fieri vid e mus.*

a t q u e exercitatius = B. GR 𝔄𝔑 — 𝔖 = *a u t exercitatius.*

34. εο = *prod u xerit.* 𝔄 = *p e r t r a x e r i t.*

v e r u m naturamq u e = B. G P4. = *verum naturam* om. *que*, quod facile potuit excidere propter sequens *quam.* Iam diverso modo scripturam emendarunt librarii: R𝔑 — 𝔑 = *ver a m naturam.* P1. 3. 𝔄2 — 𝔖 = *r e r u m naturam.* Lips. ci. = *quam univer s i direxit.* 𝔑 — 𝔗 = *et at t i n entia non aliter.*

B(sω) = *per t endit.*

poenitent i a = B. Gron. „malim, inquit, *poenitent i a.* Ut apud Liv. l. 8. [36, 5.] *severitatem miscendam comitate.*“ ad quem locum vid. interprett. GR 𝔄𝔑—𝔖 = *poenitent i a e.*

35. 𝔑 — G1. = *de ea philos. lo- g u i.* 𝔄 — *ea.*

sed illa = BGR Gr. (exc. P2.) Gron. 𝔄𝔑 — G2. probat Gron. ad Sen. N. Q. I. prf. p. 286. sed male accipit pro Accus. P2. Pinc. v. l. 𝔊 — 𝔖 + *sed d e illa.*

del e r i = BGR ρρ Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 = *delen i r i* ex ing. Mur. ο = *pre m ium est.*

36. *discebant u r* = B𝔖 (sane ex Sa). GR 𝔄𝔑 — 𝔐a = *discebant.*

sicut ante fortunato tempore = ci. Lips. 𝔊. Sc 𝔄𝔑 — 𝔅1. = *sicut ante fortuna t a tempor a.* BG pars Gr.Sa = *sicut a u t fortunat a tempor a.* R alii Gr. Lips. 𝔑u 𝔐a =

antequam auaritia atque luxuria dissociauere mortales et ad rapinam ex consortio discurrere, non erant illi sapientes uiri, et-
37 iamsi faciebant facienda sapientibus. Statum quidem generis humani non alium quisquam suspexerit magis, nec si cui permittat deus terrena formare et dare gentibus mores, aliud probauerit, quam quod apud illos fuisse memoratur apud quos

nulli subigebant arua coloni,
Ne signare quidem aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quaerebant ipsaque tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat.

38 Quid hominum illo genere felicius? In commune rerum natura fruebantur. sufficiebat illa ut parens in tutelam omnium: haec erat publicarum opum secura possessio. Quidni ego illud locupletissimum mortalium genus dixerim in quo pauperem inuenire non posses? Inrupit in res optime positas auaritia et, dum seducere aliquid cupit atque in suum uertere, omnia fecit aliena et in angustum ex inmenso redacta. paupertatem intulit et multa
39 concupiscendo omnia amisit. Licet itaque uelit nunc concurrere

sicut autem fortunata tempora. ψ = *sicut nec fortunata tempora.* Rell. ρρ fere omnes (?) = *sicut haud fortunata tempora.* Lips. ci. = *sicut vatum fortunato tempore.* R βιλχ P 2. = *discussere.* G(n.) P 3. 4. Col. + *discurrere coeperit.* P 1. + *discurrere coepit.* Etiam γδζϑκπσφ + *disc. coepit* vel *coeperit.* λ = *sapientes veri.*

37. G(m∞) = *non altum quisquam.* ϑσ = *non alterum quisquam.* ιπ + *magis felicem.*

𝔄 — *nec* ante *si cui* et = *deus naturam formare.* ρ = *alium probaverit quam quem.* B = *subicebant.* Litterae c apex additus est ab alia manu (ç).

Ne signare q. = ζλφ (Virg. Ge. I, 126. Wr.) 𝔊 1. R𝔊 2. — 𝔖 = *Nec signare q.* (quod etiam apud Virg. multi libri tam imprr. quam mss. habent. De discrimine particularum *Ne — quidem* et *Nec — quidem* cf. Wagner ad Virg. l. l.) BG = *Ne sperare quidem.* αγδϑο = *Nec separe quidem.* unde Sauctol. ci. = *Nec sepire quidem.* Rell. ρρ = *Nec separare q.* aut *Nec sperare q.* 𝔄𝔑 — 𝔅 = *Ne separare q.* Etiam Sac = *separare.*

38. B = *illo genere* et *naturā.*

BGR Gr. 𝔄𝔑 — 𝔅𝔊 = *in tutela omnium.* quod num ferri possit vide. 𝔄 — *secura* et = *moralium.*

R (s.m.) maior pars ρρ 𝔄 = *invenire non possis.* 𝔑 — 𝔗 = *Irrumpit in res.* 𝔄 — *aliquid.* G = *aliud cupit.* G — *in* ante *angustum.* B + *in angustum se.* G(m∞) — *ex inmenso*, quod in B bis legitur. B = *redacti. avaritia paupertatem.* βτοσ + *ex immenso immensa redacta avaritia.* ερ + *se ex immenso et in immensum redacta avaritia.* mπ = *et in angustum sinum redacta.* 𝔄 = *ex in mense* [hoc in B quoque fuit p. m.] *reductam avariciam.*

39. 𝔄 = *Lucet itaque.* B = *Licet itaque nunc concurrere parare.* G(s∞) R (s∞) nonn. ρρ P 1. 3. 4. — *nunc.* G = *concutere.* Col. 𝔑α = *occurrere.* (Ruhk. hoc in duobus Pall. fuisse scribit: nam fefellit eum cum Gron. vitium ed. Io-

et reparare quod perdidit. licet agros agris adiciat, uicinum uel pretio pellat aeris uel iniuria. licet in prouinciarum spatium rura dilatet et possessionem uocet per sua longam peregrinationem: nulla nos finium propagatio eo reducet unde discessimus. Cum omnia fecerimus, multum habebimus: uniuersum habebamus. Terra ipsa fertilior erat inlaborata et in usus populorum non diripientium larga. Quicquid natura protulerat id non minus inuenisse quam inuentum monstrare alteri uoluptas erat: nec ulli aut superesse poterat aut deesse: inter concordes diuidebatur. Nondum ualentior inposuerat infirmiori manum. nondum auarus abscondendo quod sibi iaceret alium necessariis quoque excluserat: par erat alterius ac sui cura. Arma cessabant incruentaeque humano sanguine manus odium omne in feras uerterant. Illi quos aliquod nemus densum a sole protexerat, qui aduersus saeuitiam hiemis aut imbris uili receptaculo tuti sub fronde uiuebant, placidas transigebant sine suspirio noctes. Sollicitudo nos in nostra purpura uersat et acerrimis excitat stimulis: at quam mollem somnum illis dura tellus dabat! Non

hannis le Preux, quae scripturam *occurrere* male tribuit etiam P 2.) P3. monet alias legi *con g erere*, non *occurrere*, nec improbat Gron. Lips. ci. = *conv e rr ere* (in Gron. *Notis* male legitur *conver t ere*). Gron. ci. = *conq u irere*. Sed optimum *concurrere*. vid. notam Swi et Ind. s. h. v. P2. — *et* ante *reparare*. ι = *ag n os ag n is adiciat*.

pretio pellat aeris = G ρρ P 1. 2. 3. Col. Sc 𝔅 — 𝔖. B = *pr. pelleris*. R mP 3. = *pr. pellat ex hiis* (mP3. = *his*) probat Grut. P4. = *pr. pellat ei u s*. 𝔄 — *aeris*. 𝔑 — 𝔗 = *pr. p e t a r is*. Lips. ci. = *eis* vel *terris*. Erm ci. = *arvis*. Sw. parum distincte „Vitiose, inquit, duo verba in unum contracta sunt in ms. a et ed. R.“

per s u a longam = R (s.m.) ελ Sa (ex em. ipsius librarii) 𝔊2. — 𝔐𝔍u 𝔔2. 𝔖. BGR (p.m.) rell. ρρ (quidam — *per*) 𝔄𝔑 — 𝔊1. 𝔔4. — 𝔐a = *per suam longam*. 𝔑 — 𝔗 — *universum habebamus*. 𝔅 — *habebamus*. 𝔄 = *universa m*.

40. Col. = *protuler i t*. GP1. 4. = *protulit*. P3. = *p o t u i t*. βε τοχψ 𝔄 = *n i h i l ulli*. 𝔑 — 𝔗 = *nec i l l i sup.* om. *aut*, quod omittunt etiam 𝔅𝔊1. 𝔊2. — 𝔐a = *nec aut ulli* contra mstos etiam Gr.

super e s s e = mss. etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊. 𝔐 — 𝔖 = *super a r e*. quod unde Mur. sumpserit, nescio. 𝔄 = *Nondum v e l o c i o r*. Col. = *a v a r i i s a s c e n d e n d o quod sibi iaceret*. σ = *sibi p l a c eret*.

41. 𝔄 = *in feras verter u nt*.

Nonn. ρρ = *a sole t e x e rat*.

𝔄 — *nos* post *Sollicitudo*. 𝔑 — 𝔗 = *in nostra p r o b r a*. λψmo P3. 𝔑 — 𝔅 = *purpura v e x at* (in P3. cr. al. m. ∾). π = *a g i t a t stimulis*.

at quam mollem = BR (s.m.) G (s m.) ρρ (praeter eos, quos iam laudabo) Col. Gron. „cascae membranae“ P3. (s.m.) 𝔊ro — 𝔖. G (p.m.) R (p.m.) αγδ𝔡σ P 1. 3. (p.m.) cod. Lips. 𝔑 — 𝔗 = *a q u a m mollem e t* [𝔑𝔑 — 𝔗 — *et*] *somnum*. unde Lips. ci. = *ad a q u a m mollem et somnum*. 𝔄 = *ad q u e m mollem somnum*. 𝔅 = *a t q u e mollem s o n u m*. P2. 4. = *a t q u e mollem s*. φ = *o quam mollem somnum*. Sanctol. ci. = *A h quam mollem s*. 𝔊1. — 𝔔4. — *at quam*.

inpendebant caelata laquearia, sed in aperto iacentes sidera superlabebantur et insigne spectaculum noctium. mundus in praeceps agebatur silentio tantum opus ducens. Tam interdiu illis quam nocte patebant prospectus huius pulcherrimae domus. libebat intueri signa ex media coeli parte uergentia, rursus ex
43 occulto alia surgentia. Quidni iuuaret uagari inter tam late sparsa miracula? At uos ad omnem tectorum pauetis sonum et inter picturas uestras, si quid increpuit, fugitis adtoniti. Non habebant domos instar urbium. Spiritus ac liber inter aperta perflatus et leuis umbra rupis aut arboris et perlucidi fontes riuique non opere nec fistula nec ullo coacto itinere obsolefacti, sed sponte currentes et prata sine arte formosa: inter haec agreste domicilium rustica politum manu. Haec erat secundum naturam domus, in qua libebat habitare nec ipsam nec pro ipsa ti-
44 mentem: nunc magna pars nostri metus tecta sunt. Sed quamuis egregia illis uita fuerit et carens fraude, non fuere sapientes, quando hoc iam in opere maximo nomen est. Non tamen negauerim fuisse alti spiritus uiros et, ut ita dicam, a dis recentes: neque enim dubium est quin meliora mundus nondum effetus ediderit. Quemadmodum autem omnibus indoles fortior fuit et ad labores paratior, ita non erant ingenia omnibus consummata.
45 Non enim dat natura uirtutem: ars est bonum fieri. Illi qui-

42. G = *Non intendebant.* στ = *Non splendebant.* P2. = *in personato iacentes.* sR P1.(3. s.m.) = *iacentibus.* quod laudat Grut. tanquam ex 𝔑, in qua est *iacentes.* G(mω) — *sidera.* π + *videbant quomodo sidera.* Col. = *sublabebantur.* 𝔄 = *superlabantur.* G(mω) P1. = *et sine spectaculum* ω *in preces agebatur.* P3. = *et sine spectaculo.*

𝔛 — *ducens.* B𝔑 — 𝔊1. = *opus dicens.* G = *esse opus dicens.* P1. 3. 4. = *opus esse dicens.* Col. = *omne tempus ducens.*

interdiu — nocte = B. R(sω) = *inter diem — nocte.* 𝔛 = *intridui — nocte.* G Gr. 𝔄 — 𝔊 = *inter diem — noctem.* P3. (s.m.) Pinc. ci. 𝔐 — 𝔖 = *interdiu — noctu.*

patebant = BGR (p.m.) Gr. (exc. Col.) Sa c 𝔛𝔑 — 𝔊𝔖. R(s.m.) Col. ci. Pinc. 𝔐 — 𝔐a = *patebat.* G (mω) = *latebat intueri.*

43. 𝔛 — *inter.* B(cr.ω) = *Ad vos ad omnem.* ρ = *inter depictos parietes vestros.*

perflatus = BSa 𝔖. GR 𝔛𝔑 — 𝔐a = *flatus.* 𝔛 = *aut placidi fontis rivi aut qui.* R = *neque fistula.* π + *currentes illis erant.*

politum = BG ρρ Gr. 𝔛𝔑 — 𝔊1.𝔖. Idem expressit Vossius ad Virg. Ge. II, 467. p. 433. R = *pollitum.* 𝔊2. — 𝔐a = *positum.* G𝔛 = *nec ipsa nec.*

44. 𝔛 = *opere magno.* κλσ P3. 4. quidam Pinc. = *recedentes a diis.* B(cr.ω) G Gr. 𝔛 = *effectus ediderit.* οφ = *infectus ed.* Grut. ci. = *affectus.* 𝔛 + *in omnibus.* R — *enim* ante *dat natura.*

dem non aurum nec argentum nec perlucidos lapides ima terrarum faece quaerebant parcebantque adhuc etiam mutis animalibus: tantum aberat ut homo hominem non iratus, non timens, tantum spectaturus occideret. Nondum uestis illis erat picta, nondum texebatur aurum: adhuc nec eruebatur. Quid ergo? ignorantia rerum innocentes erant: multum autem interest utrum peccare aliquis nolit an nesciat. Deerat illis iustitia, deerat 46
prudentia, deerat temperantia ac fortitudo. Omnibus his uirtutibus habebat similia quaedam rudis uita: Uirtus non contingit animo nisi instituto et edocto et ad summum adsidua exercitatione perducto. Ad hoc quidem, sed sine hoc nascimur: et in optimis quoque, antequam erudias, uirtutis materia, non uirtus est. Uale.

EPISTULA III. (91.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Liberalis noster nunc tristis est nuntiato incendio quo Lugdunensis colonia exusta est. Mouere hic casus quemlibet posset, nedum hominem patriae suae amantissimum. Quae res efficit ut firmitatem animi sui quaerat quam uidelicet ad ea quae timeri posse putabat exercuit. Hoc uero tam inopinatum malum et paene inauditum non miror si sine metu fuit, cum esset sine exemplo: multas enim ciuitates incendium uexauit, nullam abstulit. Nam etiam ubi hostili manu in tecta ignis inmissus est, multis locis defecit: et quamuis subinde excitetur, raro

45. 𝔄 = *non argentum.* G(s∞) Pl. 3. 4. = *lucidos lapides.* BSa c 𝔄 — *lapides*, quod P2. ponit post *quaerebant.* 𝔖 + [*in*] *ima* ex ci. Sed non opus est Praepos. 𝔄 — *etiam* post *adhuc.*

mutis animalibus = ζφψ 𝔊 2. — 𝔖. BGR 𝔐𝔑 — 𝔊1. = *multis an.* (*Muta* et *Multa* saepe a librariis confundi docet Brouckh. ad Tib. IV, 1, 129.) R(s∞) = *tantum habeat.* In BG(s∞) *ut* post *aberat* absorptum est a praecedenti syllaba *at* (cf. Drkb. ad Liv. X, 41, 8). Aliquando in mentem venit *spectaturis occideret.* 𝔄 = *tegebatur aurum.*

adhuc nec = BS. GR𝔐𝔑 — 𝔑a = *adhuc non.* BG nonn. ρρ 𝔐𝔑 — 𝔊 = *aut nesciat.* R(s∞) — *an.*

46. 𝔄 = *contigit animo.* 𝔖 = *ac edocto.* quod unde sumpserit non constat. 𝔄 = *summa exercitatione.* 𝔄 = *antequam erudiantur.*

Lib. XIV. Ep. 3. (91.)

𝔄 + *nuntiato sibi* et + *colonia incendio.* 𝔖 = *Quae res effecit.* 𝔑 — 𝔈1. — *et* ante *paene inaud.* B(s∞) 𝔄 — *si* ante *sine.* πσ + *si non sine.* BGR Gr. 𝔑 — 𝔊1. = *manu iniecta.* 𝔄 = *manu invicta.* 𝔑 — 𝔊1. — *est* post *inmissus.*

defecit = BS. GR𝔐𝔑 — 𝔑a = *deficit.*

2 tamen sic cuncta depascitur, ut nihil ferro relinquat. Terrarum quoque uix umquam tam grauis et perniciosus fuit motus, ut tota oppida euerteret. Numquam denique tam infestum ulli exarsit incendium, ut nihil alteri superesset incendio. Tot pulcherrima opera quae singula inlustrare urbes singulas possent una nox strauit: et in tanta pace quantum ne bello quidem timeri potest accidit. Quis hoc credat? ubique armis quiescentibus, cum toto orbe terrarum diffusa securitas sit, Lugdunum quod
3 ostendebatur in Gallia quaeritur. Omnibus fortuna quos publice adflixit quod passuri erant timere permisit. nulla res magna non aliquod habuit ruinae suae spatium: in hac una nox interfuit inter urbem maximam et nullam. Denique diutius illam tibi perisse quam periit narro. Haec omnia Liberalis nostri adfectum inclinant aduersus sua firmum et erectum. Nec sine causa concussus est: inexspectata plus adgrauant. nouitas adicit calamitatibus pondus nec quisquam mortalium non magis quod etiam
4 miratus est doluit. Ideo nihil nobis inprouisum esse debet. In omnia permittendus animus cogitandumque non quicquid solet, sed quicquid potest fieri. Quid enim est quod non fortuna, cum uoluit, ex florentissimo detrahat? quod non eo magis adgrediatur et quatiat quo speciosius fulget? Quid illi arduum quidue difficile est? Non una uia semper, ne tota quidem incurrit. Modo nostras in nos manus aduocat, modo suis contenta uiribus

βσυ = *ut nihil fere.*

2. 𝔄 — *umquam.* 𝔄 = *Numquam deinde.* ε ci. Lips. = *infestum ullum.* Lips. ci. etiam = *ullibi.* αιφχ — *ulli.* 𝔄 = *quantum in bello.* B(mω) — *Quis* ante *hoc credat.* P3. Col. + *cum ubique.*

quaeritur = BG plerique omnes ρρ P1. 3. 4. Sac 𝔄ℜ — 𝔗 𝔊1. — 𝔅1. 𝔖. 𝔖 = *quaeri?* (Saepe in mstis pro *ur* apparet interrogationis nota.) Rβιλφχ Pinc. cod. ant. P2. Col. ℜu 𝔐a = *quaeri.*

3. R — *suae* post *ruinae.* P2. (s.m.) + *una nox interfuit non.* Col. + *una nox nō interfuit.* unde Grut. ci. + *una nox modo interfuit.* οφ = *una nox non fuit.* P3. 𝔈 — 𝔅1. = *una nox fuit inter.*

G𝔑 = *maximam et villam.*

G(mω) = *Denique diutius.*

A = *quam periri narro. nec omnia.* B(p.m.) = *perit naro.*

𝔄ℜ — 𝔗 = *affectum inclinandum* (cui ℜ — 𝔗 subiiciunt *movent*). Hinc 𝔖 + *inclinant, dum* ε nonu. alii ρρ = *inclinarunt.* Rell. etiam Ss. ω. Lips. ci. = *adversus sueta.* B(sω) = *adgrabant.*

4. *permittendus* = B. i. e. transferendus. cf. Clem. II, 6, 2. *etiam ad calamitosos — bonitatem suam* [sapiens] *permittet.* GR𝔄ℜ — 𝔖 = *praemittendus.* Post hoc verbum sustuli *est.* quod in BGR (p.m.) non legitur. G(mω) = *cogitationibus non quicquid.* 𝔊2. — 𝔅1. = *et florentissimo* contra mstos etiam Gr. et vett. edd. 𝔄 = *et quanti hac quo spec.* Maior pars ρρ 𝔄 = *nec tota quidem.*

inuenit pericula sine auctore. Nullum tempus exceptum est: in 5
ipsis uoluptatibus causae doloris oriuntur. Bellum in media pace consurgit et auxilia securitatis iu metum transeunt: ex amico inimicus, hostis ex socio. In subitas tempestates hibernisque maiores agitur aestiua tranquillitas. Sine hoste patimur hostilia et cladis causas, si alia deficiunt, nimia sibi felicitas inuenit. Inuadit temperantissimos morbus, ualidissimos phthisis, innocentissimos poena, secretissimos tumultus. Eligit aliquid noui 6
casus per quod uelut oblitis uires suas ingerat. Quicquid longa series multis laboribus, multa deum indulgentia struxit id unus dies spargit ac dissipat. Longam moram dedit malis properantibus qui diem dixit: hora momentumque temporis euertendis imperiis sufficit. Esset aliquod inbecillitatis nostrae solatium rerumque nostrarum, si tam tarde perirent cuncta quam fiunt: nunc incrementa lente exeunt, festinatur in damnum. Nihil 7
priuatim, nihil publice stabile est: tam hominum quam urbium fata uoluuntur. Inter placidissima terror exsistit nihilque extra tumultuantibus causis mala unde minime exspectabantur erum-

ιπρ = *sine actore.* ο = *sine victore.*

5. G(u.) + *tempus sine periculis.* ϒ — *exceptum.* G = *dolores oriuntur.* ϑλπσ + *ex socio fit.* B (s∞) = *hibernisque maioribus.* G (s∞) = *hibernis maiores.* ℜ — 𝔗 = *hib. maior* [ℜ = *magor*] *agitatur.* ϒ = *agit.*

temperantissimos = BϒS. GR ℜ — 𝔐a = *temperatissimos.*

B = *ptisis.* G = *thisis.*

B(s∞) = *innocentissimo poena, secretissimo.*

6. ℜ — 𝔗 = *Elige.*

Deum = BR P2. (3. s.m.) ℭ — S. GP1. (3. s.m.) 4. = *Deinde.* Col. ϒ = *Demum.* ℜ — 𝔐 = *Dei.*

Col. = *properantibus quidem dixit.* Matth. ci. = *dedi — dixi.*

hora — sufficit = B, praeterquam quod solito antiquissimorum librorum vitio adiicit *m* priori voci: et propter hoc ipsum alius quidam *sufficit* mutavit in *sufficere.* Rell. mss. ℜ — 𝔅 1. = *horam — sufficere.* ϒ = *horamque — sufficere.* ℜu — S receperunt Gruteri coniecturam a Lipsio probatam *hora — sufficere.* Pinc. voluerat *non* suppleri ante *horam.*

si tam tarde perirent cuncta quam fiunt = χλ(p.m.) aliquot codd. Pinc. ℭ — S. BϒI = *si tanta reperirent cuncta quam finiunt.* G(p.m.) = *si tam tarde reperirentur cunctaque finiuntur* (mG = *quanto fiunt*). αεϑ = *si tam cito reperirentur cuncta quam finiuntur.* χ = *si tanta mora raperentur cuncta quanta fiunt.* R(lit.) G(s.m.) rell. ρρ P2. Col. Pinc. emendatiora exx. = *si tanto tempore perirent cuncta quanto fiunt.* quod olim probabam. P1. = *si tanta reperirentur quam finiuntur.* ℜ — 𝔗 = *si tanta repararentur quam cuncta finiuntur.* 𝔅G1. = *si tanto tempore repararentur cuncta quanto finiuntur.* ℭ2. — 𝔐 = *si tanta celeritate repararentur cuncta quanta finiuntur.*

7. G = *Nihil privatum.* Plerique ρρ ϒ + *nihilque extra est.*

punt. Quae domesticis bellis steterant regna, quae externis inpellente nullo ruunt. Quotaquaeque felicitatem ciuitas pertulit? Cogitanda ergo sunt omnia et animus aduersus ea quae
8 possunt euenire firmandus. Exilia, tormenta, morbos, bella, naufragia meditare. Potest te patriae, potest patriam tibi casus eripere. potest te in solitudinem abicere. potest hoc ipsum in quo turba subfocatur fieri solitudo. Tota ante oculos sortis humanae condicio ponatur nec quantum frequenter euenit, sed quantum plurimum potest euenire praesumamus animo, si nolumus obprimi nec ullis inusitatis uelut nouis obstupefieri. In ple-
9 num cogitanda fortuna est. Quotiens Asiae, quotiens Achaiae urbes uno tremore ceciderunt? quot oppida in Syria, quot in Macedonia deuorata sunt? Cypron quotiens uastauit haec clades? quotiens in se Paphus conruit? Frequenter nobis nuntiati sunt totarum urbium interitus et nos inter quos frequenter ista nuntiantur quota pars omnium sumus? Consurgamus itaque aduersus fortuita et quicquid inciderit sciamus non esse tam
10 magnum quam rumore iactetur. Ciuitas arsit opulenta ornamentumque prouinciarum quibus et inserta erat et excepta, uni tamen inposita et huic non altissimo monti. Omnium istarum ciuitatium quas nunc magnificas ac nobiles audis uestigia quoque tempus eradet. Non uides, quemadmodum in Achaia clarissimarum urbium iam fundamenta consumpta sint nec quicquam exstet ex quo adpareat illas saltim fuisse? Non tantum manu facta labuntur nec tantum humana arte atque industria posita uertit

γιττCol. ℜ — 𝔛 = *Quotam quaeque.* 𝔛 — *Quota.* G (cr. ∞) = *Quota aque eque.* P1. 3. = *quo vel aqua aeque.*

8. BGRγδψ𝔛 = *morbi.* B𝔛 = *meditari.* γδψ = *meditanda.* B = *solitudines.* 𝔛 = *soliciitudinem.* (cf. Drkb. ad Liv. VIII, 13, 15. Spald. ad Quint. II. p. 456. III. p. 393. al.) Matth. ci. = *in solitudinem abigere.* B = *nec illo* [cr. = *illis*] *inusitati* [*ss*]. P1. 3. = *nec in illis inus.* P2. = *nec ullis usitatis.*

9. φP3. 4. = *uno terrae motu ceciderunt.*

Cypron = BR𝔛 ρρ praeter paucos, qui cum G = *Cypros.* ℜ — ℭ = *Cyprum.* RG = *vastabuns hae clades.* 𝔛 = *devastavit.*

mo = *tantarum urbium.*

B(cr.∞) = *tota pars omnium.*

G(s∞) = *fortunam.*

10. Pinc. ci. 𝔐 = *provinciarum.* κοχ P 3. 4. ℜu — ℭ = *uni tantum imposita.* Male Ruhk. hoc ex ed. vet. (𝔛) laudat.

civitatium = B𝔖. GR 𝔛ℜ — 𝔐a = *civitatum.* mG βτοπστχψ = *ac nobiles vides*, quod etiam in B fuisse videtur: certe *audis* scripsit alia manus. R = *quicquam exstat.*

saltim = BG𝔛. Rℜ — ℭ = *saltem.*

nec tantum = BGR. ℜ — ℭ = *non tantum.* 𝔛 = *aut tantum.* Rell. n. l.

dies: iuga montium diffluunt. totae desedere regiones. operta 11
sunt fluctibus quae procul a conspectu maris stabant. uastauit ignis colles per quos relucebat, erosit et quondam altissimos uertices, solatia nauigantium ac speculas, ad humile deduxit. Ipsius naturae opera uexantur et ideo aequo animo ferre debemus urbium excidia. Casura exstant. omnes hic exitus manet: siue interna uis praeclusa flatusque uiolenti pondus sub quo tenentur excusserint, siue torrentium in abdito uastior obstantia effre- 12
gerit, siue flammarum uiolentia conpaginem soli ruperit, siue uetustas in qua nihil tutum est expugnauerit minutatim, siue grauitas coeli eiecerit populos et situs deserta conruperit. Enumerare omnes fatorum uias longum est. Hoc unum scio: omnia

G nonn. ρρ = *defluunt*. sG = *disfluunt*.

11. ℜ — 𝔗 = *dissedere*. 𝔄 = *desedis regiones*. Nonn. ρρ = *Opertae sunt*. B (cr. ∞) = *ignium colles*.

relucebat = BGR nonn. ρρ ℜ — 𝔅𝔖. 𝔄𝔊1. — 𝔑𝔞 = *elucebat*.

R = *et rosit*. Nonn. ρρ + *et erosit*.

ad humile = γδψ P4. Pinc. v. l. cod. Lips. 𝔄ℜ — 𝔗𝔖. BG plures ρρ P1. 3. = *ad humilem*. R P2. Col. 𝔅 — 𝔑𝔞 = *ad humilem arenam*. ε = *ad yma deduxit*. Grut. ci. = *ad tumulum*. GR𝔄ℜ — 𝔑𝔞 + *omnia* post *Casura*. B Sa 𝔖 ∞.

omnes hic exitus manet = Bερ Sa 𝔖. Idem videtur fuisse in R, sed aliquid erasum, ut sit *omnes exitus manet* om. *hic* = plerique ρρ Pinc. v. l. Sc 𝔄 (haec tamen = *manent*). G (lit.) = *omnis exitus manet*. ℜ — 𝔑𝔞 = *omnibus exitus manet*. mG = „aut *omnes* legendum aut *imminet* pro *manet*."

sive interna vis praeclusa flatusque violenti pondus = ψ. a quo non longe recedit ρ = *sive interna vis praeclusa fluctusque violenti pondus*. Rell. *praeclusa* male ponunt post *flatusque*. BR (p.m.) ζx Sa Pinc. v. l. P4. (a quo tamen abest *sive*) = *sive interna vis flatusque praeclusa violenti*. GP1. 3. 𝔄ℜ — 𝔗 = *sive interna vis flatuque praeclusa violenti*. R (s.m.) 𝔅 — 𝔅1. (exc. 𝔑) = *sive interna vi flatuque praeclusa violenti*. χ = *sive interna vi flatuque praeclusa violento*. P2. = *sive internatus flatuque praeclusa violenti*. Col. = *sive interna vis flatu praeclusa violenti — excusserit*. Etiam rell. ρρ habent *praeclusa* et *violenti*. ℜu = *sive interna vis flatusque praeclusi ac violenti*. 𝔑𝔞𝔖 = *sive interna vis flatusque praeclusi violentia pondus*. 𝔑 = *sive interna vi flatuque praeclusi venti pondus*. Pinc. ci. = *praeclusi*. Lips. ci. = *praeclusi violente*. Censor editionis ℜu (in Supplemm. Diar. Litt. Hal. VI, 1, 409.) scribi voluit *sive ventorum interna vis* reliquis servatis. P2. 𝔄 = *sulco* (ex *sub co* hoc ortum) *tenentur*.

12. *in abdito vastior* = BGR P1. 2. 3. Col. Sac 𝔄ℜ — G2. 𝔖. Pinc. v. l. 𝔊𝔊 = *in abdito vastorum*. 𝔑 — 𝔅1. 𝔑𝔞 = *in abdito vis*. ℜu + *in abdito vis vastior*, ut ait, ex mstis. Sed *vis* in nullo reperitur.

R (cr. ∞) = *sive vetustis*. G2. — 𝔑𝔞 = *a qua nihil* contra mss. etiam Gr. et edd. vett.

eiecerit = mG πρ 𝔑 — 𝔖 (exc. Gro). o = *egerit*. BR rell. ρρ P2. Col. 𝔄ℜ — GGro = *egesserit*. GSac P1. 3. 4. = *egresserit*. (De verbis *eiecerit* et *egesserit* confusis cf. Sw. ad h. l.) 𝔄 = *ficus deserta*. G P1. 3. Col. + *Hoc unum est scio*. Nonn. ρρ = *omnium mortalium*.

mortalium opera mortalitate damnata sunt, inter peritura uiui-
13 mus. Haec ergo atque eiusmodi solatia admoueo Liberali nostro incredibili quodam patriae suae amore flagranti quae fortasse consumpta est ut in melius excitaretur. Saepe maiori fortunae locum fecit iniuria: multa ceciderunt, ut altius surgerent. Timagenes felicitati Urbis inimicus aiebat Romae sibi incendia ob hoc unum dolori esse, quod sciret meliora surrectura quam arsissent. In hac quoque urbe uerisimile est certaturos omnes
14 ut maiora certioraque quam amisere restituantur. Sint utinam diuturna et melioribus auspiciis in aeuum longius condita! Nam huic coloniae ab origine sua centesimus annus est, aetas ne homini quidem extrema. A Planco deducta in hanc frequentiam loci opportunitate conualuit, quae tamen grauissimos casus intra spatium humanae pertulit senectutis. Itaque formetur animus ad intellectum patientiamque sortis suae et sciat nihil inausum
15 esse fortunae, aduersus imperia illam idem habere iuris quod aduersus imperantes, aduersus urbes idem posse quod aduersus homines. Nihil horum indignandum est: in eum intrauimus mundum in quo his legibus uiuitur. Placet? pare. non placet? quacumque uis exi. Indignare, si quid in te iniqui proprie con-

13. G = *Hoc ego.* 𝔐 — 𝔅1. = *Haec ego.* 𝔄 — *atque.* G (m ∞) = *huiusmodi.* B(cr.∞) = *et altius.* G = *re surgerent.* *surgerent. Timagenes.* Sic scripsi suasu Iani: nam quae vulgo adduntur *et in maius*, sive glossema sunt, sive ex reliquis depravationibus orta. B = *surgerent et imagines:* huic voci imposita sunt al. m. *in malas.* Etiam G ρρ (exc. γδπρ) Gr. (exc. P4.) Herb. 𝔑 — 𝔊1. = *surgerent et in malas imagines* (*y m.*). R = *surgerent et in malis imagines.* π ci. Nic. Fabri 𝔐 — 𝔖 + *surgerent et in maius. Timagenes.* ρ = *surgerent et in maius. Meginas.* γδ = *surgerent et in maius. ymagines.* P4. = *surgerent et in maius et imagines.* Erlang. = *surgerent in maius et ymagines.* 𝔄𝔊2. — 𝔊 = *surgerent et in alias imagines.* BG𝔑 — 𝔗 = *inimicus allevat. surrectura* = BR. G𝔄𝔐 — 𝔖 = *resurrectura.* 𝔑 — 𝔅 = *certiores omnes esse.* 𝔄𝔊 1. — 𝔖 + *certaturos omnes esse.* BGR ∞. Rell. n. l. π = *maiora celsioraque.* 𝔖 = *restituant.* ratione non reddita.

14. BG𝔑 — 𝔗 = *Sint utinam diurna.* Col. quidam Pinc. = *a plano deducta.* Alii Pinc. 𝔄 = *A Pauto ded.* 𝔑 — 𝔅 = *A Platone deducta.* 𝔊 1. — 𝔐 — *A Planco.* Rell. etiam Gr. ∞. BG 𝔄𝔐 — 𝔅 = *in hac frequentia.* B (s.m.) = *opportunitate.* B = *quod tamen grav.* G(cr.∞) = *quid tamen.* 𝔑 — 𝔊1. = *qui tamen.*

BG𝔇χρτυ P1.3. — *pertulit.* R P2. Col. 𝔄 = *sp hum. senectutis passa est.* BG = *et sciant nihil.* G(cr.∞) P1. = *inausuro esse.* P3. = *inausurum esse.*

15. G(m∞) — *imperantes — quod adversus.* 𝔑 — 𝔅 = *dignandum est.* 𝔊 1. 2. = *dedignandum est.* R + *in eum enim intravimus.* B (cr.∞) = *in quod his legibus.* G (cr. ∞) Col. = *quandocunque vis exi.* BG𝔑 = *iniq ue proprie.*

19 ant durum. Ex consensu istis metus est: sic mortem times quomodo famam. Quid autem stultius homine uerba metuente? Eleganter Demetrius noster solet dicere *eodem loco sibi esse noces inperitorum quo uentre redditos crepitus. Quid enim,* inquit, *mea refert sursum isti an deorsum sonent?* Quanta dementia est uereri ne infameris ab infamibus? Quemadmodum famam extimuistis sine causa, sic et illa quae numquam timere-
20 tis nisi fama iussisset. Num quid detrimenti faceret uir bonus iniquis rumoribus sparsus? Ne morti quidem hoc apud nos noceat: et haec malam molitionem habet. Nemo eorum qui illam accusant expertus est: interim temeritas est damnare quod nescias. At illud scis quam multis utilis sit, quam multos liberet tormentis, egestate, querelis, supplicüis, taedio. Non sumus in ullius potestate, cum mors in nostra potestate sit. Uale.

EPISTULA IV. (92.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Puto inter me teque conueniet externa corpori adquiri, cor-

lis) R nonn. ρρ 𝔄𝔑 — 𝔐𝔖. 𝔔 — 𝔐𝔞 = *istis quae te circumstr.* quod in quibusdam ρρ legi videtur.

19. R = *verba intuente.* B *redditos* bis exhibet. B = *susum — deosum.* G (mω) = *ab infantibus* et = *iuxisset.* ηιοσυ P2. 𝔑 — 𝔅 = *vixisset.* 𝔊1. — 𝔊 = *vicisset.*

20. ρ = *Nam quid detr.* 𝔑 — 𝔅 = *inquis rumoribus.*

sparsus = BGR ρρ Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊1. 𝔊2. — 𝔐𝔞 = *aspersus.*

ne morti quidem = BG P1. 3. 4. Col. 𝔄𝔑 — 𝔊1. 𝔖. 𝔊2. — 𝔐𝔞 = *nec morti q.* ζ = *nec morte q.* Rβιλ P2. = *cum nec morti q.* 𝔅 𝔊1. + *cum ne morti q.* π = *nec mors quidem.*

hoc apud = BGR plerique ρρ P1. 2. 3. 4. 𝔄𝔑 — 𝔗 𝔔 — 𝔅1. 𝔐𝔞𝔖. Col. = *hic apud.* Nonn. ρρ 𝔅 — 𝔐 𝔐𝔲 = *haec apud.* 𝔄 — *hoc.* Pinc. ci. = *hi apud nos nocent.*

BG nonn. ρρ P1. 2. 3. Col. = *apud vos.* quod fortasse poterat ferri.

et haec malam molitionem habet = omnes mss., leviter tantum inter se dissentientes, 𝔄𝔑 — 𝔐𝔞. B = *haec mala molitionem.* Sa = *haec malam olitionem.* e P1. 2. 𝔑 — 𝔊2. = *hoc malam molitionem.* Pinc. ci. = *malam amolitionem.* Gothofr. ci = *et nullam amolitionem habeant.* Lips. ci. = *mali mollitionem* vel potius *amolitionem.* Gron. ci. = *malam opinionem.* quod multis et idoneis locis illustrat. 𝔖 = *malam auditionem.* quod eruendum putat ex Sa. Vulgati patrocinium Ruhk. suscepit hunc in modum: „*haec* fama *malam* i. malignam, nobis terrorem incutientem, *molitionem* conatum habet, ea utitur.“ Potius *molitionem* accipe pro *demolitione,* quod significat apud Liv XXXIII, 5, 6. *facilis molitio eorum valli erat.* Sensus hic est: *male agunt, qui mortem demoliri* vel *amoliri student, qui quam longissime remotam volunt.* B(s.m.) nonn. ρρ = *habent.* G = *Nemo illorum.* B G = *accusat.*

Lib. XIV. Ep. 4. (92.)

P4. = *me et te* Col. = *te et me.* *conveniet* = BP 2. 𝔄𝔖. GR

33 Denique ut breuiter tibi formulam scribam, talis animus esse sapientis uiri debet qualis deum deceat. Quid potest desiderare is cui omnia honesta contingunt? Nam si possunt aliquid non honesta conferre ad optimum statum, in his erit beata uita sine quibus non est. Et quid stultius turpiusue quam bonum rationalis animi ex inrationalibus nectere? Quidam tamen augeri summum bonum iudicant, quia parum plenum sit fortuitis repugnan-
34 tibus. Antipater quoque inter magnos sectae huius auctores *aliquid se tribuere* dicit *externis, sed exiguum admodum.* Uides autem quale sit sole te non esse contentum, nisi aliquis igniculus adluxerit? Quod potest in hac claritate solis habere scintilla momentum? Si non es sola honestate contentus, necesse est aut quietem adici uelis quam ἀοχλησίαν uocant Graeci
35 aut uoluptatem. Horum alterum utcumque recipi potest: uacat enim animus molestia liber ad inspectum uniuersi nihilque illum auocat a contemplatione naturae: alterum illud, uoluptas, bonum pecoris est. Adicimus rationali inrationale, honesto inhonestum. Magno uitam facit titillatio corporis: quid ergo dubi-

4. RR — B = *contingant.* *in his erit* = BGR RR — GG. M — Ma = *in iis erit.* ε — *sine* ante *quibus.* τπ cod. Gron. Ru Ma = *cum quibus.* Sanctol. ci. = *in quibus.* RX = *turpius stultiusve.* X = *irrationabilibus.*

5. sR + *autores unus.* G = *tribuere dixit* contra mstos et vett. edd. *sole te non* = sR ετοπσ P2. 3. (s.m.) Pinc. ex. domest. cod. Dalech. M = *sole non* om. *te.* B = *Zenon esse contemtum.* xP4. = *se non.* Gαβγδϑτφ P1. 3. (p.m.) Col. R — G1. = *et te non.* R(p.m.) rell. ρρ X = *te non* om. *sole.* G2. — G = *die non.* αηκπ = *illuxerit.* ἀοχλησίαν = G. BG (in litteris depravatis facile agnoscitur ea vox) eβυχψ vet. cod. Cuiac. = αοχλησιν. R (s.m.) λP3. (s.m.) = ἡσυχίαν. (ex reliquis libris Grut. nihil poterat eruere.) M — Ma = *hesychium.* γδε ζϑκφ = δοξιτησιν aut δοξιασιν. In reliquis ρρ litterarum ductus non extricabantur. mϑuG2. — G = παυσολήν: idem aut σχολήν in libris suis legi Erm. arbitrabatur. X habet spatium vacuum. R—G1. = *dosinam.* unde Matth. ci. = ἠδοσύνην.

6. *ad inspectum* = BG (lit.) R fere omnes ρρ P2. Col. Pinc. v. l. Sac X. P1. 3. 4. R — Ma = *ad conspectum.* X — *bonum* ante *pecoris.* *Magno vitam facit* = BGR ρρ (exc. σ) P1. 2. 3. Col. Sc XR — G (GP1. 3. = *fecit*). Sa = *Magne vitam facit.* σ = *Magnum virum facit.* P4. = *Adiicimus rationale irrationali corporis. Quid ergo.* rell. om. M — Ma = *Magnam vitam facit* ex ci. Mur. G = [*Magnam voluptatem*] *facit.* Putat Sw. *vitam* ortum ex vocabulo *voluptatem* compendiose scripto: at ipsius cod. a superat aetatem eam, qua librarii compendiis uti solebant et habet *sitam.* Deinde Sw. suspicatur Senecam scripsisse in hunc fere modum: *honestum inhonesto, magno vile. Voluptatem facit.* Iam enim Erm. putaverat post *magno* excidisse *pusillum:* sed et vulgatam ferri posse, si *magnus* acciperetur pro *sapiente* et interrogationis notula poneretur. *Magno facere* non est, ut solet, *magno* seu

tatis dicere bene esse homini, si palato bene est? Et hunc tu non dico inter uiros numeras, sed inter homines cuius summum bonum saporibus et coloribus ac sonis constat? Excedat ex hoc 7
animalium numero pulcherrimo ac dis secundo: mutis adgregetur, animal pabulo laetum. Inrationalis pars animi duas habet partes: alteram animosam, ambitiosam, inpotentem, positam in adfectionibus. alteram humilem, languidam, uoluptatibus deditam. Illam effrenatam, meliorem tamen, certe fortiorem ac digniorem uiro reliquerunt. hanc necessariam beatae uitae putauerunt, eneruem et abiectam. Huic rationem seruire iusse- 8
runt et fecerunt animalis generosissimum bonum demissum et ignobile, praeterea mixtum portentosumque et ex diuersis ac male congruentibus membris. Nam, ut ait Uergilius noster, in Scylla,

Prima hominis facies et pulchro pectore uirgo
Pube tenus: postrema immani corpore pistrix
Delphinum caudas utero commissa luporum.

magni habere, sed *facere ut aliquid sit magni*. vid. Gram. cap. de Adverbio.

R = *si placito bene est.*

Cod. Dalech. = *odoribus et coloribus*. 𝔑 — 𝔐𝔞 = *ac coloribus ac sonis*. 𝔄𝔖 = *et coloribus et sonis*. B = *et caloribus sonis* om. *ac*. G = *et caloribus ac sonis*. P1. = *et caloribus ac senis*. P3. 4. = *et caloribus ac scenis*. P4.(s.m.) = *ac somniis*. γδ = *et coloribus ac scenis*. ϰφ mo = *et coloribus ac coenis*. R cum rell. ∞.

7. *ac dis secundo*. Sw. ci. = *a diis secundo*, ut dicitur *secundus a rege*. Sed *diis secundus* idem est atque apud Virg. XI, 441. *haud ulli — secundus*. cf. Stat. Th. II, 574. Sil. XII, 431. 𝔍𝔲 = *fecundo* operarum errore. B = *adgregaretur*.

pabulo laetum = mss. etiam Gr. Gron. 𝔄𝔑 — 𝔊 𝔊ro — 𝔖. 𝔐 — 24. = *pabulo natum* ex ing. Mur.

enervem et abiectam = BR longe maior numerus ρρ P2. cod. Dalech. 𝔐 — 𝔐𝔞. GP1. = *inenermem et abi.* (in G primum *e* est puncto notatum). ε = *enervem et abreptam*. ϰφ P3. 4. Col. 𝔑 — 𝔊 = *inermem et abi.* 𝔄 = *innervam et abi.* unde Sw. fecit *innervem*. Sed *in* natum ex *nt* male repetito.

8. G(p.m.) 𝔑 — 𝔗 = *Huic rationi.*

21. 𝔖 = *medicina consilia* ex ci. *nec expugnant* = B maior pars ρρ 𝔛𝔖. GR ℜ — 𝔐a = *non expugnant.* B(s∞) = *ac malis falsa.* GA𝔛ℜ — 𝔊1. = *Concede per se.* 𝔛ℜ — 𝔗 = *esse advertendam.* 𝔅 = *esse evertendam* om. *ad.* 𝔊2. 𝔊 = *esse advertendam.* 𝔐 — 24. = *esse ad advertendam.* Rell. etiam Gr. ∞. G — *pravam.* 𝔊2. — 𝔖 + *ne aliis quidem adiecta* contra mstos etiam Gr. GP1. = *abiecta.* ℜ = *obiecta.* 𝔗 = *ad recta.* γρφ + *non proficiunt.*

22 diligentius considerantur. Aut tu isto modo licet et consolationes dicas superuacuas et exhortationes: atqui non sunt superuacuae, ergo ne monitiones quidem. *Stultum est*, inquit, *praecipere aegro quid facere tamquam sanus debeat, cum restituenda sanitas sit sine qua inrita sunt praecepta.* Quid, quod habent aegri quaedam sanique communia de quibus admonendi sunt? tamquam ne auide cibos adpetant, ut lassitudinem uitent. Habent quaedam praecepta communia pauper et diues.
23 *Sana*, inquit, *auaritiam et nihil habebis quod admoneas aut pauperem aut diuitem: cupiditas utriusque considet.* Quid quod aliud est non concupiscere pecuniam, aliud uti pecunia scire? cuius auari modum ignorant, etiam non auari usum. *Tolle*, inquit, *errores: superuacua praecepta sunt.* Falsum est: puta enim auaritiam relaxatam, puta adstrictam esse luxuriam, temeritati frenos iniectos, ignauiae subditum calcar: etiam remotis uitiis quid et quemadmodum debeamus facere di-
24 scendum est. *Nihil*, inquit, *efficient monitiones admotae grauibus uitiis.* Ne medicina quidem morbos insanabiles uincit: tamen adhibetur aliis in remedium, aliis in leuamentum. Ne ipsa quidem uniuersae philosophiae uis, licet totas in hoc uires suas aduocet, duram iam et ueterem animis extrahet pestem: sed non ideo nihil sanat, quia non omnia. *Quid prodest*, inquit, *aperta monstrare?* Plurimum: interdum
25 enim scimus nec adtendimus. Non docet admonitio, sed aduertit, sed excitat, sed memoriam continet nec patitur elabi. Ple-

22. *Aut tu isto modo* = Ss. 𝔄 𝔊2. — 24. 𝔖. BG P1. 3. 4. Col. 𝔑 𝔊1. = *Aut in isto modo.* RP2. = *Aut etiam isto modo.* 𝔊ro — 𝔐a = *At tu isto modo.* ρρ = *Aut etiam* vel *At etiam isto modo.* Plerique recc. ρρ P1. 3. 4. 𝔑 — 𝔗 = *Quidni habent aegri.* B(cr. ∞) = *ne aut* [*s de*] *cibos adpetant.* G (cr. ∞) P1. 𝔑 — 𝔗 = *ne aut de cibis.* βιλοσφχ P2. Col. 𝔅 + *noxios cibos.* π = *ut de cibis ne noxios appetant.* Π = *ne ut de cibis app.* P3. = *cibis app.* P4. = *cibo app.*

23. B = *Sanat, inquit.* γδηψ = *Tolle, inquit, av.* ζ = *Sane tolle, inquit, avar.*

divitem: cupiditas = B (p.m.). sB GR 𝔑 — 𝔖 + *si cupiditas.* Recc. ρρ 𝔄 + *sic cupiditas.* 𝔑 — 𝔗 = *utriusque consideretur* (Sw. male laudat *consideret*). G (s∞) = *utriusque desidet.* Sw. malebat *consedit* vel *consederit* vel *considerit.* At mss. etiam Sac ∞: nec opus est haec emendatio sublata *si* particula. 𝔑 = *Quidni aliud est.* B(s∞) = *adstrittam.* R = *calcar esse remotis.*

24. G𝔑 — 𝔅 = *Nec ipsa quidem.* R = *universa.*

licet totas = BGΠ nonn. alii ρρ Erl. 𝔄. probat Ianus. R Herb. 𝔑 — 𝔖 = *licet tota.*

25. P1. 3. = *Non decet admonitio.* G = *sed avertit.* G (cr. ∞) R γδ𝔓λΠφψ = *nec patitur relabi.*

raque ante oculos posita transimus: admonere genus adhortandi est. Saepe animus etiam aperta dissimulat: ingerenda est itaque illi notitia rerum notissimarum. Illa hoc loco in Uatinium Calui repetenda sententia est: *Factum esse ambitum scitis et hoc uos scire omnes sciunt.* Scis amicitias sancte colendas esse: sed non facis. scis inprobum esse qui ab uxore pudici- 26
tiam exigit ipse alienarum corruptor uxorum. scis ut illi nil cum adultero, sic tibi nil esse debere cum pellice: et non facis. Itaque subiude reducendus es ad memoriam: non enim reposita illa esse oportet, sed in promptu. Quaecumque salutaria sunt saepe agitari debent, saepe uersari, ut non tantum nota sint nobis, sed etiam parata. Adice nunc quod aperta quoque aper- 27
tiora fieri solent. *Si dubia sunt*, inquit, *quae praecipis, probationes adicere debebis: ergo illae, non praecepta proficient.* Quid? quod etiam sine probationibus ipsa monentis auctoritas prodest? sic quomodo iurisconsultorum ualent responsa, etiam si ratio non redditur. Praeterea ipsa quae praecipiuntur per se multum habent ponderis, utique si aut carmini intexta sunt aut prosa oratione in sententiam coartata, sicut illa 28
Catoniana: *Emas non quod opus est, sed quod necesse est. Quod non opus est asse carum est.* Qualia sunt illa aut reddita oraculo aut similia: *Tempori parce. Te nosce.* Numquid rationem exiges, cum tibi aliquis hos dixerit uersus?

Iniuriarum remedium est obliuio.
Audentes fortuna iuuat.
Piger ipse sibi obstat.

G — *etiam aperta*: posterius tantum in margine suppletum est. Gαγ δζηϑκλ (cr. ∞) Πρφ (cr. ∞) ψ P1. 3. 4. Col. ΑΜ — Ɛ1. = *in uaticinium Calui.* Rell. ρρ = *Marci Vatinii Calui.* P2. = *M. Vatinii Calui.*

26. B = *cum adultero sit. tibi nil esse* = BGR S. Α = *tibi nihil esse.* R — Ma = *nihil tibi esse.* B = *cum paelice.* G = *cum pelice.* G(s∞) P1. 3. 4. = *agitari oportet.* Col. = *agitari deberi.* Α — *saepe* ante *versari.* Ɛ1. — S = *non ut tantum nota.* G(s∞) ε = *sed etiam aperta.*

27. Α = *Si dubia sunt, inquis.* G (cr. ∞) = *quae praecipitis.* ειο Α = *adiicere* [Α = *addicere*] *debes.* GR = *Quidquid etiam sine.* Α = *Quid etiam probationibus.* R = *iurisconsulti.* Α — *valent.* αβο = *prosaica oratione.* R = *prosayca or.* ο (s∞) = *in sententiam contracta.*

28. P3. (s.m.) + *Emas non quod opus non est.* Pinc. ci. + *Non emas quod opus non est.* R = *Quod vero opus asse carum est.* αξu = *reddita oracula.* υ = *reddita per oraculum.* GΑ = *Te nosse.* R = *Numquid orationem.* Α = *cum tibi altus aliquos dixerit versus.* ρσ Α = *audaces fortuna.*

ipse sibi obstat = BIS. GR R — Ma = *sibi ipse obstat.*

29 Aduocatum ista non quaerunt. adfectus ipsos tangunt et natura uim suam exercente proficiunt. Omnium honestarum rerum semina animi gerunt quae admonitione excitantur, non aliter quam scintilla flatu leui adiuta ignem suum explicat. Erigitur uirtus, cum tacta est et inpulsa. Praeterea quaedam sunt quidem in animo, sed parum prompta, quae incipiunt in expedito esse, cum dicta sunt. Quaedam diuersis locis iacent sparsa
30 quae contrahere iuexercitata mens non potest. Itaque in unum conferenda sunt et iungenda, ut plus ualeant animumque magis adleuent. Aut si praecepta nihil adiuuant, omnis institutio tollenda est, ipsa natura contenti esse debemus. Hoc qui dicunt non uident alium ingenii esse mobilis et erecti, alium tardi et hebetis, utique alium alio ingeniosiorem. Ingenii uis praeceptis alitur et crescit nouasque persuasiones adicit innatis et de-
31 prauata corrigit. *Si quis*, inquit, *non habet recta decreta, quid illum admonitiones iuuabunt nitiis obligatum?* Hoc scilicet, ut illis liberetur. Non enim exstincta in illo indoles naturalis est, sed obscurata et obpressa: sic quoque temptat resurgere et contra praua nititur: nancta uero praesidium et adiuta praeceptis eualescit. si tamen illam diutina pestis non infecit, nec enecuit: hanc enim ne disciplina quidem philoso-
32 phiae toto inpetu suo connisa restituet. Quid enim interest inter decreta philosophiae et praecepta, nisi quod illa generalia prae-

29. B (n.) = *et naturam vim suam.* R + *admonitione animi.* sR βιλοφ ϰ + *quam si scintilla.* G = *Exitur virtus.* B (cr. ∞) *et plus valeant.*

30. GP1. 3. 4. Col. ℜ — 𝔊2. = *animum quoque magis.* 𝔊𝔊 = *animum magis* om. *que.* Rell. etiam Pinc. ∞. ℜ = *nihil adiuverint.* G (cr. ∞) R αγζϖικλΠστυφψ P1. 3. Col. ℜ — 𝔊2. = *aliud ingenium esse hominis mobilis* [ζΠ = *nobilis*] ∞ *aliud tardi.* P4. = *non vident ingenium esse hominis mobilis et erecti aliud tardi.*

alium alio ingeniosiorem = B ϰ P2. Pinc. Sac ϰ𝔖. GR P1. 3. 4. Col. ℜ — 𝔐a = *alius alio ingeniosior est.*

31. R(s∞) = *Si quis, inquis.* G (s∞) = *recte decreta.* Βγει mo = *vitiosis obligatum.* quod examina. G(s∞) fere omnes ρρ P1. P3. (p.m.) P4 ℜ — 𝔊2. — *illis* ante *liberetur.* RP3. (s.m.) + *ut liberetur ab illis.* Rell. etiam Pinc. ∞. B (cr. ∞) = *exstinctio.* G(s∞) = *obscura.*

nancta est = Sa 𝔖. B (certe in eo nihil aliud vidi) GR ϰℜ — 𝔐a = *nacta est.* vid. *Nanciscor.*

evalescit = B Sac ϰ𝔖. GR ℜ — 𝔐a = *convalescit.* Pinc. ci. = *si tantum illa diutina.*

non infecit nec enecuit = mss. etiam Gr. (P2. = *efecit*) ℜ — 𝔊2. Gro — 𝔖. Ex. scholarum Salmentic. ϰ𝔊𝔊 — *non.* 𝔐 — 𝔔4. = *pestis infecit, non enecuit.* G(u.) P1. 3. + *ne de disciplina quidem.*

connisa = B𝔖. GR ϰℜ — 𝔐a = *connixa.*

32. G — *nisi quod illa generalia praecepta.*

cepta sunt, haec specialia? Utraque res praecipit: sed altera in totum, particulatim altera. *Si quis*, inquit, *recta habet et honesta decreta, hic ex superuacuo monetur.* Minime: nam hic quoque doctus quidem est facere quae debet, sed haec non satis perspicit. Non enim tantum adfectibus inpedimur, quo 33
minus probanda faciamus, sed inperitia inueniendi quid quaeque res exigat. Habemus interdum compositum animum, sed residem et inexercitatum ad inueniendam officiorum uiam quam admonitio demonstrat. *Expelle*, inquit, *falsas opiniones de bonis et malis, in locum autem earum ueras repone: et nihil habebit admonitio quod agat.* Ordinatur sine dubio ista ra- 34
tione animus, sed non ista tantum. Nam quamuis argumentis collectum sit quae bona, quae mala sint: nihilominus habent praecepta partes suas. et prudentia et iustitia officiis constant: officia praeceptis disponuntur. Praeterea ipsum de malis bonisque iudicium confirmatur officiorum exsecutione ad quam praecepta perducunt. Utraque enim inter se consentiunt: nec illa possunt praecedere, ut non haec sequantur, et haec ordinem sequuntur suum: unde adparet illa praecedere. *Infinita*, in- 35
quit, *praecepta sunt.* Falsum est: nam de maximis ac necessariis rebus non sunt infinita. tenues autem differentias habent quas exigunt tempora, loca, personae. Sed his quoque dantur praecepta generalia. *Nemo*, inquit, *praeceptis curat insa-* 36
niam: ergo ne malitiam quidem. Dissimile est: nam si insaniam sustuleris, sanitas reddita est. si falsas opiniones exclusimus, non statim sequitur dispectus rerum agendarum: ut

G(cr. ∞) = *facere quod debet. sed haec non satis perspicit* = B Pinc. P2. Sac 𝔊 — 𝔐𝔖. RII rell. ρρ maior pars 𝔄 = ∞ *prospicit* (φ = *proficit.* recc. ρρ = *percipit*). G Col. = *sed ad hoc non satis prospicit.* P1. P3. (s.m.) P4. 𝔑 — 𝔊2.𝔎u 𝔐a = *sed ad haec non satis prospicit.* (P3. p.m.?) ci. Gron. 𝔈 — 𝔅1. = *sed adhuc non satis prospicit.*

33. G(m∞) = *imperitia vivendi.* B(s∞) = *sed redem et inexerc.* R recc. ρρ 𝔄𝔑 — 𝔅 = *sed desidem.* 𝔑 — 𝔊 = *ad inveniendum off. viam.*

34. *quae bona, quae mala sint* = βει 𝔑 — 𝔖. BGR rell. ρρ 𝔄 = *quae bona malaque sint.* de quo vide. B = *officiis constat.* B𝔄 = *Praeter ipsum.* 𝔑 — 𝔖 = *bonis malisque* contra mstos et 𝔄. sG 𝔄 + *quod confirmatur.* R𝔄 = *intra se consentiunt.* 𝔄 = *praecedere nisi haec.* R = *ut non exsequantur.* 𝔄 = *et si haec ord. sequantur.* G = *secuntur.*

35. B(s∞) — *unde.* 𝔄 + *sed falsum est.*

36. *ne malitiam quidem* = BGR maior pars ρρ 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐a = *nec mal. q.* B (p.m.) = *sanitas redidat.* GR (s∞) 𝔄𝔑 — 𝔅 = *despectus.* ερ = *distinctio rer. ag.* σ = *affectus rer. ag.* 𝔅𝔊1.

sequatur, tamen admonitio conroborabit rectam de bonis malisque sententiam. Illud quoque falsum est nihil apud insanos proficere praecepta: nam quemadmodum sola non prosunt, sic curationem adiuuant. et denuntiatio et castigatio insanos coercuit. De illis nunc insanis loquor quibus mens mota est, non
37 erepta. *Leges*, inquit, *ut faciamus quod oportet, non efficiunt: et quid aliud sunt quam minis mixta praecepta?* Primum omnium ob hoc illae non persuadent, quia minantur: at haec non coguut, sed exorant. Deinde leges a scelere deterrent: praecepta in officium adhortantur. His adice quod leges quoque proficiunt ad bonos mores, utique si non tantum impe-
38 rant, sed docent. In hac re dissentio a Posidonio qui pro eo quod Platonis legibus adiecta principia sunt: *Legem*, inquit, *breuem esse oportet, quo facilius ab imperitis teneatur. Uelut emissa diuinitus uox sit: iubeat, non disputet. Nihil uidetur mihi frigidius, nihil ineptius quam lex cum prologo. Mone, dic quid me uelis fecisse: non disco, sed pareo.* Proficiunt uero: itaque malis moribus uti uidebis ciuitates usas
39 malis legibus. At non apud omnis proficiunt. Ne philosophia quidem: nec ideo inutilis et formandis animis inefficax est: quid autem philosophia, non uitae lex est? Sed putemus non pro-

= *et sequatur.* 𝔐 — 𝔐a + *et ut sequatur.* B = *adminitio.* G αγδζϋΠσυψ ℵ𝔐 — 𝔗 = *corroborauit.* 𝔄 — *rectam.* π + *sic et denuntiatio.* G (mω) = *mens mota est non recta.*

37. Recc. ρρ + *quam cum minis mixta.* 𝔄 = *ad haec non cogunt.* 𝔑 = *ad hoc non cogunt.* R (sω) = *in officium ad ordinantur.*

38. *qui pro eo quod* = BG P2. 𝔖. R ρρ P1. 3. 4. Col. Sc ℵ𝔐 — 𝔊 = *pro eo quod* om. *qui.* 𝔐 — 𝔐a = *Non probo quod* ex ing. Mur. 𝔑 — 𝔗 = *Legem eius.* Rell. etiam Ss. = *Legem enim.* 𝔖 = *Legem enim* [*ait*] ex ci. Ego quidem ratus *enim* factum esse ex *inquit* hoc posui. 𝔄 — *Nihil videtur mihi frigidius.* R = *frigidius, nihil imperitius.*

lex cum prologo. Mone = 𝔊2. — 𝔖 ex ci. Ermi. γδζπσ = *lex cum prologo mene. dic.* ℵ𝔐 — 𝔗 = *lex cum prologomene. Dic.* 𝔅 = *lex cum prologomine. Dic.* 𝔊1. = *lex cum* προλεγομένη. *Dic.* BG(p.m.) R Sac = *lex cum prolegomene. Dic.* Rell. ρρ = *lex cum prolegomene* vel *prologomene* vel *prologumene* = Gr. Col. addit *id est cum prolocutione.* mP3. = νόμος ὁ προλαγούμενος. o pro *Mone* habet *mene.*

Proficiunt uero: itaque = 𝔖 ex ci. B Sa P1. = *Proficiuntur itaque.* P4. = *Proficiuntur namque.* Col. = *Proficitur itaque.* tP2. = *Proficiunt utique.* unde Sw. etiam ci. = *Proficiunt utique: itaque.* Rell. — *uero.* G (mω) — *ciuitates* et = *uersas malis legibus.*

39. *apud omnis* = B. GR ℵ𝔐 — 𝔖 = *apud omnes.*

non uitae lex est? = ΒβτοlΠστυ φχψ. ρ = *nonne uitae lex est?* 𝔄 = *num uitae lex est?* GR𝔑— 𝔖 = *nisi uitae lex est?*

43 quibusdam praeceptis efficaciter etiam inperitissimos? uelut his breuissimis uocibus, sed multum habentibus ponderis:

Nihil nimis.

Auarus animus nullo satiatur lucro.

Ab alio exspectes alteri quod feceris.

Haec cum ictu quodam audimus nec ulli licet dubitare aut interrogare *quare?* Adeo etiam sine ratione ipsa ueritas ducit. Si reuerentia frenat animos ac uitia conpescit, cur non et admo-
44 nitio idem possit? Si inponit pudorem castigatio, cur admonitio non faciat, etiam si nudis praeceptis utitur? Illa uero efficacior est et altius penetrat quae adiuuat ratione quod praecipit, quae adicit quare quidque faciendum sit et quis facientem obedientemque praeceptis fructus exspectet. Si imperio proficitur, et admonitione: atque proficitur imperio, ergo et admonitione.
45 In duas partes uirtus diuiditur, in contemplationem ueri et actionem: contemplationem institutio tradit, actionem admonitio. Uirtutem et exercet et ostendit recta actio: acturo autem si prodest qui suadet, et qui monet proderit. Ergo si recta actio uirtuti necessaria est, rectas autem actiones admonitio demonstrat: et admonitio necessaria est. Duae res plurimum roboris animo dant, fides ueri et fiducia: utramque admonitio facit.
46 Nam et creditur illi et, cum creditum est, magnos animus spi-

43. GR = *Nihil minus.* *ac vitia* = BXS. GR R — Ra = *aut vitia.*

44. B (cr. ∞) = *Si inponis.* G (s ∞) RαγδζϑλπΠστφ P 1. 3. 4. Col. R — G2. = *praeceptis utimur.* εp = *pr. utatur.* R (s ∞) R = *quod praecepit.* T — G1. = *quae praecipit.* X = *quod adicit.* B = *obo edientemque.* *Si imperio proficitur, et admonitione: atque proficitur imperio, ergo et admon.* = B (mutatum tamen *atque* ab al. m. in *aeque*) G = ∞ *atqui* ∞. G = *Si imp. proficitur, et admonitione proficitur. aeque prof.* ∞. R ρρ Gr. = *Si imperio, et adm proficitur. aeque prof.* ∞. R — B = *Si imp. et admon. proficiatur. aeque prof.* ∞. X = *Si imperio et admonitione proficitur. imperio ergo et admonitione.* G1. = *Si imp. et adm. proficit, aeque proficitur imp.* ∞. G2. — G = *Si imp., et admonitione proficitur. Atqui prof.* ∞. R — Ra = *Si imperio proficitur, et admonitione proficitur: atqui proficitur* ∞ ex Pinc. v. l., qui tamen nihil amplius laudaverat quam *Si imperio proficitur, et admonitione,* ut moneret aliter in suis libris verba esse collocata atque in G1.

45. G (m ∞) — *acturo — necessaria est.* mP 3. = *ostendit recta ratio.* B (s ∞) — *et admonitio* ante *necessaria est.* G (cr. ∞) = *fides, veritas et fiducia.* BG αγδε ζϑιστυχψ P2. X R — G2. = *utraque admonitio facit.* Col. = *utrasque adm. f.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∞.

46. X — *cum* ante *creditum est.* R — *animus* ante *spiritus.* G Gr.

ista ex optimo habitu animi ueniant, optimus animi habitus et facit illa et ex illis ipse fit. Deinde istud quod dicis iam perfecti uiri est ac summam consecuti felicitatis humanae. Ad haec autem tarde peruenitur: interim etiam inperfecto, sed proficienti demonstranda est in rebus agendis uia. Hanc forsitan etiam sine admouitione dabit sibi ipsa sapientia quae iam eo perduxit animum, ut moueri nequeat nisi in rectum: inbecillioribus quidem ingeniis necessarium est aliquem praeire *Hoc uitabis, hoc facies.* Praeterea si exspectat tempus quo per se sciat quid optimum factu sit, interim errabit et errando inpedietur, quo minus ad illud perueniat quo possit se esse contentus: regi ergo debet, dum incipit posse se regere. Pueri ad praescriptum discunt. digiti illorum tenentur et aliena manu per literarum simulacra ducuntur. deinde imitari iubentur proposita et ad illa reformare chirographum: sic animus noster, dum eruditur ad praescriptum, iuuatur. Haec sunt per quae probatur hanc philosophiae partem superuacuam non esse. Quaeritur deinde *an ad faciendum sapientem sola sufficiat.* Huic quaestioni suum diem dabimus: interim omissis argumentis nonne adparet opus esse nobis aliquo aduocato qui contra populi praecepta praecipiat? Nulla ad aures nostras uox inpune perfertur: nocent qui optant, nocent qui exsecrantur: nam et horum inprecatio falsos

ex optimo habitu = mss. etiam P2. 4. Col. ℵ𝔖. G(m∞) ב𝔑 — 𝔑a — *optimo.*

optimus animi habitus et facit illa et ex illis ipse fit = Sa 𝔖. Bηκοφ + *optimus animi habitus* [B *s* in *habitus* habet ab al. m.] *ex his est et facit* ∞. GR plerique ρρ 𝔑 — 𝔅 = *optimus animi habitus ex his est et ex illis.* 𝔊1. — 𝔑a = *optimus animi habitus et ex his est et ex illis.* αβ ειlφ ℵ — *et facit* — *Deinde istud.* RP1. 3. = *Inde istud quod.* 𝔑 — 𝔅 = *Inde istud opus quod.* G sR = *Unde istud quod.* Col. = *In te quod dicis.* γδζψ = *Tamen istud quod.* η = *Denique istud quod.* בπτ = *Inde id quod.* λ = *Unde id quod.* ℵ = *quod dici iam perfecti.* 𝔑—ℨ = *ac ad summam constituti.* 𝔅 + *ac ad summam consecuti.* ℵ = *summa.*

Ad haec autem = B ℵ𝔖. GR 𝔑 — 𝔑a = *Ad hoc autem.* ℵ — *sed proficienti.*

50. GR = *dabit ipsa sibi.* ℵ = *ut moneri nequeat nisi in repertum.* εφ + *praeire dicentem.* π + *praeire qui dicat.* Nonn. ρρ = *Haec uitabis, haec.* B(*m* n.) GGr. = *optimum factum sit.* praefert Grut. 𝔑 — 𝔅 = *optimum factum est.* ℵ = *interim creabit.* R = *ad istud perueniat.*

51. ℵ + *Pueri et ad praescriptum.* R — *et* ante *ad illa reform.* ℵ = *remouere chir.* B(p.m.) G = *cyrographum.* R = *cirographum.* BII nonn. alii ρρ = *ad praescriptum uiuat.* Rζσ P2. = *ad praescriptum iuuat.*

52. R = *diem suum dabit.* P2. Col. 𝔑 — 𝔊2. = *impune profertur.* P3. = *praefertur.* P4. = *perfert.*

nobis metus iuserit et illorum amor male docet bene optando. Mittit enim nos ad longinqua bona et incerta et errantia, cum 53
possimus felicitatem domo promere. Non licet, inquam, ire recta uia: trahunt in prauum parentes, trahunt serui. nemo errat uni sibi, sed dementiam spargit in proximos accipitque inuicem. Et ideo in singulis uitia populorum sunt, quia illa populus dedit. Dum facit quisque peiorem, factus est: didicit 54
deteriora, dein docuit. effectaque est ingens illa nequitia congesto in unum quod cuique pessimum scitur. Sit ergo aliquis custos et aurem subinde peruellat abigatque rumores et reclamet populis laudantibus. Erras enim, si existimas nobiscum uitia nasci: superuenerunt, ingesta sunt. Itaque monitionibus crebris opiniones quae nos circumsonant repellantur. Nulli nos uitio natura conciliat. illa integros ac liberos genuit. Nihil 55
quo auaritiam nostram inritaret posuit in aperto. pedibus aurum argentumque subiecit calcandumque ac premendum dedit quicquid est propter quod calcamur ac premimur. Illa uoltus nostros erexit ad coelum et quicquid magnificum mirumque fecerat uideri a suspicientibus uoluit: ortus occasusque et properantis mundi uolubilem cursum, interdiu terrena aperientem, nocte coelestia, tardos siderum incessus, si conpares toti, citatissi- 56
mos autem, si cogites quanta spatia numquam intermissa uelocitate circumeant, defectus solis ac lunae inuicem obstantium,

Ju + *metus et inserit.*

53. R (cr. ∞) = *cum possumus.* βετο (m∞)πσχ = *domo promerere.* GℜI — 𝔅 = *errat sibi uni.* G1. 2. — *sibi.* 𝔄 = *acceptque.* G (s∞) = *in singulos vitia.* 𝔄 = *peior enim factus est.* P2. Col. (s.m.) = *peior factus est.* επρ + *factus est peior.*

dein docuit = B. GR𝔄ℜ — 𝔖 = *deinde docuit.*

54. ℜ — 𝔐 = *et aures subinde pervellat* contra mstos etiam Gr. G — *enim* post *Erras.* sSa (ant. m.) 𝔖 = *conuicia quae nos circumsonant.* Rell. etiam Sac ∞.

repellantur = B βετορσ P2. Pinc. Sac 𝔄𝔖. GR rell. Gr. ℜ — 𝔐a = *compescamus.* sG sR P2. 𝔄𝔐 — 𝔐a + *nos illa integros.* Col. + *illa nos int.* B = *nulla integros.* 𝔖 — *illa.* ℜ — 𝔊 = *liberos ac integros.*

55. *Nihil quo avaritiam* = Bαβ toΠρφ P2. 𝔄𝔖. GR rell. ρρ P1. 3. 4. Col. = *Nihil quod av.* ℜ — 𝔐a = *Nihil quidem quod av.* P2. = *in imperato.* Grut. ci. = *in parato.* ℜ — 𝔐a = *aurum et argentum.* GR fere omnes ρρ Gr. 𝔄ℜ — 𝔐 + *et quicquid est.* B Pinc. ℭ—𝔖∞. 𝔛 = *per quod calcamur.* γδζυ ℜ — 𝔐a = *in coelum.*

noctе coelestia = B. G𝔄𝔅 — 𝔖 = *noctu coel.* R = *noctuque coel.* ℜ — 𝔗 = *interdum terr. aperientem nata coel.*

56. GP1. 3. = *si compotes toti.* R (s∞) ci. Grut. = *si computes toti.*

citatissimos autem = mss. (exc. γδζυ). γδ𝔇 𝔄ℜ — 𝔖 — *autem.* ζ = *citatissimum axem.* ζ = *circumeat.*

ac lunae = mss. 𝔄𝔖. ℜ — 𝔐a = *et lunae.* G(s∞) — *invicem.*

alia deinceps digna miratu, siue per ordinem subeunt, siue subitis causis mota prosiliunt ut nocturni ignium tractus et sine ullo ictu sonituque fulgores coeli patescentis columnasque ac
57 trabes et uaria simulacra flammarum. Haec supra nos itura disposuit: aurum quidem et argentum et propter ista numquam pacem agens ferrum, quasi male nobis committerentur, abscondit. Nos in lucem propter quae pugnaremus extulimus. nos et causas periculorum nostrorum et instrumenta disiecto terrarum pondere eruimus. nos fortunae mala nostra tradidimus nec erubescimus summa apud nos haberi quae fuerant ima terrarum.
58 Uis scire quam falsus oculos tuos deceperit fulgor? nihil est istis, quamdiu mersa et inuoluta coeno suo iacent, foedius, nihil obscurius. Quidni, quae per longissimorum cuniculorum tenebras extrahuntur? nihil est illis, dum fiunt et a faece sua separantur, informius. Denique ipsos opifices intuere per quorum manus sterile terrae genus et informe perpurgatur: uidebis quanta fuligine oblinantur. Atqui ista magis inquinant animos quam corpora et in possessore eorum quam in artifice plus sor-
59 dium est. Necessarium itaque est admoneri et habere aliquem

subitis causis = mss. (exc. κλ P 3. 4.) etiam Gr. duo codd. Steph. (ad Dalech. Ep. 32.) Sac ΑΒG1. Ru — S. κλ P3. 4. R — B1. (exc. B G1.) = *subditis causis.*

coeli patescentis = cod. Steph. (l. l.) Mss. rell. etiam Pinc. Gr. Sa R — B = *patescentes*, quod ad fulgores referebant. 2 — B 1. = *patiscentis.* G 1. = *fathiscentes.* G2. — R Ru Ma = *fatiscentis* (*fath.*) S = *fatiscentes.* Pinc. voluit *coeli fatiscentes*, ut *coeli* esset Nom. Plur. Sc A = *columnasque patescentes.*

columnasque = mss. (exc. χ) etiam Gr. Sa R — G1. Pendet a *videri a suspicientibus voluit.* χ G2. — S = *columnaeque.* Sc A — *ac trabes.*

57. *Haec supra nos itura disposuit* = mss. (exc. αεηπσψ) etiam Pinc. Gr. Sac A. αηπσψ R — T = *natura disposuit.* B — 2 4. = *natura disponit.* Gro — S = *itura disponit.* Sed Sw. hoc corrigi iussit. ε = *supra nos noscitura disposuit.* B (s∞) = *causa periculorum.* AR — T = *nostra tradimus.* Steph. (ad Dalech. Ep. 32.) ci. = *Nos et nostra fortunae male tradimus.* B(cr. ∞) = *quae fuerint.* A = *fuerunt.*

58. *deceperit* = mss. (exc. GRλ) AS. G = *deciperit.* Rλ R — Ra = *decipit.* R = *iacere foedius.* A + *nihil foedius.*

Quidni, quae = mss. (exc. P2. Col.) R — B 2 4. Col. = *Quidni, qui.* P2. AG1. — S (exc. 24.) = *Quidni? quando.* BGR(s∞) γδ ηλΙΙπψ P 1. 3. 4. maior codd. Pinc. pars = *et infernum perpurgatur.* ζ = *et infectum perp.* ρ = *et infestum perp.* A = *et infestum perp.* Rell. ρρ P2. Col. R — S ∞. G(s∞) = *quanta caligine.* ε = *fuligine obluantur.* π = *obvolvantur.* Rell. ρρ plerique = *oblinantur.* P1. 2. = *in possessiore.* G Col. = *in possessione.* P3. = *in possessionem.* A — *quam in* ante *artifice.* G (s∞) = *populus sordidum est.*

59. R (s∞) A — *est* ante *admoneri.*

aduocatum bonae mentis, e tanto fremitu tumultuque falsorum unam denique audire uocem. Quae erit illa uox? ea scilicet quae tibi tantis clamoribus ambitionis exsurdato salubria insusurret uerba, quae dicat: Non est quod inuideas istis quos magnos felicesque populus uocat. non est quod tibi conpositae mentis habitum et sanitatem plausus excutiat. non est quod tibi tranquillitatis tuae fastidium faciat ille sub illis fascibus purpura cultus. non est quod feliciorem eum iudices cui submouetur quam te quem lictor semita deicit. Si uis exercere tibi utile, nulli autem graue imperium, submoue uitia. Multi inueniuntur qui ignem iuferant urbibus, qui inexpugnabilia seculis et per aliquot aetates tuta prosternant, qui aequum arcibus aggerem adtollant et muros in miram altitudinem eductos arietibus ac machinis quassent. multi sunt qui ante se agant agmina et tergis hostium et graues instent et ad mare magnum perfusi caede gentium ueniant: sed hi quoque, ut uincerent hostem, cupiditate uicti sunt. Nemo illis uenientibus restitit, sed nec ipsi ambitioni crudelitatique restiterant: tunc, cum agere alios uisi sunt, agebantur. Agebat infelicem Alexandrum furor aliena uastandi et ad ignota mittebat. An tu putas sanum qui a Graeciae primum cladibus in qua eruditus est incipit? qui quod cuique optimum est eripit, Lacedaemona seruire iubet, Athenas tacere.

e tanto fremitu = GR αεϑκλοΠτ Gr. (exc. P 2.) Sc 𝔄𝔑 — 𝔗. quam scripturam cur Sw. vitiosam dicat, non video. BSa = *e t a n tanto fr.* syllaba *tan* temere repetita. Hinc 𝔖 = *e t i n tanto.* γδζφψ = *i n tanto fr.* 𝔅 = *e s t tanto fr.* 𝔊1. — 𝔐𝔞 + *e q u e tanto fr.* (𝔐 = *a e q u e tanto*). Pinc. ci. 𝔊 — 𝔐 = *v e r a m denique audire* contra mstos etiam Pinc. Gr.

ambitio n is = BR 𝔑 — 𝔗. GP1. 3. 4. = *ambitio n i b u s.* sG P2. Col. 𝔅 — 𝔖 = *ambitio s is.* 𝔄 = *clam. s e d i t i o s i s.*

60. G (s∞) P1. = *sub illis p i scibus.* P4. = *sub illis fas t ibus.* ερ = *purpurat u s cultus.* γδ + *submovetur cui turba vel p o p u l u s d e f i c i t.*

quam t e quem lictor = R sG ρρ (exc. αηϑΠπ) P2. Col. Pinc. 𝔄𝔑u — 𝔖. BG P 1. 3. 4. — *quem.* 𝔅 — 𝔅1. — *te.* 𝔑 — 𝔗 = *quam quem l i t o r u m semita.* P4. = *d e i i c i t u r.* Plerique recc. ρρ = *d e i e c i t.* B(p.m.) = *aliquo d aetates.* G𝔄 = *aequum ar t i b u s.* B(s∞) = *adtoll e n t.* 𝔄 = *e t mur u m.*

e ductos = B𝔖. GR𝔅 — 𝔐𝔞 = *a d d u c t o s.* 𝔄 = *a dduct u m.* 𝔑 — 𝔗 = *d e ductos.* R = *e t machinis.*

61. *e t graves* = BG P1. 3. R P2. 4. Col. 𝔄𝔑 — 𝔖 — *e t.* R maior pars ρρ P 4. = *ins i s t a n t.* G P1. 3. 𝔄𝔑 — 𝔗 = *r e s i s t a n t.* B P2. Col. 𝔅 — 𝔖 ∞. ε = *ut v i c e r u n t.* G(s∞) P1. 3. 4. = *host i u m cupiditate.* 𝔑 — 𝔊 = *r e s i s t i t.* Rell. etiam Pinc. Gr. ∞. γδερ = *crudelitatique restiter u n t.* ηπ = *agere n i x i sunt.*

aliena vastandi = BGR 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐𝔞 = *al. d e vastandi.* G = *mittebat u r.*

62. 𝔑 — 𝔊1. = *inc e pit.*

eripit = mss. etiam Pinc. 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐𝔞 = *eripu i t.* R = *Lace-*

non contentus tot ciuitatium strage quas aut uicerat Philippus aut emerat alias alio loco proicit et toto orbe arma circumfert. nec subsistit usquam lassa crudelitas inmanium ferarum modo quae
63 plus quam exigit fames mordent? Iam in unum regnum multa regna coniecit. iam Graeci Persaeque eumdem timent. iam etiam a Dareo liberae nationes iugum accipiunt: it tamen ultra Oceanum solemque. indignatur ab Herculis Liberique uestigiis uictoriam flectere. ipsi naturae uim parat. Non ille ire uult, sed non potest stare, non aliter quam in praeceps deiecta pou-
64 dera quibus eundi finis est iacuisse. Ne Cn. quidem Pompeio externa bella ac domestica uirtus aut ratio suadebat, sed insanus amor magnitudinis falsae. Modo in Hispaniam et Sertoriana arma, modo ad colligendos piratas ac maria pacanda uadebat: hae praetexebantur causae ad continuandam potentiam. Quid illum in Africam, quid in Septemtrionem, quid in Mithri-
65 datem et Armeniam et omnis Asiae angulos traxit? infinita scilicet cupido crescendi, cum sibi uni parum magnus uideretur. Quid Caesarem in sua fata pariter ac publica inmisit? gloria et ambitio et nullus supra ceteros eminendi modus. Unum ante
66 se ferre non potuit, cum respublica supra se duos ferret. Quid, tu C. Marium semel consulem, (unum enim cousulatum accepit, ceteros rapuit,) cum Teutonos Cimbrosque concideret,

daemonem. P1. 3. 4. ℜ — 𝔊 = *Lacedaemoniam.* 𝔄 = *Lacedaemonias.* Rell. etiam P2. Col. Pinc. ∞.

civitatium = B. GR 𝔄ℜ — 𝔖 = *civitatum.* sG Rβιλοπτχ 𝔄 = *interemerat.* ℜ — 𝔐a (exc. 24. ∞) + *et alias alio* contra mstos etiam Pinc. Gr. P1. = *Non subsistit.* RP3. ℜ — 𝔐a = *nec substitit.* 𝔄 = *usque.* P1. 3. 4. Col. ℜ — 𝔊 = *unquam.* ℜ — 𝔗 + *quae non plus quam.* B = *famis.* 𝔄 = *mordentur.*

63. B(p.m.) = *regna coiecit.* 𝔄 = *Perse qui eumdem.* 𝔄 — *etiam* ante *a Dareo.*

it tamen = Bαγδεπυ Sa ci. Lips. 𝔖. R rell. ρρ (exc. βιχ) P3. = *is tamen.* P1. 4. = *hiis tamen.* βιχ P2. Col. 𝔄𝔔 — 𝔐a = *hic tamen.* ℜ — 𝔊 = *Idem tamen.* 𝔐 = *Ire tamen vult ultra Oc.* γδεΠχ = *indignatus.* ℜ — 𝔗 = *ab Hercule Liberique.*

64. G𝔄ℜ — 𝔊 = *Nec — quidem.* BG = *Gneo quidem.* βιοχ P2. Col. 𝔅 — 𝔐 + *externa inire bella.*

ac domestica = BsG R (lit.) sP3. 𝔄𝔖. G Gr. ℜ — 𝔐a = *aut domestica.* πσχ = *ad Sertoriana arma.* RP3. (al. m.) = *ad colligendos piratas.* 𝔐 = *ad cogendos pir.* B = *Mithridaten.*

omnis = B𝔄. GR ℜ — 𝔖 = *omnes.*

65. G + *Quid ergo C. Caesarem.* B(s.m.) GRℜ — 𝔊 + *C. Caesarem.* B (p.m.) 𝔄 ∞. Rell. n. l. BG = *in sua facta.* G (m∞) P1. 3. Col. = *in sua fata invasit.* P4. = *in sua fata mansit.* 𝔄 + *vana gloria.* G(m∞) = *Unde ante se.* 𝔄 = *Unum autem se.* mG 𝔄 = *cum reges supra se.*

66. 𝔄ℜ — 𝔊 l. = *Quid ni C. Marium.* R — *tu.* BG = *G. Marium.*

Teutonos = Sa Pinc. 𝔖. BR fere omnes ρρ Sc 𝔄 = *Theutonos.*

suae pompam solus explicuit? Nemo oculis suis lautus est, ne paucorum quidem aut familiarium: sed adparatum uitiorum suorum pro modo turbae spectantis expandit. Ita est: inritamen-
71 tum est omnium in quae insanimus admirator et conscius. Ne concupiscamus efficies, si ne ostendamus effeceris. Ambitio et luxuria et inpotentia scenam desiderant: sanabis ista, si absconderis. Itaque si in medio urbium fremitu conlocati sumus, stet ad latus monitor et contra laudatores ingentium patrimoniorum
72 laudet paruo diuitem et usu opes metientem. Contra illos qui gratiam ac potentiam adtollunt otium ipse suspiciat traditum literis et animum ab externis ad sua reuersum. Ostendat ex constitutione uolgi beatos in illo inuidioso fastigio suo trementes et adtonitos longeque aliam de se opinionem habentes quam ab aliis habetur. Nam quae aliis excelsa uidentur ipsis praerupta sunt. Itaque exanimantur et trepidant, quotiens despexerunt in illud
73 magnitudinis suae praeceps. Cogitant enim uarios casus et in sublimi maxime lubricos: tunc adpetita formidant et quae illos graues aliis reddit grauior ipsis felicitas incubat: tunc laudant otium lene et sui iuris. odio est fulgor et fuga a rebus adhuc

tectus umbra. RP3. (s.m.) = *tectus umbra.* P 2. = *proceptus umbra.* P4. = *praetextus umbrae.* P 1. = *pectus umbram.* P 3. (p.m.) = *positus umbram.* ℜ — ℭ2. = *umbra rusticae arboris positus.* B Col. Pinc. ℭ — 𝔖 ∞. B(s∞) = *luxuriam suam.* ℜ — 𝔄 = *lauter est.* Rℜ — ℭ = *nec paucorum quidem.*

aut familiarium = mss. 𝔄ℜ. 𝔄 — 𝔖 = *et fam.* G (cr. ∞) γδϑσ = *spectantium.* ζ mγ mo = *spectantibus.*

Ita est = BR Π rell. ρρ maior pars Sac 𝔄𝔖. GℜM — 𝔐a = *Itaque.* B — *est* ante *omnium.* 𝔄 = *in quae insanit animus.*

71. RℭI. 2. = *si ut non ostendamus.* ιπ + *si ne ut ostendamus.* P1. 2. 3. ℜ — 𝔅 = *si non ostendamus.* P4. = *sicut ostendamus.* Pinc. 𝔄ℭ = *si ne offendamus.* δρ = *ambitio et impudentia.* mγ = *ambitio et intemperantia.* Steph. (Prood. II. ex.) ci. + *si te absconderis.* ερ + *ex parvo divitem.*

72. Π nonn. alii ρρ = *suscipiat traditum.* In P 3. videbatur olim fuisse *ex constitutione vulti* aut *nubti.*

in illo invidioso = BGR 𝔄. ℜ — 𝔖 = *in isto inv.* o = *et attonitos longaevos.* B (cr. ∞) G (cr. ∞) = *Itaque examinantur.* βεΠφ = *quotiens dispexerunt.* σ = *quotiens aspexerunt.* ℜ — 𝔄 = *quotiens respexerunt in istud.* 𝔅 = *respexerunt in illis.*

73. 𝔐 — 𝔐a + *et quae et illos* contra mstos etiam Gr. G (s∞) ℜ — 𝔅 = *gravior illis felicitas.*

incubat = mss. (exc. ζστφ P2. 3. Col.) etiam Gr. Ss. 𝔄ℜ — 𝔅𝔖. sG P2. 3. Col. = *incumbat.* (ζστφ) ℭ1. — 𝔐a = *incumbit.* B = *ostium lene.* P1. 4. = *ostium leve.* GℜM — ℭ 1. = *hostium lene.* P3. = *hostium leve.* 𝔄 = *omne leve.* P2. = *omni leve.* mG Col. = *Tunc claudunt hostium lene.* R = *otium leve.* ℜ — 𝔐a + *et fuga iam a rebus* contra mstos. Gr. 𝔄 — *a* ante *rebus.*

stantibus quaeritur: tunc demum uideas philosophantis metus et aegrae fortunae sana consilia. Nam quasi ista inter se contraria sint, bona fortuna et mens bona, ita melius in malis sapimus: secunda rectum auferunt. Uale.

EPISTULA III. (95.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Petis a me ut id quod in diem suum dixeram debere differri repraesentem et scribam tibi *an haec pars philosophiae quam Graeci παραινετικὴν uocant, nos praeceptiuam dicimus satis sit ad consummandam sapientiam.* Scio te in bonam partem accepturum, si negauero. Eo magis promitto et uerbum publicum perire non patior: *Postea noli rogare quod impetrare nolueris.* Interdum enim enixe petimus id quod recusaremus, si quis obferret. Haec siue leuitas est siue uernilitas, 2 punienda est promittendi facilitate. Multa uideri uolumus uelle, sed nolumus. Recitator historiam ingentem adtulit minutissime scriptam, artissime plicatam et magna parte perlecta: *Desinam*, inquit, *si uultis.* Adclamatur *Recita, recita* ab his qui illum obmutescere illic cupiunt. Saepe aliud uolumus, aliud

G(mω) P1. 3. 4. = *tunc demum iudicas.*

philosophantis metus = mss. etiam Gr. Ss. 𝔄𝔐 — 𝔊. 𝔊ro = *philosophantes metus.* La Grange recte = *vous verrez alors la crainte philosopher.* 𝔐 — 𝔖 (exc. 𝔊ro.) = *philosophantes metu* ex ing. Mur. 𝔊𝔐 — 𝔅 = *contraria sunt.* 𝔄 = *in bonis sapimus.*

Lib. XV. Ep. 3. (95.)

𝔐 — 𝔍u = *debere referri.* P4. = *debere deferri.* Lips. (Elect. 1, 26.) scribi iussit *in diem dixeram debere, repraesentem* rell. om. 𝔐 — 𝔊1. = *rescribam.* R — *tibi* post *scribam.* B𝔊1. = *Graeci paraeneticen.* R𝔅 = *Gr. paraeneticen.* G = *Gr. pareticam.* π = *Gr.* παρατικην. Nonn. alii ρρ = *Gr. Pareticen.* e = *Graeci parentil3ent.* 𝔄 = *Gr. paraeneticen.* 𝔐 — 𝔗 = *Gr. parentiam.* B = *ad consummendam.* 𝔄 = *ad consumendam.* G = *Ego magis promitto.* R — *Eo magis.* αIIτ = *imperare nolueris.*

enixe petimus = B(p.m.). B (s.m.) GR 𝔄𝔐 — 𝔖 = *obnixe petimus*, contra quam vocem vid. Ruhnk. ad Vell. I, 9. p. 36. cf. etiam ad Ep. 35, 1.

2. εp = *sive vernulitas.* P4. = *sive vermilitas.* G P1. 3. = *sive virilitas.* RCol. = *sive inutilitas.* B = *punienda est mutendi facilitate.* 𝔄 = *velle quae nolumus.* B (cr. ω) = *minutissimis scriptam.* recte, opinor. 𝔄 = *acutissime plicatam.* G(mω) P1. 4. — *artissime plicatam.* BGII nonn. alii ρρ P3. 𝔐 — 𝔊1. = *plictam.* de quo vide. e huius vocis sedem habet vacuam. G = *et magis parte.* B 𝔐 — 𝔗 = *Desinam, inquit, multis.* sB = *Recitare recita.* G (s: *est*) — *recita* ante *ab his.*

illic cupiunt = BGR ρρ (exc. ερφ) 𝔄𝔐 — 𝔊1. εp = *illic cupiebant.* φ = *illum cupiunt.* 𝔊2. — 𝔖 = *illico cupiunt.* 𝔄 = *Saepe illud volumus.*

optamus et uerum ne dis quidem dicimus: sed di aut non exaudiunt aut miserentur. Ego me omissa misericordia uindicabo et tibi ingentem epistulam inpingam, quam tu si inuitus leges, 3 dicito: Ego mihi hoc contraxi, teque inter illos numera quos uxor magno ducta ambitu torquet, inter illos quos diuitiae per summum adquisitae sudorem male habent, inter illos quos honores nulla non arte atque opera petiti discruciant et ceteros ma- 4 lorum suorum conpotes. Sed ut omisso principio rem ipsam adgrediar: Beata, inquiunt, uita constat ex actionibus rectis. ad actiones rectas praecepta perducunt: ergo ad beatam uitam praecepta sufficiunt. Non semper ad actiones rectas praecepta perducunt, sed cum obsequens ingenium est: aliquando frustra 5 admouentur, si animum opiniones obsident prauae. Deinde etiam si recte faciunt, nesciunt facere se recte. Non potest enim quisquam nisi ab initio formatus et tota ratione compositus omnes exsequi numeros, ut sciat quando oporteat et in quantum et cum quo et quemadmodum et quare. Non potest toto animo ad honesta conari, ne constanter quidem aut libenter: 6 sed respiciet, sed haesitabit. Si honesta, inquit, actio ex praeceptis uenit, ab beatam uitam praecepta abunde sunt: atqui illud, ergo et hoc. His respondebimus actiones honestas et praeceptis fieri, non tantum praeceptis. Si aliae, inquit, artes contentae sunt praeceptis, contenta erit et sapientia: nam et haec ars uitae est. Atqui gubernatorem facit ille qui praecepit: Sic moue gubernaculum, sic uela submitte, sic secundo uento

Ego me = B P2. ΑΜ — Ꞓ. G (cr. ∞) R(cr. ∞) γδηϽ mo rell. Gr. = *Ergo me.*

3. ε = *malo ducta ambitu.* R (s∞) Α — *non* post *nulla.* R = *opera atque arte.*

4. ρ = *Sed ut omisso proh e mio.* Μ — Τ — *Non semper — perducunt.* G (n.) + *Non sunt semper ad actiones.* Β — Β1. + *Non tamen semper* contra mstos etiam Gr. Pinc. ψ = *alioquin frustra.* Gr. fere omnes ΑΜ — Ꞓ1. = *frustra admonentur.*

5. G(s∞) P1. 3. 4. — *in* ante *quantum.*

et quare = Bρρ (exc. αηϽII). GR αηϽII ΑΜ — Ꞓ — *et.* B = *toto animo ta onesta conari me constanter.* G = *sed respiciat.* Μ = *sed exitabit.*

6. *atqui illud* = B ρρ P2. 4. Col. Ꞓ. GR P 1. ΑΜ — Ꞓ = *atque illud.* P3. = *at quae illud.* Pinc. Μ — Μα + *atqui est illud.*

ergo et hoc = B sG Pinc. ΑΜ — Ꞓ. R — *et hoc.* G(p.m.) P1. 3. 4. Μ — Ꞓ = *ergo hic.* P2. — *hoc.* Col. = *et his hic resp.*

respondebimus = B sGR ρρ (exc. γδxρσ) P2. Col. Α. G (p.m.) γδxρσ P3. 4. Μ — Ꞓ = *respondemus.* P1. = *respondentem.*

et praeceptis fieri = G(s.m.) Sac ΑϞ. BR P2. P3. (s.m.) Col. = *ex praeceptis fieri.* G (p.m.) P 1. 3. (p.m.) 4. Μ — Μα = *ex decretis fieri.*

utere, sic aduerso resiste, sic dubium communemque tibi uindica. Alios quoque artifices praecepta confirmant: ergo in hoc 7
idem poterunt artifices uiuendi. Omnes istae artes circa instrumenta uitae occupatae sunt, non circa totam uitam. Itaque multa illas inhibent extrinsecus et inpediunt: spes, cupiditas, timor. At haec quae artem uitae professa est nulla re quo minus se exerceat uetari potest: discutit enim inpedimenta et tractat obstantia. Uis scire quam dissimilis sit aliarum artium con- 8
dicio et huius? In illis excusatius est uoluntate peccare quam casu, in hac maxima culpa est sponte delinquere. Quod dico tale est. Grammaticus non erubescet soloecismo, si sciens facit: erubescet, si nesciens. Medicus si deficere aegrum non intellegit, quantum ad artem magis peccat, quam si se intellegere dissimulat. At in hac arte uiuendi turpior uolentium culpa est. Adice nunc quod artes quoque pleraeque, immo ex omnibus li- 9
beralissimae habent decreta sua, non tantum praecepta sicut medicina. Itaque alia est Hippocratis secta, alia Asclepiadis, alia Tbemisonis. Praeterea nulla ars contemplatiua sine decretis suis est quae Graeci uocant *δόγματα*, nobis uel *decreta* licet adpellare uel *scita* uel *placita*, quae et in geometria et in astronomia inuenies. Philosophia autem et contemplatiua est et 10
actiua: spectat simul agitque. Erras enim, si tibi illam putas tantum terrestres operas promittere: altius spirat. Totum, in-

G (s∞) ℜ — ℭ1. = *sic dubium omne.*

7. *ergo in hoc idem* = BG ρρ (exc. ερ) Sac ϒℭ. ερ — *in.* ℜ — ℭ = *ergo ne hoc idem* ∞? ℳ — ℜα = *ergo non hoc idem* ∞? G = *poterant.* B = *artifice viendi.* G(s.m.) = *iubent extrinsecus.*

8. *aliarum artium* = BG ϒℜ — ℭℰ. R — *artium.* ℳ — ℜα = *harum artium.* B (s∞) P2. = *excusatus est.* G(s∞) = *excusatio est.* αƆοΠσφ P1. 3. ℜ — ℑ = *excusatio est.* ϒ = *excncius est.* π + *tam voluntate.* σ + *potius voluntate.* G(s∞) R(s∞) αγδƆοΠχψ = *maxime culpa est.*

non erubescet soloecismo = B ℰ. GR maior pars ρρ = *erubescet soloecismum.* ϒ = *erubescit soloecismo.* ℜ — ℜα = *erubescit soloecismum.* ℰ = *si sciens fecit.*

erubescet, si nesciens = mss. ϒℜ — ℭ1.ℰ. ℭ2. — ℜα = *erubescit, si nesciens.* B(n.) = *quantum ad partem.*

9. B = *ex omnibus liberatissimae.* B(s∞) = *ars contemptiva.* BGRϒℜ — ℭ1. = *vocant dogmata.* ℑ inter *vocant* et *dogmata* spatium habet vacuum. ℳ — ℜα — *vel* ante *decreta.* π = *nobis autem decreta.* σ = *nobis vero decreta.*

et in geometria = BG. R ϒℜ — ℰ — *et.*

10. *simul agitque* = mss. (exc. GƆτ) ϒℰ. GƆτ ℜ — ℜα = *simulque agit.*

si tibi illam putas = BGR. ϒℜ — ℰ — *tibi.* B = *terrestres opera.* αερυ = *terrestres opes.*

quit, mundum scrutor nec me intra contubernium mortale contineo suadere uobis ac dissuadere contenta. magna me uocant supraque uos posita:

11 *Nam tibi de summa coeli ratione deumque*
Disserere incipiam et rerum primordia pandam:
Unde omnis natura creet res, auctet alatque
Quoque eadem rursus natura perempta resoluat,

ut ait Lucretius. Sequitur ergo ut, cum contemplatiua sit, habeat decreta sua. Quid? quod facienda quoque nemo rite obibit, nisi is cui ratio erit tradita qua in quaque re omnes officiorum numeros exsequi possit quos non seruabit qui in rem prae-
12 cepta acceperit, non in omne. Inbecilla sunt per se et, ut ita dicam, sine radice quae partibus dantur. Decreta sunt quae muniant, quae securitatem nostram tranquillitatemque tueantur, quae totam uitam totamque rerum naturam simul contineant. Hoc interest inter decreta philosophiae et praecepta quod inter elementa et membra: haec ex illis dependent. illa et horum cau-
13 sae sunt et omnium. Antiqua, inquit, sapientia nihil aliud quam facienda ac uitanda praecepit et tunc longe meliores erant

B = *continet o.* R(s∞) = *magna vocent.* G = *supraque nos.*

11. G = *Deserere incipiam.* 𝔄 = *omnes natura.* B = *naturae reret.* G = *nature creat.* R Pinc. 𝔄𝔑 — 𝔊 = *natura creat.*

auctet alatque = B (p.m.) 𝔐 — 𝔖 Lucret. I, 51. sB = *auc itet alatque.* G = *haurit alatque.* mG = *rex avertit alatque.* R = *auget alatque.* P2. = *auget et alut.* P1. 3. 4. 𝔑 — 𝔅 = *haurit et alat quae.* Col. = *crevit res augeat et alat, est quoque.* Pinc. 𝔄 = *auget alitque.* 𝔊1. — 𝔊 = *haurit alitque.* ρρ promiscue = *augeat, auget, edat, gignat.* G (m∞) P2. = *eandem rursus.* R + *in una quaque re.*

qui in rem praecepta acceperit, non in omne = BR Pinc. ex. Francisc. Sa 𝔊ro — 𝔖. G = *que in re praecepta acceperit. Nam in omnem* (tres voces ultimae sunt notatae). γδ = ∞ *acceperit non omnem.* αηϑΠνχ = ∞ *non omne* om. *in.* o = ∞ *Nonne imbecilla.* Rell. ρρ P2. Col. 𝔑 — 𝔅 = ∞ *acceperit, non in nomine.* P1. 3. = *quod in re praecepta acceperit, non in omen sunt nubecilla per se.* P4. = *quos nemo rite obibit qui in te praecepta acceperit. non omnis imbecillia sunt.* (Etiam Col. = *Imbecillia.*) Sc 𝔄 = ∞ *nam in omnem vitam. Imb.* Codd. quidam Ermi = ∞ *non in omnem vitam.* 𝔊1. — 𝔊 = *qui in re praecepta acceperit, non in nomine.* 𝔐 = *qui mera praec. acceperit. Imbecilla sunt.* 𝔏 = *qui in re praec. acceperit. Imb.* rell. om. Lips. ci. = ∞ *non in commune.* Sw. ci. = ∞ *non in nomen.* vel *in re* ∞ *non in nomine.*

12. G (s∞) P1. = *quae artibus dantur.* P3. = *quae omnibus artibus dantur.* 𝔄 = *illae et horum causae sunt.* 𝔑 — 𝔅 = *et horum causae sunt rationum.*

13. *ac vitanda* = mss. 𝔄𝔖. 𝔑 — 𝔐α = *et vitanda.* G = *praeceperit.*

internis ulceribus adfecta? innumerabilia praeterea febrium genera, aliarum inpetu saeuientium, aliarum tenui peste repentium, aliarum cum horrore et multa membrorum quassatione
18 uenientium? Quid alios referam innumerabiles morbos, supplicia luxuriae? Inmunes erant ab istis malis qui nondum se deliciis soluerant, qui sibi imperabant, sibi ministrabant. Corpora opere ac uero labore durabant aut cursu defatigati aut uenatu aut tellure uersata. Excipiebat illos cibus qui nisi esurientibus placere non posset. Itaque nihil opus erat tam magna medicorum supellectile nec tot ferramentis atque pyxidibus.
19 Simplex erat ex causa simplici ualitudo: multos morbos multa fercula fecerunt. Uide quantum rerum per unam gulam transiturarum permisceat luxuria, terrarum marisque uastatrix. Necesse est itaque inter se tam diuersa dissideant et hausta male digerantur aliis alio nitentibus. Nec mirum, quod inconstans uariusque ex discordi cibo morbus est et illa ex contrariis natu-
20 rae partibus in eumdem conpulsa redundant. Inde tam nullo aegrotamus genere quam uiuimus. Maximus ille medicorum et huius scientiae conditor *feminis nec capillos defluere* dixit *nec pedes laborare*. Atqui et capillis destituuntur et pedibus aegrae sunt. Non mutata feminarum natura, sed uita est: nam cum uirorum licentiam aequauerint, corporum quoque uirilium in-

= *et extuantis*. ℜ — 𝔐 = *impetu subeuntium*. ℜ — 𝔅 = *tenui peste repentina*. G = *cassatione*. R = *quassatione vehementium*. B (cr. ∞) = *quass. viventium*.

18. R fere omnes ρρ Pinc. ex. Francisc. et familiare = *defatigata*. *aut tellure versata* = 𝔄 𝔊2. — 𝔖. BG P1. 3. 4. ℜ — 𝔊1. = *aut tollere versantia*. R = *aut tellure versantia*. ρρ Pinc. ex. Francisc. et famil. = *aut tellurem versantia*. G(s∞) = *esurienti*. *non posset* = mss. (exc. α) 𝔄𝔖. α ℜ — 𝔐a = *non poterat*. B(s∞) = *ferramentu*.

19. ℜ — 𝔅 — *fercula* ℜ — 𝔅 + *terrarumque*. G(s∞) = *et angusta male digerantur*. B (s∞) = *quod instans variusque*. P3. (n.) + *et ex illa ex contrariis*. Steph. (ad Dalech. Ep. 30.) ci. + *in eundem locum* vel *ventrem compulsa*.

20. Steph. (l. l.) ci. + *tam nullo non aegrotamus*. P4. = *aegrotamus quam minimus*. G(s∞) = *eiusmodi scientiae*. Col. ℜ — 𝔊1. + *huiusmodi scientiae*. γδζ + *pedes laborare podagra*. 𝔄 — *et* ante *capillis*.

Atqui et capillis = mss. (exc. σ) etiam Gr. 𝔄ℜ — 𝔗𝔖. σ + *Atqui nunc et illae capillis*. 𝔅𝔊1. = *Atqui etiam capillis* 𝔊𝔊. + *Atqui iam et capillis* ex Pinc. ing. ℜ — 𝔗 + *et aegrae sunt*. BGRII nonn. alii ρρ ℜ — 𝔅 = *sed victa est*. B𝔄 = *licentiam aequarunt*. R = *licentiam aequauerant*. G = *equinauerint*. P1. 3. = *aequinauerint*. G(m∞) R(m∞) — *corporum quoque — pervigilant*.

24 tus premit! Transeo puerorum infelicium greges quos post transacta conuiuia aliae cubiculi contumeliae exspectant. Transeo agmina exoletorum per nationes coloresque descripta, ut eadem omnibus laeuitas sit, eadem primae mensura lanuginis, eadem species capillorum, ne quis cui rectior est coma crispulis misceatur. Transeo pistorum turbam, transeo ministratorum per quos signo dato ad inferendam coenam discurritur. Di boni, 25 quantum hominum unus uenter exercet! Quid? tu illos boletos, uoluptarium uenenum, nihil occulti operis indicas facere, etiam si praesentanei non fuerunt? Quid? tu illam aestiuam niuem non putas callum iecinoribus obducere? Quid? illa ostrea, inertissimam carnem coeuo saginatam, nihil existimas limosae grauitatis inferre? Quid? illud Sociorum garum, pretiosam malorum piscium saniem, non credis urere salsa tabe 26 praecordia? Quid? illa purulenta et quae tantum non ab ipso igne in os transferuntur iudicas sine noxa in ipsis uisceribus exstingui? Quam foedi itaque pestilentesque ructus sunt! quantum fastidium sui exhalantibus crapulam ueterem! Scias putrescere sumpta, non concoqui. Memini fuisse quondam in sermone nobilem patinam in quam quicquid apud lautos solet diem 27 ducere properans in damnum suum popina congesserat: uene-

Pinc. ci. = *premitur*. R (m∞) — *premit*.

24. R = *alieni cubiculi*. P1. = *cubuculi*. G castig. ex. Pinc. = *cubili*. P4. — *contumeliae*.

laevitas = S. Rell. = *levitas*. Amicus quidam Grut. ci. = *aevitas*. G(s∞) P1. 3. ℜ — G2. = *prima mensura*. ϒ — *cui* ante *rectior*. Gϒ — *est* post *rectior*. G1. 2. = *erectior*.

25. mo = *voluntarium venenum*. ε = *voluntarium voluptatum venenum*. P3. = *occulti corporis*. R(m∞) = *etiamsi puntanei*. ε = *praesentati ei non fuerunt*. σ = *praesentarii non ferant*. RP4. Col. Scϒ = *non fuerint*. P1. 3. G1. — G = *non fuerant*. ℜ — ℜα = *non furant* ex ing. Mur. Nic. Heins. ad Tac. A. XII, 67. ci. = *praesentanei obfuerant*. Rell. ∞. G = *illam festivam*. B = *iocineribus*. P1. 3. = *iecoribus*. P4. = *lectionibus*. ϒ = *iocinoribus*. ℜ — ℬ = *itineribus*. ℜ — ℬ = *illam ostream*. R = *illud Soriorum*. G1. 2. = *illud Sosiorum*. ε = *illud Sociagorum*.

26. P1. = *illam purulenta*. P2. ϒ = *illa pirulenta*. P3. = *illa prurulenta*. ℜ — ℬ + *tantummodo*. P3. = *tantummodo ab ipso*. Recc. ρρ nonn. Col. = *quae tantum ab ipso* om. *non*. P2. S = *ex ipso igne*. G(cr. ∞) = *exstinguuntur*.

foedi itaque pestilentesque = BGR ρρ Gr. Sac ϒℜ — G1. S. G2. — ℜα = *foedi atque pestilentes*. R(p.m.) = *exaltantibus crapulam*. G = *crapulam ventrem*. ℜ — G = *crapula ventrem*. ϒ + *et scias*. GP3. 4. ℜ — G = *non coqui*. P1. = *vero coqui*. Pinc. ci. G — ℜ = *Aesopi nobilem patinam*. Pinc. ci. = *solet diduci in diversas patinas*.

11. *ipsas nequitia tenebras* = BR sG plerique ρρ 𝔊1. — 𝔖. G (p.m.) αζϽφ P1. 3. 𝔑 — 𝔅 = *ipsa neq. ten.* βλποτχ P2. Col. 𝔄 = *ipsas nequitiae ten.* 𝔑 — 𝔅 = *latenti fides.* Pinc. ci. = *latendi fiducia.* Nonn. recc. ρρ P3. Col. 𝔑 — 𝔐 = *etiamsi facultatem habent.* Alii recc. ρρ P1. = *etiamsi facilitatem habent.*

tuta scelera esse possunt, secura non possunt = 𝔐 — 𝔖. π = *tuta scelera esse, secura esse non possunt.* B = *tuta scelera esse possunt* rell. om. G = *tuta scelera non esse possunt* rell. om. R

repugnare sectae nostrae, si sic expediatur, non iudico. Quare? quia prima illa et maxima peccantium est poena peccasse nec ullum scelus, licet illud fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur ac uindicet, inpunitum est, quoniam sceleris in scelere supplicium est. Sed nihilominus et hae illam secundae poenae premunt ac sequuntur timere semper et expauescere et securitati diffidere. Quare ego hoc supplicio nequitiam libe- 13
rem? quare non semper illam in suspenso relinquam? Illic dissentiamus cum Epicuro ubi dicit: *Nihil iustum esse natura et crimina uitanda esse, quia uitari metus non posse.* Hic consentiamus mala facinora conscientia flagellari et plurimum illi tormentorum esse eo, quod perpetua illam sollicitudo urget ac uerberat, quod sponsoribus securitatis suae non potest credere. Hoc enim ipsum argumentum est, Epicure, natura nos a scelere abhorrere, quod nulli non etiam inter tuta timor est. Multos fortuna liberat poena, metu neminem. Quare? nisi 14
quia infixa nobis eius rei auersatio est quam natura damnauit? Ideo numquam fides latendi fit etiam latentibus, quia coarguit

rell. ρρ Gr. ΥΜ — Ϛ1. = *tuta scelera esse non possunt* (P4. = *non posse*) rell. om. Ϛ2. — Ϭ = *tuta scelera esse, secura non possunt.*

12. Υ = *Hoc expugnare sectae nostrae.* Plerique Gr. Ϻ — Ϛ2. = *Hoc ergo repugnare.* BGM — Ϛ1. = *Quare? quia primo illa.* Il nonn. alii ρρ = *Quare? quia primo maxima.* RM — Ma — *illa.* Υ = *impunitum est quin sceleris.*

et hae illam secundae poenae = BGR plerique ρρ Sac Ϭ. Col. Υ = *et haec illam secundae poenae.* βιλοπσφχ + *et hae illam malam mentem secundae poenae.* P1. Ϛ1. = *et haec et illam secundae poenae.* P2. = *et haec illam mali mentem sec. p.* P3. = *haec et illam sedem poenae.* P4. = *haec et illam scelere poenae.* M — Ϭ + *et hae et illam sec. p.* Ϛ2. — Ma = *et haec et illa sec. p.* G = *ac secuntur.* R(mω) — *et securitati diffidere. Quare ego hoc.*

13. Recc. nonn. ρρ Υ + *Quare ergo ego hoc.* G(cr.ω) = *Quare ergo hoc.* Υ = *Illi hic dissentiamus.* Υ — *ubi dicit: Nihil iustum esse natura.* P1. 3. 4. Col. (mω) = *quia vetari metus.*

non posse = BG P1. 3. Col. Υ. RP4. = *non possint.* P2. M — Ϭ = *non possit.*

mala facinora conscientia flagellari = BG ΥM — Ϭ. R (lit.) maior pars ρρ P2. P3. (s.m.) = *malo facinore conscientiam fl.* Col. = *malo facinore conscientia fl.* Sanctol. ci. = *mala facinora conscientiam flagellare.* Β1. Mu = *plurima illi tormentorum.* P3. = *plurimum illis torm.* Vetustiores ρρ = *quod perpetuo illum.*

argumentum est, Epicure = Ϭ. Lips. ci. = *argumentum, Epicure, est.* Sa = *argumentum Epicure* om. *est.* RSc Υ = *argumentum est Epicuri.* BG M — Ma = *argum. Epicuri est* (in G *est* n.). G(cr.ω) P1. 3. = *naturam nos a scelere.* G(mω) = *a scelere arboree.*

14. *Quare? nisi quia* = BR vetustiores ρρ et rell. maior pars P2. P4. (s.m.) Sac YϬ. G Col. = *Quare enim quia.* P1. 3. 4. (p.m.) M — Ma — *nisi.* GR = *ad versatio.*

illos conscientia et ipsos sibi ostendit. Proprium autem est nocentium trepidare. Male de nobis actum erat, quod multa scelera legem et uindicem effugiunt et scripta supplicia, nisi illa naturalia et grauia de praesentibus soluerent et in locum patientiae timor cederet. Uale.

EPISTULA III. (98.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Numquam credideris felicem quemquam ex felicitate suspensum. Fragilibus innititur qui aduenticio laetus est: exibit gaudium quod intrauit. At illud ex se ortum fidele firmumque est et crescit et ad extremum usque prosequitur: cetera quorum admiratio est uolgo in diem bona sunt. Quid ergo? non usui ac uoluptati esse possunt? Quis negat? sed ita, si illa ex nobis pendent, non ex illis nos. Omnia quae fortuna intuetur ita fructifera ac iucunda fiunt, si qui habet illa se quoque habet
2 nec in rerum suarum potestate est. Errant enim, Lucili, qui aut boni aliquid nobis aut mali iudicant tribuere fortunam: materiam dat bonorum ac malorum et initia rerum apud nos in malum bonumue exiturarum. Ualentior enim omni fortuna animus est: in utramque partem ipse res suas ducit beatacque ac miserae uitae sibi causa est. Malus omnia in malum uertit, etiam
3 quae cum specie optimi ueuerant: rectus atque integer corri-

legem et vindicem = BπΠφψ quaedam exx. Pinc. 𝔄. GR Gr. 𝔑 — 𝔖 = *legem et iudicem.* 𝔄 + *effugere vel effugiunt.* 𝔄 = *nisi illi naturalia.* ηχmℭ2. 𝔐 = *in locum poenitentiae.* ζ = *in locum poenae.*

Lib. XVI. Ep. 3. (98.)

𝔄 — *felicem.* 𝔄 = *ea felicitate susp. qui frugalibus innititur.* Rβιλοτχ P2. P3. (s.m.) Col. quidam Pinc. = *ea felicitate susp. quae* [Col. = *qui*] *fragilibus.* ℭℭ + ∞ *quae fragilibus.* G (s∞) = *exivit gaudium.* P1. — *At illud.* 𝔄 — *fidele* ante *firmumque.* 𝔑 — ℭ2. — *est* post *firmumque.* P1. 3. = *vulgo indice bona sunt.*

Omnia quae fortuna intuetur = BGR P1. 3. 4. 𝔄𝔑 — 𝔐. Pinc. v. l. = *Omnia quae fortuna intuentur.* P2. Col. ℭ — 𝔖 = *Omnia quae fortunam intuentur.*

si qui habet illa = Quidam ρρ 𝔖. BGR alii ρρ Gr. 𝔄 = *si quis habet illa.* 𝔑 — 𝔅 = *si quis habet ista.* ℭ1. 2. = *si quis habens ista.* εℭ — 𝔐a = *si quis habens illa.* oχ = *si cum his quae habet ex illa.* π + *si is qui habet illa.* Grut. ci. = *si quis-quis habet illa.*

2. G 𝔑 — 𝔐a + *mi Lucili.* B (s∞) — *qui* post *Lucili.* G(s∞) = *et utramque partem.* R ρρ 𝔑 — 𝔗 + *et in utramque partem.* 𝔑 — 𝔐 + *Malus animus.*

quae cum specie = BG ρρ Sac 𝔄 𝔑 — ℭ𝔖. R 𝔐 — 𝔐a — *cum.* Nonn. ρρ 𝔄 = *venerunt.*

spici potest, prospice. quodcumque laesurum est multo ante quam accidat speculare et auerte. In hoc ipsum tibi plurimum conferet fiducia et ad tolerandum omne obfirmata mens. Potest fortunam cauere qui potest ferre. certe in tranquillo non tumultuatur. Nihil est nec miserius nec stultius quam praeti-
8 mere. Quae ista dementia est malum suum antecedere? Denique ut breuiter includam quod sentio et istos satagios ac sibi molestos describam tibi, tam intemperantes in ipsis miseriis quam sunt ante illas: plus dolet quam necesse est qui ante dolet quam necesse sit. Eadem enim infirmitate dolorem non aestimat qua non exspectat. Eadem intemperantia fingit sibi perpetuam felicitatem suam, fingit crescere debere quaecumque con-
9 tigerunt, non tantum durare: et, oblitus huius petauri quo humana iactantur sibi uni fortuitorum constantiam spondet. Egregie itaque uidetur mihi Metrodorus dixisse in ea epistula qua sororem amisso optimae indolis filio adloquitur: *Mortale est omne mortalium bonum.* De his loquitur bonis ad quae concurritur: nam illud uerum bonum non moritur, certum est sempiternumque, sapientia et uirtus: hoc unum contingit inmor-

Pinc. P 2. 4. Col. ꝛG — ꝛS. G (s.m.) ɔ P 1. 3. G 1. 2. ℓ — ꝛa = *Quin vero.* ℜ — ℬ = *Quaecunque vero.* G(n.) ℜ — ꝛa + *et quicquid consilio.*

averte = BR plerique ρρ (P 1. 2. 4.) ꝛG 1. — ꝛS. Gδεζησσφ P 3. Col. ℜ — ℬℓ — ꝛa = *advertе.* ℵ = *afferet fiducia.*

ad tolerandum omne = BGR ρρ P 2. 3. Col. ꝛℜ — G 2. P 1. 4. = *ad tolerandum esse* (*o͞e* = omne. *e͞e* = esse). Pinc. v. l. (?) G — S = *ad tolerandum omnino.* R = *nihil est miserius nec stultius.* G(m∞) = *quam pertinere.* ℜ = *quam pertimere.* ℵ = *quam sℓ timere.* ℬ — ꝛℜ = *quam semper timere.*

8. *satagios* = mss. etiam Gr. Ss. ꝛℜ — ℬS. G 1. — G = *sacagios.* Quidam Ermi = *sagitaios.* ꝛℜ — ꝛa = *satageos* ex ci. Ermi. ℵ = *mihi molestos.* Pinc. ci. G — ℬ 1. = *tam intemperantes in ipsis miseriis sunt quam ante illas.* S + *in ipsis miseriis sunt, quam sunt ante illas.* Col. = *Plus dolent.* R (m∞) G (m∞) P 1. P 3. (m∞) P 4. Col. ꝛℜ — G 2. — *qui ante dolet quam necesse est.* Pinc. v. l. G — ℬ 1. S = *quam necesse sit.* BmG mR ρρ ∞. G(cr.∞) P 1. 3. = *Eandem enim infirmitatem.* Col. = *Eundem enim* ∞ *quem.* Steph. (ad Dalech. Ep. 36.) ci. — *non* ante *aestimat.* G(s∞) P 1. 3. ℜ — G 2. — *Eadem* ante *intemperantia.*

felicitatem suam = mss. etiam Sac ꝛℜ — G 2. S. G — ꝛa — *suam.* sR + *qua fingit.* In φ *suam* mutatum est in *qua.*

fingit crescere = BG Sa. R ꝛℜ — S + *fingit sibi crescere.*

9. G(m∞) P 1. P 3. (p.m.) 4. Col. ℜ — G 1. = *oblitus huius peccati* (G P 1. 3. 4. = *quod*). mG 1. G 2. — ℜ = *oblitus fati.* G(p.m.) = *humana iactantia.* G(s.m.) = *iactantius.* Rℵ — *ea* ante *epistula.* ℵ = *adloquitur omne mortale bonum* rell. om. GR recc. ρρ Gr. (P 2. cr. ∞) ℜ — G 2. = *omnium mortalium bonum.* Rell. etiam Pinc. ∞. G ℜ — ℬ = *contingit immorta-*

tale mortalibus. Ceterum tam inprobi sunt tamque obliti quo 10
cant, quo illos singuli dies turbent, ut mirentur aliquid ipsos amittere amissuri uno die omnia. Quicquid est cui dominus inscriberis apud te est, tuum non est: nihil firmum infirmo, nihil fragili aeternum et inuictum est. Tam necesse est perire quam perdere et hoc ipsum, si intellegimus, solatium est aequo animo perdere quod perdendum est. Quid ergo aduersus has 11
amissiones auxilii inuenimus? Hoc ut memoria teneamus amissa nec cum ipsis fructum excidere patiamur quem ex illis percepimus. Habere eripitur, habuisse numquam. Peringratus est qui, cum amisit, pro accepto nihil debet. Rem nobis eripit casus, usum fructumque apud nos relinquit quem nos iniquitate desiderii perdidimus. Dic tibi: Ex istis quae terribilia 12
uidentur nihil est inuictum. Singula uicere iam multi: ignem Mucius, crucem Regulus, uenenum Socrates, exilium Rutilius, mortem ferro adactam Cato: et nos uincamus aliquid. Rursus ista quae ut speciosa et felicia trahunt uolgum a multis et saepe contempta sunt. Fabricius diuitias imperator reiecit, censor notauit. Tubero paupertatem et se diguam et Capito- 13
lio iudicauit, cum fictilibus in publica coena usus ostendit debere iis hominem esse contentum quibus di etiamnunc uterentur.

libus. 𝔊1. = *contingit immortale immortalibus.*

10. Col. = *Ceteri tam improbi sunt.*

turbent = BG Sac P1. 3. 4. ℜ — 𝔊2. 𝔖. Pinc. v. l. (exc. ex. Gallic.) 𝔄 = *turbant.* Erm. Pinc. cii. 𝔊 — 𝔐 = *trudant.* R ex. Gallic. P2. Col. 𝔔 — 𝔐a = *trahant.* P2. — *ut* ante *mirentur.*

ipsos amittere = BG ρρ (exc. λσ) P1. 2. 3. Col. 𝔄ℜ — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *se amittere.* R + *se ipsos aliquid amittere.* λσ + *aliquid se ipsos amittere.* P1. 3. 4. = *amissuros.* P1. 3. 4. — *cui* ante *dominus.*

quod perdendum est = aliquot ρρ ex. Fac. et Prim. 𝔐 — 𝔔4. B Sa P1. 3. 4. = *pereundum est* om. *quod.* GR rell. ρρ (exc. εχ) P2. Col. Sc 𝔄 𝔐u 𝔐a = *quod pereundum est.* probat Gron. εχ ℜ — 𝔊 𝔊rc — 𝔅1. 𝔖 = *quod perieturum est.*

11. B(p.m.) = *auxili.*

inuenimus = BGR Sac 𝔄ℜ — 𝔊 𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *inueniemus.* B (cr. ∞) = *Peringratis est.*

cum amisit = mss. (exc. R) Sac 𝔄𝔖. Rℜ — 𝔐a = *cum amiserit.* G (m∞) P1. 3. 4. = *pro accepto nihil habet.* ℜ — 𝔅 = *nobis eripuit.* BG (cr. ∞) = *usus fructumque.* Sac (?) 𝔖 = *reliquit.*

perdidimus = mss. etiam Gr. Ss. 𝔄ℜ — 𝔊𝔖. 𝔐 — 𝔐a = *perdimus.*

12. B = *Regulas.* BG = *Rursus ita.* BP4. = *quae vis speciosa.* P1. 3. = *rursus. Itaque vis speciosa et felicitas* (etiam G = *felicitas*) *tr. v.* R (lit.) maior pars ρρ = *trahunt vulgus.* R = *etiam suepe.*

13. 𝔄 = *Tiberius paupertatem.*

debere iis hominem = G. B = *debere is hominem.* R𝔄ℜ — 𝔖 = *debere his hominem.*

Honores repulit pater Sextius qui ita natus ut rempublicam deberet capessere latum clauum diuo Iulio dante non recepit: intellegebat enim quod dari posset et eripi posse. Nos quoque
14 aliquid et ipsi faciamus animose: simus inter exempla. Quare deficimus? quare desperamus? Quicquid fieri potuit potest. Nos modo purgemus animum sequamurque naturam a qua aberranti cupiendum timendumque est et fortuitis seruiendum. Licet reuerti in uiam, licet in integrum restitui. Restituamur, ut possimus dolores quocumque modo corpus inuaserint perferre et fortunae dicere: *Cum uiro tibi negotium est: quaere quem*
15 *uincas*. His sermonibus et his similibus lenitur illa uis ulceris quam opto mehercules mitigari et aut sanari aut stare et cum ipso senescere. Sed securus de illo sum: de nostro damno agitur quibus senex egregius eripitur. Nam ipse uitae plenus est cui adici nihil desiderat sua causa, sed eorum quibus
16 utilis est. Liberaliter facit, quod uiuit. Alius iam hos cruciatus finisset: hic tam turpe putat mortem fugere quam ad mortem confugere. Quid ergo? non, si suadebit res, exibit? Quidni exeat, si nemo iam uti eo poterit? si nihil aliud quam dolori

B = *reppulit pater Sextius*. Col. = *qui dari*. Quidam Pinc. = *quod dari potest*. G (m∞) = *et excipi posset*. P1. 2. = *eripi posset*. ℜ — ℭ2. — *posse*. B = *ex ipsi faciamus*. GP3. (cr. ∞) P1. 4. Col. = *ex ipsis fac*. ℜ — 𝔐 = *ex his faciamus*. 𝔏 — 𝔅1. 𝔖 — *et*. Quatuor recc. ρρ ℜ — 𝔊 = *animosi simus*. BGR Pinc. 𝔄 = *sumus inter exempla*.

14. 𝔄 — *Quare deficimus*. BG = *defecimus*. R = *sequamur naturam*. ℜ — 𝔅 = *a qua aberrat im*. 𝔑 = *Restituamus*. R recc. ρρ P3. (s.m.) P2. Col. + *Restituamur ergo*. P1. 3. = *ut possit*. R = *evaserint, ferre*.

15. Quoniam sequentia male cohaerent cum superioribus, quaedam hic intercidisse putant viri docti inde a Mureto: sive ad superiorem epistolam pertinuerint cum his, quae adhuc restant, sive fuerit initium novae epistolae, cuius proxima efficiant clausulam. At Sw. hac coniectura opus non esse censet. R P3. 4. Col. = *leviter illa vis*. P1. = *leniter illa vis*. ℜ — ℭ2. = *ista vis*. GP1. 3. 4. Col. = *quam optime mehercule* [G = *mehercules*] *potest mitigari*. 𝔄𝔑 — 𝔅 = *mehercule*.

securus de illo sum = mss. etiam Gr. 𝔄𝔖. ℜ — ℭ2. = *securus de isto sum*. Pinc. v. l. 𝔊 — 𝔐𝔞 = *de ipso sum*. P3. = *de vestro damno*. 𝔄 + *a quibus senex*. 𝔄 — *adici*. G (m∞) = *cui dicit nihil*. R (s∞) — *causa*.

16. BR ℜ — ℭ1. = *Alius iam his cruciatus finis est*. GP1. 3. Col. = *Alius iam cruciatus his* [*hiis*] *finis est*. P4. = *Alius iam cruciatibus his finis*. 𝔔 = *Aliis iam is cruciatus finis esset*. Rell. ρρ P2. = *Alius iam is cruciatus finis est*. Sanctol. ci. = *Alias*. ℜ — ℭ1. = *Quid ergo? nonne sua dedit et exibuit* (*exhibuit*). G = *et* [*srex*] *exibit*. P1. 3. 4. ℭ2. = *nonne suadebit et exibit*. P2. Col. + *nonne si suadebit* ∞. G + *si nemo iam ut te oportet*. mG = *reor poterit*. Col. = *iam niti eo po-*

operam dabit? Hoc est, mi Lucili, philosophiam in opere discere et ad uerum exerceri: uidere quid homo prudens animi habeat contra mortem, contra dolorem, cum illa accedat, hic premat. Quid faciendum sit a faciente discendum est. Ad- 17
huc argumentis actum est an posset aliquis dolori resistere, an mors magnos quoque animos admota submittere. Quid opus est uerbis? In rem praesentem eamus: nec mors illum contra dolorem facit fortiorem nec dolor contra mortem: contra utrumque sibi fidit nec spe mortis patienter dolet nec taedio doloris libenter moritur: hunc fert, illam exspectat. Uale.

EPISTULA IV. (99.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Epistulam quam scripsi Marullo, cum filium paruulum amisisset et diceretur molliter ferre, misi tibi. In qua non sum solitum morem secutus nec putaui leniter illum debere tractari, cum obiurgatione esset quam solatio dignior. Adflicto enim et magnum uolnus male ferenti paulisper cedendum est: exsatiet se aut certe primum inpetum effundat. Hi qui sibi lugere sumpserunt protinus castigentur et discant quasdam etiam lacrimarum ineptias esse. Solatia exspectas? conuicia accipe. Tam 2
molliter tu fers mortem filii? quid faceres, si amicum perdidisses? Decessit filius incertae spei, paruulus: pusillum tempo-

terit. P1. 3. = *uti te oportet.* P2. = *iam ut reor poterit.* Pinc. ex. scholast. = *philosophiam in opus ducere.* 𝔄 + *in opus ducere vel in opere discere.* P1. 3. = *adversum exerceri.* ℜ — 𝔖 = *exercere: videri.*

17. Sw. malebat *accedit* et *premit.*

an posset = mss. etiam P2. Col. Sa 𝔄𝔖. ℜ — 𝔐𝔞 = *an possit.* B = *aliqui* [una littera videtur erasa] *dolori.* G 𝔄ℜ — 𝔐 = *aliqui d dolori.* R = *magnum quoque animum.* P 2. — *magnos.* sG P2. Col. Sac 𝔄𝔖 = *submitteret.* B = *nec taedio doris.* In II huius epistolae extrema pars et XIII epistolae proximae sunt omissae.

Lib. XVI. Ep. 4. (99.)

Steph. (ad Dalech. Ep. 27.) suspicatur hanc epistolam ex duabus esse conflatam.

B = *quam scripsi Morullo.* R nonn. ρρ P3. (s.m.) = *Merillo.* Alii ρρ P2. Col. 𝔄 = *Marillo.* ζφ = *Manilio.* G (s∞) P1. 3. = *Merullo.* R maior pars ρρ 𝔄ℜ — 𝔊 = *leviter illum.*

solatio dignior = BG βελυ Sac 𝔄𝔖 (B = *solacio*). Rℜ — 𝔐𝔞 = *consolatione dignior.* B = *Hii qui sibi.*

2. B — *Tam* ante *molliter.* R P2. P3. (s.m.) = *incerta spe.* G = *pusillum temporis parere.* R = *pusillum temporis parit causas doloris. Querimur et de fortuna.* βλοστ P2. P3. (s.m.) 𝔄 = *pusillum temporis parit causas doloris. Conquerimur et de fort.*

ris periit. Causas doloris conquirimus et de fortuna etiam inique queri uolumus, quasi non sit iustas querendi causas praebitura. 3 At mehercules satis mihi iam uidebaris animi habere etiam aduersus solida mala, nedum ad istas umbras malorum quibus ingemiscunt homines moris causa. Quod damnorum omnium maximum est, si amicum perdidisses, danda opera erat ut magis gauderes quod habueras, quam moereres quod amiseras. Sed plerique non computant quanta perceperint, quantum 4 gauisi sint. Hoc habet inter reliqua mali dolor iste: non superuacuus tantum, sed ingratus est. Ergo quod habuisti talem amicum, perit opera? tot annis, tanta coniunctione uitae, tam familiari studiorum societate nihil actum est? Cum amico effers amicitiam? et quid doles amisisse, si habuisse non prodest? Mihi crede, magna pars ex iis quos amauimus, licet 5 ipsos casus abstulerit, apud nos manet. Nostrum est quod praeteriit tempus nec quicquam est loco tutiore quam quod fuit. Ingrati aduersus percepta spe futuri sumus, quasi non quod futurum est, si modo successerit nobis, cito in praeterita transiturum sit. Anguste fructus rerum determinat qui tantum praesentibus laetus est: et futura et praeterita delectant, haec exspectatione, illa memoria: sed alterum pendet et non fieri 6 potest. alterum non potest non fuisse. Quis ergo furor est certissimo excidere? Adquiescamus iis quae iam hausimus, si

BsG = *perit*. Nonn. ρρ = *Causas doloris inquirimus*. Sa ℭ = *iniquo*. 𝔅1. — 𝔐a = *iniqui*. Rell. ∞.

3. 𝔄𝔑 — 𝔐a = *mehercule*. B = *ingemescunt*.

moris causa = B ex. Francisc. 𝔑 — ℭ. Rell. mss. etiam Gr. 𝔄𝔑 — 𝔊 = *amoris causa*. ℭ = *quanta praeceperint* ex ci. quod infra (§. 5.) Sac 𝔄 dederunt *adversus praecepta*.

quantum gavisi sint = BR P2. Pinc. v. l. Sac 𝔄ℭ. (𝔄 = *gavisi fuerant*.) G P1. 3. 4. Col. 𝔑 — 𝔐a + *quantum ve gavisi sint*.

4. *mali dolor iste: non supervac.* = aliquot ρρ ℭ ex ci. Alii ρρ = ∞ *dolor ipse* ∞. BSa = ∞ *doloris se non superv.* R quidam ρρ P2. Col. = *mala* [Col. = *mali*] *dolor in se quod non* [hoc in R supra lineam legitur] *superv.* G = ∞ *doloris sed non superv.* P1. = ∞ *dolor is scilicet non superv.* P3. 4. = *mali dolor quod non superv.* Pinc. v. l. — *iste*. probat Grut. 𝔄𝔑 — 𝔐a = *mala dolor, quod non superv.*

perit opera = BGR 𝔄𝔑 — 𝔊. 𝔑 — ℭ = *periit opera*.

ex iis quos = B ρρ. GR 𝔄 = *ex his quos*. ℭ = *ex his quos*. 𝔑 — 𝔐a = *ex illis quos*. R = *casus extulerit*.

5. Sac 𝔄𝔑 — 𝔅ℭ = *adversus praecepta*. 𝔄 = *quasi quod futurum est, si non successerit*. 𝔄 = *Angusto fructus*. 𝔄 + *eam et praeterita et futura*. BG = *alterum non potest fuisse* om. *non*.

6. *iis quae iam* = B. GR 𝔄𝔑 — ℭ = *his* [*hiis*] *quae iam*.

modo non perforato animo hauriebamus et transmittente quicquid acceperat. Innumerabilia sunt exempla eorum qui liberos iuuenes sine lacrimis extulerint, qui in senatum aut in aliquod publicum officium a rogo redierint et statim aliud egerint. Nec inmerito: nam primum superuacuum est dolere, si nihil dolendo proficias. deinde iniquum est queri de eo quod uni accidit, 7
omnibus restat. Deinde desiderii stulta conquestio est, ubi minimum interest inter amissum et desiderantem: eo itaque aequiore animo esse debemus, quod quos amisimus sequimur. Respice celeritatem rapidissimi temporis. cogita breuitatem huius spatii per quod citatissimi currimus. obserua hunc comitatum generis humani eodem tendentis minimis interuallis distinctum, etiam ubi maxima uidentur: quem putas perisse praemissus est. Quid autem dementius quam, cum idem tibi iter 8
emetiendum sit, flere eum qui antecessit? Flet aliquis factum quod non ignorauit futurum? aut si mortem in homine non cogitauit, sibi inposuit. Flet aliquis factum quod aiebat non posse non fieri? Quisquis aliquem queritur mortuum esse queritur hominem fuisse. Omnis eadem condicio deuinxit: cui nasci contigit mori restat. Interuallis distinguimur, exitu aequamur. 9
Hoc quod inter primum diem et ultimum iacet uarium incertumque est: si molestias aestimes, etiam puero longum, si uelocitatem, etiam seni angustum. Nil non lubricum et fallax et omni tempestate mobilius. Iactantur cuncta et in contrarium transeunt iubente fortuna: et in tanta uolutatione rerum huma-

B = *non perfurato animo.* Nonn. ρρ = *exturlerunt.* ℜ — 𝔅 = *redierunt* ∞ *egerunt.* B (cr. ∞) = *supervacuum est dolore.*

7. G ℜ — 𝔐a + *et omnibus restat.* Rell. ∞. Nonn. ρρ = *Demum desiderii.* τ = *Eo, inquam, aequiore animo.* R maior pars ρρ 𝔄 = *citatissime.* R nonn. ρρ = *eodem tendentem.* 𝔄 = *quem putas preisse.*

8. 𝔄 = *tibi tunc emetiendum.* ερ — *non* ante *ignoravit.* οσ ℜ = *Flet aliquis fatum.* Pinc. Matth. cii. 𝔊𝔊 = *at si mortem in homine.* G (cr. ∞) = *aut si mortem etiam homine.* B = *quod agebat.* P2. = *quod non aiebat non posse fieri.* 𝔊2. — *non* ante *fieri.* B — *queritur mortuum esse.*

Omnis eadem condicio = BG 𝔄ℜ — 𝔅. R 𝔊1. — 𝔖 = *Omnes eadem cond.*

contigit = BG (s.m.) R maior pars ρρ 𝔖. G (p.m.) 𝔄ℜ — 𝔐a = *contingit.*

9. R = *inter primum et ultimum diem.*

varium incertumque = BGR fere omnes ρρ 𝔄𝔖. ℜ — 𝔐a = *varium et incertum.*

si molestias aestimes = BRG (s.m.) ρρ Gr. 𝔄24. G (p.m.) = *si molestias existimas.* ℜ — 𝔖 = *si mol. aestimas.* R𝔖 = *Nihil non lubricum.* P1. 3. = *et omni tempestate mobile.*

narum nihil cuiquam nisi mors certum est. Tamen de eo queruntur omnes in quo uno nemo decipitur. Sed puer decessit. Nondum dico melius agi cum eo qui uita defungitur: ad eum trauseamus qui consenuit. quantulo uincit infantem? Propone temporis profundi uastitatem et uniuersum conplectere. deinde hoc quod aetatem uocamus humanam conpara inmenso: uidebis quam exiguum sit quod optamus, quod extendimus. Ex hoc quantum lacrimae, quantum sollicitudines occupant? quantum mors antequam ueniat optata? quantum ualitudo, quantum timor, quantum tenent aut rudes aut inutiles anni? dimidium ex hoc edormitur. Adice labores, luctus, pericula: et intelleges etiam in longissima uita minimum esse quod uiuitur. Sed quis tibi concedit non melius se habere eum cui cito reuerti licet, cui ante lassitudinem peractum est iter? Uita nec bonum nec malum est, boni ac mali locus est. Ita nihil ille perdidit nisi aleam in damnum certiorem. Potuit euadere modestus et prudens. potuit sub cura tua in meliora formari: sed (quod iustius timetur) potuit fieri pluribus similis. Adspice illos iuuenes quos ex nobilissimis domibus in arenam luxuria proiecit. adspice illos qui suam alienamque libidinem exercent mutuo inpudici, quorum nullus sine ebrietate, nullus sine aliquo insigni flagitio dies exit: plus timeri quam sperari potuisse manifestum

nihil cuiquam = BGR ϰ𝔖. 𝔑 — 𝔐a = *nil cuiquam*. G(s∞) Rζσ 𝔑 — 𝔐a — *est* post *certum*.

10. Gγδεζηϑκστφ P1. 3. 4. = *Tamen de eo queruntur homines*. P3. = *melius agi qui vita defungitur*. P4. — *vita* ante *defungitur*. probat Grut. G (m∞) P1. 3. — *temporis* ante *profundi*. Steph. (ad Dalech. Ep. 31.) ci. + *Propone tibi*. P4. ϰ mℭ2. = *compara universo*. ϰ = *videbimus*. GP1. 3. = *quod optamus, quod ostendimus*.

11. *quantum tenent* = BG ρρ (exc. ιο) P1. 3. 4. Col. ϰ𝔑 — ℭ1. 2 4. R = *quantum tenentur aut rudes aut inutiles animi* (s *anni*). ιοP2. ℭ2. — 𝔖 (exc. 2 4.) = *quantum teneri*. ϰ𝔑 — 𝔅 = *ex hoc dormitur*. P1. 3. = *in novissima vita*. ϰ = *minimum esse quod videtur*.

sed quis tibi concedit = mss. etiam Gr. ϰ𝔑 (= *si quis*) — ℭ2. Pinc. v. l. (?) ℭ — 𝔐a = *concedat*. 𝔖 = *concedet*. ϰ — *se* ante *habere*. RP3. (s.m.) + *quam cui non ante lassit*. P3. (p.m.) = *cuius ante lassit*. R 𝔑 — 𝔅 = *paratum iter est*.

12. G(n.) + *Vita enim nec bonum*. B = *alaeam*. ϰ = *nisi ut aliena in damnum certius potuit evadere*. οπσ P1. 4. P3. (p.m.) Col. 𝔑 — ℭ1. = *nisi aliena in damnum*. βλοπσχ P2. P3. (s.m.) 𝔑 — ℭ2. = *in damnum certius potuit evadere*.

et prudens = BGR ϰ𝔖. 𝔑 — 𝔐a = *ac prudens*. G(m∞) — *potuit fieri*. G (m∞) — *Adspice illos iuvenes — proiecit*. R — *nullus* ante *sine aliquo insigni*. R(s∞) — *potuisse*.

erit. Non debes itaque causas doloris accersere nec leuia in- 13
commoda indignando cumulare. Non hortor ut nitaris et surgas: non tam male de te iudico, ut tibi aduersus hoc totam putem uirtutem aduocandam. Non est dolor iste, sed morsus: tu illum dolorem facis. Sine dubio multum philosophia profecit, si puerum nutrici adhuc quam patri notiorem animo forti desideras. Quid? nunc ego duritiam suadeo et in fuuere ipso rigere 14
uoltum uolo et animum ne contrahi quidem patior? Minime. Inhumanitas est ista, non uirtus funera suorum isdem oculis quibus ipsos uidere nec commoueri ad primam familiarium diuulsionem. Puta autem me uetare: quaedam sunt sui iuris. excidunt etiam retinentibus lacrimae et animum profusae leuant. Quid ergo est? Permittamus illis cadere, non imperemus: fluat quantum adfectus eiecerit, non quantum poscet imitatio. Nihil 15
uero moerori adiciamus nec illum ad alienum augeamus exemplum. Plus ostentatio doloris exigit quam dolor: quotusquisque sibi tristis est? Clarius, cum audiuntur, gemunt et taciti quietique dum secretum est, cum aliquos uidere, in fletus nouos excitantur. Tunc capiti suo manus ingerunt quod potuerant facere nullo prohibente liberius. tunc mortem conprecantur sibi. tunc lectulo deuoluuntur. Sine spectatore cessat do- 16

13. ℜ — 𝔅 = *causas doloris accrescere.*

et surgas = BR ρρ P2. 4. Col. Sac 𝔄𝔖. GP1. = *et urgas.* P3. ℜ — 𝔐a = *et urgeas.* G = *non tamen male.*

aduersus hoc = BG plerique ρρ Gr. 𝔄ℜ — 𝔅𝔖. R 𝔊1. — 𝔐a = *adv. haec.* 𝔄 = *virtutem aduocandum.* 𝔄 = *multum prophecia proficit.* Etiam P2. mCol. ℜ — 𝔊 = *proficit.* Col. = *facit.*

14. 𝔅1. — 𝔖 = *Quid? nunc ergo* contra mstos. 𝔄 = *duritiam suam deo.*

rigere voltum = βδιπτυχψ 𝔄 𝔖. BGR ℜ — 𝔐a = *erigere vultum.* 𝔄 = *nolo animum.* R𝔄 = *nec contrahi quidem.* B = *ne contrahii quidem.*

isdem oculis = BG. 𝔄ℜ — 𝔊 = *hisdem oculis.* 𝔐 — 𝔖 = *iisdem oculis.* 𝔄 = *familiarum div.*

diuulsionem = BGR maior et melior pars ρρ Pall. Ss. 𝔄ℜ — 𝔊1.𝔔4. 𝔖. Col. mP1. 𝔊2. — 𝔐a (exc. 𝔔4.) = *divisionem.* R = *Putas autem me vetare.* P1. Col. = *Puta un me.* G(n.) R P1. 2. 3. 4. ℜ — 𝔊2. + *quaedam quae non sunt.* Col. + *quaedam et quae non sunt.* 𝔔 — 𝔐a + *quaedam non sunt.* Etiam Pinc. Ss. ∞. π Grut. ci. = *Excidunt etiam renitentibus lacrimae.*

fluat quantum = BeSac ci. Matth. 𝔄𝔖. GRℜ — 𝔐a = *fluant quantum.* R = *possit imitatio.* ℜ = *posset imitatio.* 𝔄 = *poscit im.*

15. G(s∞) = *Nihil ergo moerori.* ℜ — 𝔅 = *quotiens quisque sibi.*

cum aliquos videre = BG P1. 3. 4. Sa 𝔖. R𝔄𝔊1. — 𝔐a = *cum aliquos viderint.* ℜ — 𝔅 = *cum aliquos viderunt.*

Tunc capiti suo = mss. ℜ — 𝔄 𝔖. 𝔄 = *Cum capiti suo.* 𝔅 — 𝔐a = *Tum capiti suo.*

lor. Sequitur nos ut in aliis rebus ita in hac quoque hoc uitium ad plurium exempla conponi nec quid oporteat, sed quid soleat adspicere. A natura discedimus: populo nos damus nullius rei bono auctori et in hac re sicut in omnibus inconstantissimo. Uidet aliquem fortem in luctu suo: inpium uocat et efferatum. uidet aliquem conlabentem et corpori adfusum: effeminatum ait
17 et eneruem. Omnia itaque ad rationem reuocanda sunt. Stultius uero nihil est quam famam captare tristitiae et lacrimas adprobare quas iudico sapienti uiro alias permissas cadere, alias ui sua latas. Dicam quid intersit. Cum primus nos nuntius acerbi funeris perculit, cum tenemus corpus e conplexu nostro in ignem transiturum: lacrimas naturalis necessitas exprimit et spiritus ictu doloris inpulsus quemadmodum totum corpus quatit, ita oculos quibus adiacentem humorem perpremit et expel-
18 lit. Hae lacrimae per elisionem cadunt nolentibus nobis. Aliae sunt quibus exitum damus, cum memoria eorum quos amisimus retractatur et inest quiddam dulce tristitiae, cum occurrunt sermones eorum iucundi, conuersatio hilaris, officiosa pietas: tunc oculi uelut in gaudio relaxantur. His indulgemus, illis uincimur. Non est itaque quod lacrimas propter circumstantem adsidentemque aut contineas aut exprimas: nec cessant nec fluunt
19 umquam tam turpiter quam finguntur. Eant sua sponte: ire autem possunt placidis atque conpositis. Saepe salua sapientis

16. G ΥΡu = *ad plurimum exempla.* Recc. ρρ P2. = *nullius rei bonae auctori.* BG + *sicut in his omnibus.* P1. 3. 4. Col. + *in his omnibus.*

conlabentem = BGR Sac ΥΡ — Ε 4. Nonn. ρρ = *conlabantem.* Gro — Ma = *collabantem.* Υ = *corpora adfusum.*

17. Υ = *evocanda sunt.* R(p.m.) P1. 3. (p.m.) Ρ — Ε1. = *alias visu allatas.* R (s.m.) P3. (s.m.) = *vi sua allatas.* P2. = *alias in sua latas.* P4. = *alias visum laturus.* mE1. = *alias usu allatas.* Recc. ρρ (exc. βδισχυ ω) = *alias iussu, visu, usu latas, allatas.*

primus nos = BG (s.m.) R Sac ΥΘ. G(p.m.) Ρ — Ma = *primum nos.* B = *acervi.* G(mω) — *acerbi.* G = *pertulit.* R = *perculit otenemus.* Υ = *cum tempus corpus.* B = *corpus se conplexu.* G — *e.* B = *adiacentem umorem.* Pinc. v. l. E — M = *premit et expellit.* Ρ — Β = *perprimit et expellit.*

18. RΥ = *per elisionem cadent.* G = *volentibus.* E2. — M = *quos amisimus tractatur.* Nonn. ρρ = *retructamus.*

propter circumstantem adsidentemque = BGR Sac Υ Ju S. Nonn. ρρ Ρ — Ma (exc. Ju) = *propter circumstantes assidentesque.* P2. Col. = *nec fluunt inquam.* G(cr.ω) = *numquam.* Pinc. ci. + *quam cum finguntur.*

19. G(sω) = *placidis atque consitis.*

22 animi est. Sic aues, sic ferae suos diligunt quarum concitatus est amor et paene rabidus, sed cum amissis totus exstinguitur. Hoc prudentem uirum non decet: meminisse perseueret, lugere desinat. Illud nullo modo probo quod ait Metrodorus *esse aliquam cognatam tristitiae uoluptatem: hanc esse captandam in eiusmodi tempore.* Ipsa Metrodori uerba subscripsi. *Μητροδώρου Ἐπιστολῶν ά πρὸς τὴν ἀδελφήν. Ἔστιν γάρ τις [λύπῃ συγγενὴς] ἡδονή, ἣν κυνηγετεῖν κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν.* De quibus non dubito quid sis sensurus.

22. *sic ferae suos diligunt* = mss. etiam Gr. ΑΜ — Ꮾ. Pinc. v. l. Ꮾ + *suos diligunt fetus.* 𝔐 — 𝔐a + *foetus suos diligunt.* 𝔄 = *quorum concitatus.* B + *quarum contria concitatus actus est amor.* GP1. + *quarum contraria ac concitatus est amor.* P3. + *quarum contrarius ac concitatus est amor.* P4. + *quarum contrarie concitatus actus est amor.* G = *illud ullo modo.* P3. = *nullo modo approbo.* B = *quid ait Metrod.*

hanc esse captandam = R P1. 3. 4. ci. Pinc. Ꮾ. BG Sac ΑΜ — Ꮾ1. = *hanc ipse captandam.* Ꮾ2. — 𝔐a = *hanc ipsam captandam.* Pervetus ex. Pinc. P2. = *hanc captandam* om. *esse.* 𝔄 — 𝔅𝔐 = *verba scripsi.*

Verborum Graecorum nullae sunt reliquiae in R (in cuius margine legitur *desunt verba Metrodori*) codd. Pariss. 6385. 6395. 8550. 8551. (P2. 3.) ΑΜ (haec habet spatium vacuum) — Ꮾ4. mꮾ1. = „Loco hoc desunt aliquot graeca verba, pro quibus notas aliquot invenimus, sed ex quibus nihil licebat coniicere.“ Grut. in P1. 4. Col. voces Graecas duodecim fere invenit, sed quamvis Sylburgio et Commelino advocatis agnovit tantum ab initio μητροδώρου nomen et in fine haec fere καρπον ηδονη ζητειν τουτον κατα τουτον καιρον. Eundem Gruterum Lectius monuit Ios. Scaligerum ex antiquae scripturae vestigiis verba Graeca restituisse Μητρόδωρος ἡ στοὰ *** *** πρὸς τὴν ἀΐδειαν. ἔστιν τ' αἴτιος ἡδονὴ καὶ αὕτη κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν: lacunam vero sic esse supplendam ἡ στοὰ δογματίζει τινὸς ἡδονῆς εἶναι συγγένειαν πρὸς. Dalechampius ex cod. Scalig. (est noster G) haec concinnasse sibi visus est: Μητροδώρου μιχθεῖσα εὐφροσύνη (ἡδονὴ) ἀηδείᾳ τίς γὰρ ἐστι, σοὶ μὲν ζητητέη κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον. Hinc Ꮾto — 𝔐a = Μιχθεῖσα ἡδονὴ ἀηδείᾳ τίς γὰρ ἐστι, σοὶ μὲν ζητητέη κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον. Lipsius narrat in suo cod. et in aliis exstare verba quaedam Graeca, sed sic depravata, ut nihil potuerit erui. Sanctol. „Heic, inquit, fere omnes (ρρ) Metrodori verba exhibent; sed characteribus adeo corruptis invicemque discrepantibus, ut quid sibi velint impossibile sit divinare.“ B Arg.a = ΜΗΤΡΟΔΟΡΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΩΝ ΤΡΟΣ ΤΗ ΝΑΔΕΛΦΗΝ. ΕΣΤΙΝ ΓΑΡΤΙΟΣ ΗΔΟΝΗΑΙΚ ΥΤΤΗΣΟ ΥΤΤΕΙΝ ΚΑΤΑ ΤΟΥΤΟΝ ΤΟΝ ΚΑΤΡΟΝ. G = ΗΗΤΡΟΔΟΡΟΥ. ΕΠΙΣΤΟΔΑ. ΩΗΤΡΟΣΤΗΗ. ΑΑΔΕΗΗ ΕΣΤΙΗ ΓΑΡΤΙΟΣ ΗΔΟΗΗ ΡΥΤΤΗ ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΤΟΗ ΑΣΡΟΗ. e = *Λ. a. ht. po. ao. po. re. tut. to a a Antpoct n.n. a. dea n. n. Ectu n fapcio chaon hacrt thoort c ce irrata cortonton katpon.* Erlang. (videtur idem esse ac noster e) = *Ectun faptio chaonhakrt thoortxteirrata cortonton katpon.* In codd. Pariss. 6380. 6394. 8544. 8717 conspiciuntur quidem notae aliquot, sed admodum obscurae et quarum ad hunc locum emendandum nullus sit usus. Ianus ex B et Erlang. verba Metrodori sic restituenda esse putat: Ἔστι γάρ τις καὶ πρὸς λύπην ἄρτιος ἡδονή. τηλικαύτη σοι πρέπει κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν. At constat Metrodorum usum fuisse verbo, quod

Quid enim est turpius quam captare in ipso luctu uoluptatem, 23
immo per luctum, et inter lacrimas quoque quod iuuet quaerere? Hi sunt qui nobis obiciunt nimium rigorem et infamant praecepta nostra duritia, quod dicamus dolorem aut admittendum in animum non esse aut cito expellendum. Utrum tandem est aut incredibilius aut inhumanius non sentire amisso amico dolorem an uoluptatem in ipso dolore aucupari? Nos quod praeci- 24
pimus honestum est: cum aliquid lacrimarum adfectus effuderit et, ut ita dicam, despumauerit, non esse tradendum animum dolori. Quid tu dicis? miscendam ipsi dolori uoluptatem. Sic consolamur crustulo pueros, sic infantium fletum infuso lacte conpescimus. Ne illo quidem tempore quo filius ardet aut amicus exspirat cessare pateris uoluptatem, sed ipsum uis titillare moerorem. Utrum honestius dolor ab animo submouetur an uo- 25
luptas ad dolorem quoque admittitur? *admittitur* dico? *captatur* et quidem ex ipso. *Est aliqua*, inquit, *uoluptas cognata tristitiae.* Istuc nobis licet dicere, uobis quidem non licet. Unum bonum nostis uoluptatem, unum malum dolorem. Quae potest inter bonum et malum esse cognatio? Sed puta esse: nunc potissimum eruitur? et ipsum dolorem scrutamur an aliquid habeat iucundum circa se et uoluptarium? Quaedam reme- 26

Seneca per *captare, aucupari, quaerere* reddere potuerit: et parum illa congruunt cum codicum scripturis. (cf. Diar. Litt. Hal. a. 1840. N. 160. p. 59 sq.) Maur. Aug. Dietterich v. cl. litteris ad me datis hanc scripturam proposuit: Ἔστι γάρ τις ἡδονῆς καὶ λύπης συγγένεια: inter haec et κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν media quaedam esse omissa, cum Seneca non integrum. Metrodori locum subscripsisset, sed prima tantum verba et extrema. Ipse olim putabam scribendum esse: Μητροδώρου ἐπιστολ. ά τῶν πρὸς τὴν ἀδελφήν. Ἔστι γὰρ ἄρτιος ἡδονὴ καὶ λύπης et ex ΟΥΤΤΕΙΝ aliquid esse eliciendum quod responderet Latinis *hanc esse captandam*, tanquam ἣν χρὴ ζητεῖν. Iam vero satius duco repetere Swi scripturam, dum meliora inveniantur: solum pro Ἐπιστολῶν πρὸς τὴν ἀδελφήν ά ex ipsius Swi sententia scripsi Ἐπιστολῶν ά etc.

23. *Quid enim est turpius* = B RΥ. G𝔑 — 𝔖 — *est.* B = *Hii sunt qui.* P3. 𝔑 — 𝔊2. — *in animum.* B = *Virum tandem est.* G(m∞) 𝔑 — 𝔅 = *Vitium tandem est.* R + *amico suo.*

24. 𝔛𝔑 — 𝔅 = *dispumaverit.* 𝔊1. = *disputaverit.* B = *Sic consulamur.* G = *Sic consulamus.* 𝔛 = *Sic consolamur cum osculo pueros.* R = *crustula.* R = *sic infantum luctum.* 𝔛 = *titillare moerore.*

25. B = *Virum honestius.* R𝔑 — *ab* ante *animo submovetur.* G (m∞) P1. 3. 𝔑 — 𝔅 — *admittitur* post *quoque.* Vetus cod. Pinc. = *admittitur, immo captatur.*

Istuc nobis = B. GR ρρ 𝔛 = *Istud.* 𝔑 — 𝔖 = *Illud.* 𝔐a = *Illud vobis licet dicere; nobis quidem non licet.* 𝔛 = *scrutemur.* B — *an* ante *aliquid.* G (cr.∞) = *et voluptatum.*

dia aliis partibus corporis salutaria uelut foeda et indecora adhiberi aliis nequeunt: et quod aliubi prodesset sine damno uerecundiae id fit inhonestum loco uolneris. Non te pudet luctum uoluptate sanare? Seuerius ista plaga curanda est. Illud potius admone nullum mali sensum ad eum qui perit peruenire: nam si peruenit, non perit. Nulla, inquam, res eum
27 laedit qui nullus est: uiuit, si laeditur. Utrum putas illi male esse, quod nullus est? an quod est adhuc aliquis? Atqui nec ex eo potest ei tormentum esse quod non est: quis enim nullius sensus est? nec ex eo quod est: effugit enim maximum mortis incommodum non esse. Illud quoque dicamus ei qui
28 deflet ac desiderat in aetate prima raptum: Omnes, quantum ad breuitatem aeui, si uniuerso conpares, et iuuenes et senes in aequo sumus. Minus enim ad nos ex aetate omni uenit quam quod minimum esse quis dixerit, quoniam quidem minimum aliqua pars est: hoc quod uiuimus proximum nihilo est: et ta-
29 men (o dementiam nostram!) late disponitur. Haec tibi scripsi, non tamquam exspectaturus esses remedium a me tam serum: liquet enim mihi te locutum tecum quicquid lecturus es: sed ut castigarem illam exiguam moram qua a te recessisti et in reliquum adhortarer, contra fortunam tolleres animos et omnia eius tela, non tamquam possent uenire, sed tamquam utique essent uentura, prospiceres. Uale.

EPISTULA V. (100.)

Seneca Lucilio suo salutem.

Fabiani Papirii libros qui inscribuntur *Ciuilium* legisse te

26. B = *salutari.* ϒ = *adhiberi aliis requirunt.* *quod aliubi prodesset* = B𝔖. Nonn. ρρ = *alicubi.* GR ϒ𝔑 — 𝔐a = *alibi.* B = *Non de pudet.* P 4. 𝔑 — 𝔐 = *plaga sunanda est.* 𝔖 = *qui periit* contra mstos. G(mω) = *qui percipit.* 𝔊1. — 𝔖 = *non periit* contra mstos. 𝔅 — *nam si pervenit, non perit.*

27. *illi male esse* = BGR Sa 𝔑 — 𝔗 𝔊2. — 𝔔4. 𝔖. Plerique recc. ρρ Sc ϒ𝔅 𝔊1. = *malum esse.* Gro — 𝔐a = *mala esse.*

28. R(sω) — *universo.* ϒ = *ex aetate omnium.* B = *aliquis dixeris.* ϒ = *quando quidem minimum.* B = *proximum nihil est.* 𝔑 — 𝔔4. = *et tamen ob dementiam.* ϒ = *et tamen per dementiam.*

29. R = *quam a te recessisti.* 𝔊1. — 𝔐a = *exhortarer.* Nonn. recc. ρρ + *ut adhortarer.* ϒ = *extolleres animum.* 𝔑 = *evenire.*

Lib. XVI. Ep. 5. (100.)

BG ϒ = *Papiri.* R mG αβδζηιπσ τφ P2. 3. Col. quidam Pinc. ϒ + *artium civilium.* Alii Pinc. = *artium et Iulium* (non *vilium*, ut tradit Lips.), alii = *artium Iu-*

cupidissime scribis, et non respondisse exspectationi tuae: deinde oblitus de philosopho agi conpositionem eius accusas. Puta esse quod dicis et effundi uerba, non figi: primum habet ista res suam gratiam et est decor proprius orationis leniter lapsae. Multum enim interesse existimo utrum exciderit an fluxerit. Nunc in hoc quoque quod dicturus sum ingens differentia est. Fabianus mihi non effundere uidetur orationem, sed fundere: 2
adeo larga est et sine perturbatione, non sine cursu tamen ueniens. Illud plane fatetur et praefert non esse tractatam nec diu tortam. Sed ita ut nis esse credamus: mores ille, non uerba conposuit et animis scripsit ista, non auribus. Praeterea ipso dicente non uacasset tibi partes intueri, adeo te summa rapuisset: et fere quae inpetu placent minus praestant ad manum relata. Sed illud quoque multum est primo adspectu ocu- 3
los occupasse, etiam si contemplatio diligens inuentura est quod arguat. Si me interrogas, maior ille est qui iudicium abstulit quam qui meruit: et scio hunc tutiorem esse, scio audacius sibi de futuro promittere. Oratio sollicita philosophum non decet. Ubi tandem erit fortis et constans, ubi periculum sui faciet qui timet uerbis? Fabianus non erat neglegens in oratione, sed securus. Itaque nihil inuenies sordidum: electa uerba 4
sunt, non captata nec huius seculi more contra naturam suam posita et inuersa, splendida tamen, quamuis sumantur e medio:

lium, alii = *Archinilium*. unde Lips. ci. = αἰτιῶν φυσικῶν.

et non respondisse = BGR maior pars ρρ Gr. Pinc. 𝔄𝔑 — 𝔊. Pinc. ci. 𝔐 — 𝔖 = *sed non respondisse*. R + *respondisse eos*. 𝔄 = *compositionem eius causas puta*. GP4. 𝔑 — 𝔊2. = *Puto esse*. P1. = *et effudi verba*.

non figi = BG maior pars ρρ P1. 2. 4. Col. Pinc. Sa. probat Sw. R P3. Sc 𝔄𝔑 — 𝔖 = *non fingi*. Maior pars ρρ 𝔄𝔑 — 𝔅 = *leviter lapsae*. BG 𝔄𝔑 — 𝔊1. + *Nunc quod in hoc quoque*. BG = *indigens differentia*.

2. Ex. Facundi et Primit. = *non effundere videtur* ∞ *sed effundere*. Pinc. ci. = *non fundere videtur* ∞ *sed effundere*. 𝔐 — 𝔑a + *non esse se tractatam* contra matos.

ut vis, esse credamus = BG plerique ρρ P1. 4. Col. ℨ — 𝔖 (P4. = *edamus*). γδεη 𝔑 — 𝔊1. = *ut vix esse credamus*. χ mπ 𝔄𝔊2. — 𝔐 = *ut eius esse credamus*. βιοσ P2. — *vis*. G(cr∞) 𝔑 — 𝔅 = *rapuissent*. 𝔄 = *et ferre quae impetu*. Plerique ρρ 𝔄 = *ad manus relata*.

3. G(cr.∞) = *primus aspectu oculorum*. P1. 𝔑 — 𝔅 = *primo aspectu oculorum*. 𝔊1. 2. = *primo aspectum oculorum*. B = *Et scio hunc totiorem esse*. P2. = *Ubi tantum erit fortis*. P3. = *Ubi tamen*. Col. = *Nisi tandem*. P4. = *Ubi tandem eras*.

timet verbis = mss. 𝔑 — 𝔗𝔖. sR 𝔄 = *tumet verbis*. 𝔅 — 𝔐a = *timet verba*.

4. G(s∞) = *sumantur a medio*.

sensus honestos et magnificos habes, non coactos in sententiam, sed latius dictos. Videbimus quid parum recisum sit, quid parum structum, quid non huius recentis politurae: cum circumspexeris omnia, nullas uidebis angustias inauis. Desit sane uarietas marmorum et concisura aquarum cubiculis interfluentium et pauperis cella et quicquid aliud luxuria non contenta decore simplici miscet: quod dici solet, domus *recta* est. Adice nunc quod de compositione non constat. Quidam illam uolunt esse ex horrido comptam. quidam usque eo aspera gaudent, ut etiam quae mollius casus explicuit ex industria dissipent et clausulas abrumpant, ne ad exspectatum respondeant. Lege Ciceronem: compositio eius una est. pedem curuat lenta et sine infamia mollis. At contra Pollionis Asinii salebrosa et exsiliens et ubi minime exspectes relictura. Denique omnia apud Ciceronem desinunt, apud Pollionem cadunt exceptis paucissimis quae ad certum modum et ad unum exemplar adstricta sunt. 7 Humilia praeterea tibi uideri dicis omnia et parum erecta: quo uitio carere eum iudico. Non sunt enim humilia illa, sed placida et ad animi tenorem quietum compositumque formata nec de-

BG(cr.∞) = *sensus honestus.* *habes* = BR Sac ΧS. G ℜ — E1. = *habet.* E2. — Ma = *habent.* (Sw. pro vulgata scriptura laudat *habeas*, quod nusquam reperio.)

sed latius dictos = B mG ρρ (exc. ϑx) P3. Col. Sac Χ. P2. = *latius ductos.* GϑxP1. 4. cod. Lips. = *tutius dictos.* RR — E1. = *altius dictos.* E2. — Ma = *altius ductos.* E1. 2. S. = *Videbimus quod parum* ∞ *quod* ∞ *quod.* G(s∞)P2. ci. Pinc. ℜ — B = *parum strictum.* BG (m∞) — *non* ante *huius recentis politurae.*

angustias inanis = mss. ΧℜR — E1. E2. — G = *inanes.* M — S = *inanes.*

5. Lips. (Elect. II, 16.) ci. = *concisura layuearium cubiculis.* R quidam ρρ P3. = *cuniculis interfl.* γδ = *a cuniculis in cubiculum interfl.* τ = *a cuniculis cubiculum interfl.* mG quidam ρρ B — G = *a cuniculis interfl.* P2. = *a vinculis interfl.* Col. = *anniculis interfl.* Χ + *a cubiculis interfl.* ε = *e pauperis cella.* η = *nunc pauperum cellas.* probat Sanctol. G (cr.∞) P1. = *et pauperis cellam.* Vox *pauperis* Ermo suspecta fuit. βι = *domus remota est.* G (m∞) = *ex horrido compertam.* Χ — *comptam.* G = *gaudent ut ita mollius.* G (s∞) R Gr. ΧR — B = *ne ad spectatum.*

6. *pedem curvat lenta* = BG ρρ P1. 4. Sa S. R P2. 3. Col. Sc ΧℜR — E1. + *servat pedem, curvat lenta.* E2. — Ma = *pedem servat, curata, lenta* ex ci. Ermi. G (s∞) = *ad unum exemplar districta sunt.*

7. BG (m∞) — *Non sunt enim humilia illa, sed placida.* E2. — Ma — *enim* post *Non sunt.*

et ad animi tenorem quietum compositumque = R ρρ P2. 3. Col. Pinc. Gro — S. BG = *non sunt enim tenorem quietum compositumque formata.* P1. 4. ℜ — E1. = *non sunt enim tenore quieto compositoque formata.* E2. — Z4. = *sunt enim tenore quieto com-*

pressa, sed plana. Deest illis oratorius uigor stimulique quos quaeris et subiti ictus sententiarum. sed totum corpus uideris quam sit comptum: honestum est. Non habet oratio eius, sed debet dignitatem. Adfer quem Fabiano possis praeponere. Dic 8
Ciceronem cuius libri ad philosophiam pertinentes paene totidem sunt quot Fabiani: cedam, sed non statim pusillum est, si quid maximo minus est. Die Asinium Pollionem: cedam et respondeamus: In re tanta eminere est post duos esse. Nomina adhuc T. Liuium: scripsit enim et dialogos quos non magis philosophiae adnumerare possis quam historiae et ex professo philosophiam continentis libros. Huic quoque dabo locum: uide 9
tamen quam multos antecedat qui a tribus uincitur et tribus eloquentissimis. Sed non praestat omnia: non est fortis oratio eius, quamuis elata sit. non est uiolenta nec torrens, quamuis effusa sit. non est perspicua, sed pura. Desideres, inquis, contra uitia aliquid aspere dici, contra pericula animose, contra fortunam superbe, contra ambitionem contumeliose. uolo luxu- 10
riam obiurgari, libidinem traduci, inpotentiam frangi. sit aliquid oratorie acre, tragice grande, comice exile. Uis illum

posito que formata. 𝔄 = *nec depressa, sed blande est illis.* G (cr. ∞) 𝔑 — 𝔊 = *vigor, stimuli quo quę.* B = *ictus sentiarum.* G P1. 4. Col. 𝔑 — 𝔊1. = *sed totum corpus videri* ∞ (P1. = *contum*). 𝔗τ = *sed totum corpus videri* [etiam η = *videri*], *quamvis sit contemptum* [etiam t P2. = *contemptum*], *honestum est.* probat Sanctol. 𝔊2. — 𝔐 𝔑u 𝔐a = *vide, quamvis non sit comtum.* Grut. ci. = *videris, quamquam sit incomptum.* 𝔏 — 𝔅1. = *videris, quamvis sit incomptum.* Rell. etiam P3. Pinc. Ss. ∞.

8. 𝔐 — *sed debet* ante *dignitatem.* Steph. (Prood. II, 4.) ci. = *Dices Ciceronem* et infra *Dices Asinium Poll.* R P3. = *vix totidem sunt.* P4. = *Credam et resp.* 𝔐 = *Cedam, sed ut respondeam* ex ci. Ermi. R P2. 3. 𝔄𝔑 — 𝔗 = *et respondeamus in rem. tanta enim res est post duos esse.* Col. 𝔅 = *et resp. in re. tanta enim res est.* 𝔊2. — 𝔐a + *et post duos esse.*

T. Livium = mss. 𝔄𝔐 — 𝔖𝔖 (R mG 𝔑 — 𝔅 = *Titum*). 𝔊1. — 𝔐a — *T.* 𝔊𝔊 ex ci. Pinc. = *et ex professo philos. continentes libros, quos non magis philosophiae annumerare possis quam historiae.* Pinc. praeterea ci. = *quos magis philosophiae* om. *non.* 𝔄 — *philosophiam.*

continentis = B. GR 𝔄𝔐 — 𝔖 = *continentes.*

9. R 𝔄 = *Huic quoque dabo dyalogum* (𝔄 = *dialog.*). G (s∞) = *qui a tribus invenitur.* R + *et a tribus eloquentissimis.* Nonn. ρρ 𝔄 = *Sed non praestat omnibus.* G (s∞) e P1. Pinc. ex. domest. = *quamvis electa sit.* Matth. ci. = *quamvis clara* (𝔑 = *elara*) *sit.* sG R nonn. ρρ P2. 3. Col. 𝔄𝔑 — 𝔐 = *Desideras.* Alii ρρ = *Desidero.* Rell. etiam Pinc. P1. 4. ∞. Nonn. ρρ P2. Col. Pinc. v. l. = *inquit.* 𝔏 — 𝔐a = *inquies* contra mstos.

10. 𝔄 = *contra periculosa.* 𝔄 = *oratorie ac tragice.* mG = *oratorie ac retorice.* Nonn. ρρ

adsidere pusillae rei, uerbis? Ille rerum se magnitudini addixit: eloquentiam uelut umbram non hoc agens trahit. Non erunt sine dubio singula circumspecta nec in se collecta nec omne
11 uerbum excitabit ac punget, fateor. exibunt multa nec ferient et interdum otiosa praeterlabetur oratio: sed multum erit in omnibus lucis, sed ingens sine taedio spatium. Denique illud praestabit, ut liqueat tibi illum sensisse quae scripsit. Intelleges hoc actum, ut tu scires quid illi placeret, non ut ille placeret tibi. Ad profectum omnia tendunt, ad bonam mentem: non
12 quaeritur plausus. Talia esse scripta eius non dubito, etiam si magis reminiscor quam teneo haeretque mihi color eorum non ex recenti conuersatione familiariter, sed summatim, ut solet ex uetere notitia. Cum audirem certe illum, talia mihi uidebantur, non solida, sed plena, quae adulescentem indolis bonae adtollerent et ad imitationem sui euocarent sine desperatione uincendi: quae mihi adhortatio uidetur efficacissima. deterret enim qui imitandi cupiditatem fecit, spem abstulit. Ceterum uerbis abundabat, sine commendatione partium singularum in uniuersum magnificus. Uale.

= *oratorie rethorice et tragice.* GƆστ = *oratorie erectum tragice.* BG ϒℜ — 𝔅 = *magnitudini adduxit.* R ρρ (exc. ζƆτφ ∞) P2. Col. ϒ = *hoc agens* om. *non.* P1. = *non hoc trahit* om. *agens.* 𝔅1. — 𝔖 = *contrahit* contra mstos etiam Gr. Pinc. ex. Francisc. 𝔐 = *singula circumsecta.* B = *agpunget.* G(cr.∞) = *ac pinget.*

11. *in omnibus lucis* = B sG βοτ Pinc. v. l. Ss. ϒ℟u 𝔖. GR Gr. ℜ — 𝔅1. 𝔐a = *in omnibus locis.* *sed ingens* = mss. (G p.m. = *si*) etiam Pinc. Gr. ϒ. ℜ — 𝔖 = *et ingens.* G = *praestabis.* Rℜ — 𝔐a + *et ad bonam mentem.*

12. ϒ — *eorum* post *color.* R = *ex veteri notitia.* sG αγδηοτ ϒ = *non solida, sed plana.* *sui evocarent* = RG βδιπτ P2. 3. Col. ϒ𝔖. B = *sive vocarent.* ℜ — 𝔐a = *sui vocarent.* G(s∞) = *Devitet enim qui.* ϒ = *cupiditate non fecit.* mG Rαβγδηιοπσφχψ P1. 3. Col. ℜ — 𝔖 + *cupiditatem non fecit.* 𝔐 — 𝔐a + *cupiditatem imitandi modo fecit* ex ing. Mur. Iac. Lectius ci. = *imitandi cum fecit spem, abstulit.* Rell. etiam Pinc. P1. 4. ∞. G(m∞) = *Ceteris verbis.* G(m∞) = *sine accommodatione paratio singularum.*

L. ANNAEI SENECAE
AD LUCILIUM
EPISTULARUM MORALIUM
LIBER XVII.

EPISTULA I. (101.)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM.

Omnis dies, omnis hora quam nihil simus ostendit et aliqno argumento recenti admonet fragilitatis oblitos: tum aeterna meditatos respicere cogit ad mortem. Quid sibi istud principium uelit quaeris? Senecionem Cornelium, equitem Romanum splendidum et officiosum, noueras: ex tenui principio se ipse promouerat et iam illi decliuis erat cursus ad cetera. Facilius enim crescit dignitas quam incipit. Pecunia quoque circa pau- 2
